




**Insignia aliquot et vere pia opuscula, digna quae a?  
quocunque Christiano legantur continue: quorum elenchus  
hic : In orationem dominicam commentarius. Precatio  
dominica per Eras. Rotero. Contiones de decem praeceptis  
dominicis. Libellus consolatorius pro laborantibus & afflictis  
in hac vita. Quomodo Christianus liber sit, & tamen omniu? [m]  
servus officiosissimus.**

<https://hdl.handle.net/1874/430994>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

F oct.

115

U.B.U.












Miscellanea Theatrica

Octavo n°. 115.







R. 47. A.

*Ex dono Dr. Heselius*

# INSIGNIA

ALIQUOT ET VERE PIA

opuscula, digna quæ à quocunque

Christiano legantur conti-

nue: quorum elen-  
chus hic.

In orationem dominicam commentarius.


Precatio dominica per Eras. Roterio.

Contiones de decem præceptis dominicis.

Libellus consolatorius pro laborantibus &  
afflictis in hac uita.

Quomodo Christianus liber sit, & tamen  
omniū seruus officiosissimus.





PRÆFATI<sup>O</sup>.

**N**ON ESSET opus per regio-  
nes terrarum prædicationes, ac ser-  
mones meos passim diuulgari, cum  
sint alij præ manibus libri, & digni,  
& utiles populo prædicari. Sed ne-  
scio, qua nam dei permissione in hāc sortem ipse de-  
ueni, ut uerba mea quidam ob amicitiam, quidā etiam  
inimicitarū causa captent, & agitent. Quapropter  
hunc dominicæ orationis cōmentariolum, antea qui-  
dem per amicos meos, et quidem bonos, emissum, de-  
nuo in lucē ædere, occasio digna persuasit, tum ut sen Denuo ab an-  
tentiā animi mei latius declararem, si fieri pos-  
set, tum ut etiam æmulis meis morem  
gererem: quia propositum mihi  
semper fuit, omnibus  
prodeſſe, nocere  
nemini.

Finis Præfationis.

• 2 Cum

# ORATIO NIS DOMINICÆ ENARRATIO. ante ab authore edita solū lingua Germania.



V M discipuli Christū rogarēt,  
ut docerētur orare, dixit: Oran-  
tes nolite multū loqui, sicut Eth-  
nici faciunt. Putant enim, quod  
in multiloquio suo exaudiantur.  
Nolite ergo assimilari eis. Scit  
enim pater uester cœlestis, quid  
opus sit uobis, antequā petatis eū. Sic ergo uos orabit-  
is: Pater noster qui es in cœlis, sanctificatur nomē etc.

Ex his uerbis Christi discimus tā uerba quām mo-  
dum, id est, quemadmodum, & quid orare debeamus.  
Quæ duo scitu necessaria sunt.

PRIMO de modo, quomodo debeamus orare.

**Modus oran-**  
**di.** Modus est, ut paucis oretur uerbis, multo autem,  
& profundo sensu, siue sententia. Quanto pauciora  
uerba, tanto melior oratio. Quo plura uerba, eo dete-  
rior precatio. Paucis uerbis & multo sensu precari,  
Christianum est, plurimis uerbis & modico sensu,  
Ethnicum. Idarco ipse, Nolite, inquit, multum loqui  
orantes, sicut Ethnici faciunt. Et Ioannis. 4. ad samas-  
itanam mulierem ait: Veri adoratores adorabunt pa-  
trem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales que-  
Oratio spiri rit, qui adorent eum. Sed iam in spiritu siue spiritualie  
oratio,

oratio, est cōtra eā quae corporalis dicitur, et ea quae fit tualis et com  
m̄ ueritate, contra illā quae umbræ uocabulo censem̄. poralis.  
Siquidem umbratica et corporea precatio, est illa ex-  
terior murmuratio & fabulatio, quae fit ore tantum  
sine affectu. Ea enim apparet hominibus, corporeoq;  
exercetur ore, nō in ueritate. Spiritualis autem & ue-  
ra oratio, est illud internum desiderium, gemitus, &  
expectatio, ex intimo corde proadens. Illa uanum et  
male securum efficit spiritum, hec sanctos & timo-  
ratos dei filios. Scienda tamen hic est differentia,  
quia exterior illa precatio fit tribus modis.

Primo, ex mera obedientia, ut sacerdotes & cœno Oratio ex or-  
bita cantant et orant, iniunctam quoq; poenitentiam, bedientia.  
& deuotas preces qui persoluunt. In hoc orandi mo-  
do, obedientia est longe optima, perinde atq; aliae cor-  
poreæ functiones ex obedientia profectæ ( si tamen  
eiusmodi ex simplici intentione parendi fiant, non pe-  
culie, aut honoris, aut laudis gratia ) quinimmo tam  
ineffabilis gratia est in uerbo dei, ut illud ipsum ore verbidei  
duntaxat & sine attentione (ex obediendi tamen stu fructus.  
dio) prolatum, frugifera, & diaboli cruciatrix cen-  
seatur oratio.

Secundo, sine obedientia, uel inuoluntarie & nau Oratio mer-  
seanter, siue pecunie, honoris, laudis ue causa. Tā cennaria.  
lis oratio utilius intermitteretur: quam fundentes, su-  
am in hac uita meradem recipient, facultates aut  
temporalem honorem, prout deus seruos remunerat,  
Non filios.

## IN ORATIONEM DOMINI

Oratio int̄- Tertio, cum attentione cordis. Tunc umbra in uer-  
ma et digna ritatem, & ext̄um trahitur in int̄um. Imò recons-  
tituta ueritas aperitur, atq; cum exteriore umbra collu-  
ct. At uero fieri non potest, ut is plurimis utatur uer-  
bis, qui spiritualiter & intime orat, quia mens cum at-  
tendit quidnam dicit, atq; in eadem attentione uerbis  
& rebus cogitationem affigit, necesse habet posthabi-  
tis uerbis, sensibus adh̄erere: uel econtrario postposi-  
Vocalis ora/ tis rebus ad uerba cogitatū aduertere. Quocirca eius  
modi uerbales preces non debent latius intelligi re-  
putariq; quām ut sint menti quedam incitamen-  
ta, & adhortationes ad hoc, ut sensui pariter & af-  
fectioni quæ uerbis continentur, intendat. Hoc mo-  
do in plerisque Psalmis pro superscriptione & titu-  
lo habetur, Ad uictoriam, Alleluia &c. quæ quamuis  
paucis sint expressa uerbis, tamen pro representatio-  
ne & incitamento sunt animo, ut boni aliquid cogi-  
tet uel desideret. Sunt & alij Psalmi distinctim pre-  
Sela. notati hoc uocabulo Sela (quod interpretatur requi-  
es) quod neque legitur neque canitur, ad commonen-  
dum, ubi quid singulariter in oratione animadver-  
tentium occurrat, subsistendum, ac quieti uacandum  
esse, tantisperq; dimittenda uerba, dum intentio be-  
ne pertractetur.

S E C V N D O , de uerbis, quid orare debeamus.

Verba sunt hec : Pater noster, qui es in cœlis &c.

Oratio omni: Cum à Christo hec oratio habeat originē, debet indu-  
um optimā. bitanter eminētissima, nobilissima, optimāq; censeri,  
quasi

CAM COMMENTARIOLVS 4

quasi meliorem sciuisset integerrimus ac fidelissimus  
magister, eam quoq; nos ille docuisset. Quod nō ita  
intelligendū est, quo l alie preces, que huiusmodi uer-  
ba nō habent, male sint, quandoquidē ante Christi na-  
tuitatem plurimi sanctorū preces effuderint, quibus  
hec uerba ne audita quidem fuere: sed quod oēs alias  
orationes suspecte debeat esse, que huius orationis inti-  
mam uim et intentionē minime pre se ferunt, aut com-  
prehensum. Nam & Psalmi legitime sunt preces, sed  
nō adeo perspicue proprietatē huius orationis expri-  
munt, quāuis totā in se claudant. Id ērō errat, qui ali-  
as quaslibet preces huic orationi exēquāt, aut etiam Oratiūcula  
anteponūt, eas p̄cāpue, que ornamenti gratia rubris superstitionis  
sunt clementis p̄notatae, ea duntaxat intentione, ut rum.  
nobis in hac uita deus sanitatem & longum uiuendi  
spacium, diuitias & honores, aut etiā indulgentias ad  
redemptionem p̄enarum, & his similia, concedat. In  
quibus precaminibus magis uoluntas & honor noster,  
quām dei queritur. In hunc modum quindecim ora-  
tiones diuīe Birgittae, rosaria, corone, Psalteria, &  
his similia inualuerunt, plurisq; quām per se dominis  
ea oratio penduntur. Non, quod eas reiūciam, sed quod  
iusto maior sit cōfidentia ad eiusmodi uerbales precu-  
las: exindeq; legitima, religiosa, intima, ueraq; Chri- Non postha-  
sti oratio posthabetur. Nam omnes indulgentiae, oīa bēda uerae  
cōmoda, omnes benedictioes, omniq; quibus indiget ratio.  
homo, tā in anno q; in corpe, hic et in futuro copiosissi-  
me in hac oratione cōtinentur. Lōgeq; melius foret, ut

## IN ORATIONEM DOMINI

Nota q̄ mul̄ una tantū uice dominicam orationē dices cum affectu cordis, & intentione uerborum, unde emendatioris tibi uitæ gratia succresceret, quā ut omniū aliarū precum cōsequereris indulgentias.

Iā uero hæc oratio diuiditur in duas partes: In prima est prefatio, principium, ac quedam preparatio. In secunda sunt septem petitiones.

### PRINCIPIVM.

Pater noster qui es in cœlis.

Optimum sane principiū atq; proœmium est, cum recte cognoscitur, quemadmodū nominari, honorari, atq; tractari qui orādus est, debeat, et quomodo se q̄libet erga ipsum exhibeat, ut gratus ac pronus ad exaudiendum effici possit.

Iam uero inter omnia nomina, nullum est nomine, Pater nomine quod nos magis idoneos erga deum reddat, quā Patidoneū i ora ter, quod est ualde amabile, dulce, profundum, mentione ad deū libusq; plenū affectibus uocabulū. Nō eſset adeo amabile & consolatoriū, si diceremus, domine, uel deus, uel iudex: quia paternæ appellationis nomen natura est in situ, et naturaliter dulce. Ob id etiam idem nomen deo in se magis complacet, atq; ad nos exaudiendos ipsum quam maximē permouet. Similiter nos in cognitionem nostri perducit tanquam filios dei: per quod denuo deum intime permouemus: quia nulla uox amabilior, quā filij ad patrē. Huc pertinet, qđ diamus. Qui es in cœlis. Quibus uerbis miscrabiles angustias,

& ex

Exilium nostrum palam ostendimus, atq; tam nos ad precandum, quam deum ad miserandum affectuo se commouemus. Quicunque enim orare incepit, Pater noster qui es in cœlis, idq; ex intimo cordis affectu fit, is confitetur se patrem habere, eundemq; in cœlis esse. Se autem fatetur & exulem, & derelictum Exules in terris agere. Exinde sequatur necesse est intima cor terra. dis affectio, quemadmodum filio contingit, qui extra patriam suam inter alienos in exilio & calamitate degit. Ac si diceret: O' pater, tu quidem in cœlis es, at ego miserabilis filius tuus longe abs te in terris, hoc est, in exilio, in periculis, in calamitatibus & angustijs, inter dæmones & maximos hostes ac inter uaria discrimina.

Qui sic oratis stat directo, atque eleuato ad deum corde, idoneus ad orandum, & ad dei gratiam impetrandam.

Tantè quidem sublimitatis est hoc uerbū, ut hoc proferre nullo modo hominis natura possit, nisi spiritus Christi in corde fuerit. Nam, si rem intime extpendere & peruestigare uolumus, nemo est tantè perfectionis, qui in ueritate dicere queat, sese in terris neque patrem, neque aliud quicquam habere, sed peregrinum esse, solumq; deum pro parente possidere. quia tanta malignitas inest peccatri naturæ ut aliquid saltē querat in terris, dum sibi deum sufficiere non credit in cœlis.

Demonstrat tamē hoc uerbū fiduciam erga deum,

## IN ORATIONEM DOMINI

quam super omnia in ipsum cōseruare debemus: quia  
preter unicū parentē illū, nemo nobis ad cœli consen-  
sum auxilio potest eſſe, ſicut ſcripū eſt: Nemo ascen-  
dit in cœlum, niſi qui deſcedit de cœlo filius hominis,  
super cuius pellē atq; dorſum impositos oportebit nos  
aſcendere. Hoc modo poſſunt hanc orationem dicere  
uniuersi operarij, quiq; etiam neſciunt, quid ipsa uer-  
ba ſignificet. Atq; hanc ego precē omniū optimā exi-  
ſimo, quæ corde magis, quam ore de promittur. Stat  
interea alius quifpiā in ecclēfia, qui uel paginas euol-  
uit, uel ſacras religioſi gēſtaminis baccas etiam cum  
ſtrepiu dinumerat, corde tamen longe ab ijs euaga-  
tur quæ labijs perſtrepit. Hoc arte nequaquam pro  
oratione censerī debet. Nam ad eiusmodi orantē deus  
per Prophetā Eſaiam loquitur: P opulus hic labijs me  
honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

### Precipitan- tes oratiōes.

Tales etiam ſacerdotes & cōnobite reperiuntur,  
qui preces horarias ſine intentionis affectu præcipi-  
tanter de blatterant, auſi poſtea impudenter dicere:  
Euge, nunc laetor, per ſolutis domino precibus, pu-  
tantiq; ſe hoc modo ſatis feciſſe deo. At ego tibi re-  
pondeo: Præcepto quidem ecclēfiae te forſitan ſatiſſ  
feciſſe, ſed deum tibi diſtetur um eſſe: P opulus hic labijs  
me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Verens  
dumq; male ſecura fiducia taliū precū, nunquā aliās  
Qui minimū eos deū orare ſynceriter. Ita fit, ut qui minimū orat,  
maxime orat quam maxime uideantur orare: atq; econtrario, qui  
plurimū orat, quā paua ſimū orare uideatur. Sed iam  
ſolatiuſ

CAM COMMENTARIOLVS. 6

solutum & fiduciam nostrā reponimus in multo stre-  
pitu, in clamoribus, in cantibus, quod tamē Christus  
uetuit dicens, neminem in multiloquio exaudiri. In  
causa sunt inordinatæ conciones, quibus nequaquam  
populus ad uerum fundamentum, et internam oratio-  
nem perducitur, prout cum labore et fatigazione san-  
cti olim patres fecere, sed magis ad exteriorem pre-  
tationem in solo linguae usu, et præcipue, ubi ipsorum  
prædicantium utilitas queritur.

SED FORTE QVIS DICE T.

Nōnne scriptum est Lucæ.18. Quoniam oportet **Quomodo**  
semper orare, & non desicere? Respondeo, Attende semper oran-  
ad uerba diligenter, quia nō dicit, oportet paginulas dum.  
euoluere, baccas sacri gestaminis subducere, plurimis  
uerbis uti, aut his similia, sed oportet semper orare,  
& non desicere. **Quid** sit autem orare, satis iam supe-  
rius dictum est.

Tales quondam hereticī, qui Proseuchitæ, id est, Proseuchitis  
petitores dicebantur, fuere, qui deblatteratione labio-  
rum hæc Christi uerba effectui mancipare, & die no-  
strūq; orare uolebant, nihil aliud agentes, qui quidem  
stultiñā suā nō uidebant, quod cū uel cōmederent, uel  
biberent, uel dormirent, precationem intermittere cog-  
rentur. Idecirco uerba Christi de spirituali prece dis-  
ta sunt, quæ semper exerceri potest, etiā quando cor  
poraliter laboratur. Quāvis hoc idē nemo queat pse-  
ste cōplere, Quis enim iugiter cor suū potest ad deum  
lēuare?

## IN ORATIONEM DOMINI

**Scopus pro leuare?** Proinde hæc eadē Christi uerba pro scopo sūt positus fragi posita, ad quem dirigere nos debeamus. Et si quando litati nostræ uidemus cōpleri à nobis nō posse, cōfiteamur nos frage-

les et uitiosos esse homines, atq; sic humiliati, fragili-

tati nostræ gratiā appreçemur. Vniuersi diuinæ scriptu-

ræ doctores definiūt, nihil aliud esse rationē & natu-

**Oratio quid sit.** ram oratiōis, q; subleuationē mētis siue cordis in deū.

Si ergo natura & ingeniū orationis est animi subue-

c̄tio, sequitur, quæcunq; alia quæ cordis intentionem

sursum uersus non intendunt, orationē nō esse. Qua-

propter cātus, sermones, & organici clangores, de-

**Nomen ora-** ficiente cordium intenta in deum affectione, perinde

**tiois sine re-** orationis nomine c̄seri merentur, ut terriculamēta si

mulacrorum in hortis disposita, homines diā possunt.

**Nomen quidem adeat & figura, sed res et ueritas nō**

**Agathon.** adeat Hoc etiam diuus Hierony. defendit, scribens

de quodam sancto patre Agathone, qui per triginta

annos intra eremum, lapillum gestauit in ore, ut silein-

tium obseruare disceret. Quonam modo is orabat?

Haud dubie, intimo cordis affectu: id quod deus maxi-

mi facit, quodq; solum intuetur, & requirit. Prosunt

tamen non mediocriter ipsa uerba cum audiūtur, ad

hoc, ut occasio ex ijs desumatur cogitandi, ac recte o-

randi. Vocalis enim oratio, ut superius dictum est, nō

aliter existimari debet, quam tubarum cymbalorum,

organorum, aut ceterorum huiusmodi symphonias,

qua cordis affectio excitatur subigiturq; in deum.

Quinimmo, nemo intentioni cordis sui in tantū con-

**Verba p̄sunt** fidat,

**prolata in o-**

**ratione.**

C A M C O M M E N T A R I O L V S .

fidat, ut absq; uerbis uelit orare, nisi probe exercitatus in spiritu sit, habeatq; experientiam sinistras, cogitationes amoliendi, alioquin à diabolo pr̄sus per deuia distraheretur, eiusq; oratio in corde cito perturbaretur. Quo circa tantisper est inhærendū, & per ea in sublime nitendum, donec ale plumescant, et uolatus sine uerbis obtingat. Nec tamen ipse uocalem orationem reiçcio, aut uerba precaria, sed nec quisquam reiçere debet, immo cum gratitudine magna suscipere, sicut grande munus dei. Illud potius reiçendū est, quod uerba ipsa suo non permittuntur et sunt Error reiçendi officio, & fructu perfui, scilicet ut cordis excitatur affectio, sed deceptrice confidentia in hoc solo uerba oratio spes reponitur, quod ore dumtaxat, et nudis uerbis res nisi center cōmurmuratum ac deblateratum est, sine omni fructu & emendatione, immo cum deteriore cordis habitu. Caveat etiam sibi quisq; cum pr̄ter uerba uel alias, affectionis scintillam conāpit, aut intentionem sentit, ne antiqui serpētis uenenum, id est, mortiferam superbiam consecetur, dicentem: Ah, nunc corde & ore precor, tantamq; intentionem experior, quantam( ut rcor.) difficile est haberi ab alio, qui sic probe, ut ego, faciat. Hanc enim tibi cogitationē diabolus inspirauit: per quā longe deterior omnibus qui nihil orant, euades, immo, non procul à criminatione & maledicentia cōtra deum talis abest suggestio. Nō ergo te, sed deum collauda in bonis omnibus que sentitis uel possides.

Postremo

Absitoratio  
ni superbia.

## IN ORATIONEM DOMINI

Postremo notandum est, quā ordinate hanc Christi  
fus orationem digerit, quia non sinit, ut quisquā  
pro se tantum oret, sed pro tota multitudine cunctorū  
hominum. Non enim nos docuit dicere: Pater mihi, sed  
**Oratio bonū** Pater noster. Oratio nempe spirituale & cōmune bo-  
num est, quo de fraudari nemo debet, atq; adeo ne ini-  
micus quidem. Cum enim ille sit pater omnium no-  
strū, uult, ut nos etiam fratres mutuo simus, ut amic-  
abiliter conuiuamus, ut pro alijs perinde atq; pro no-  
bis oremus.

## PARTITIO DOMINICAE

orationis.

### Partitio.

In hac oratione inueniuntur septem petitiones.

Prima. Sanctificetur nomen tuum.

Secunda. Adueniat regnum tuum.

Tertia. Fiat uoluntas tua sicut in coelo & in terra.

Quarta. Panem nostrū quotidianū da nobis hodie.

Quinta. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos  
dimitimus debitoribus nostris.

Sexta. Et ne nos inducas in temptationem.

Septima. Sed libera nos à malo. Amen.

Hæc septem petitiones etiam possunt totidem bona  
doctrinæ & admonitiones nominari: quia ut eti-  
am diuus episcopus & martyr Cyprianus tradit, sunt  
septem iudicia exiliij & indigentiae nostre, quibus im-  
Vita in terris sui cognitionem homo perductus, uidere potest quā  
periculosa ac miserabiliter in terris uitam degat, quæ  
nō sit

C A M C O M M E N T A R I O L V S . 8

non sit aliud quām diuini nominis uituperatio, rebels  
lio contra dei uoluntatem, expulſio ab regno dei, te-  
gio fame & penuria panis laborans, peccatrix, con-  
uersatio, peregrinatio, discrimine & omni malo ple-  
na, sicut & Christus ipſe in hac oratione nominat,  
quemadmodum in sequentibus audiēmus.

P R I M A P E T I T I O .

Sanctificetur nomen tuum.

**O**MAGNAM & incomparabiliter profundā pe-  
titionem, si ex cordis affectu proferatur. Bre-  
uis quidem est in uerbis, sed ea tamen, ut nulla ceterarum  
petitionum præstantior sit hac una, qua petimus:  
Sanctificetur nomen tuum. Animaduerte nunc  
dei nomen in ſeipſo ſanctum eſſe, atq; à nobis sancti  
us fieri non poſſe, immo ipſum eſſe, quod omnia &  
nos etiā ſanctificat, attamē (ut diuus Cyprianus ait)  
idem nomen in nobis ſanctificari debere. In eo ſiquidem  
fit deus omnia in omnibus, & homo ipſe ad nihilum redigitur. Ad hoc etiam ualent & reducuntur  
alia ſex petitiones, ut ſcilicet nomen dei ſanctifice-  
tur. Quod cum effectum fuerit, tunc omnia ſunt be-  
ne peracta, ut audituri ſumus. Ut autem perſpicias  
mus, quonam moſo dei nomē in nobis ſanctificetur,  
placet prius intueri, quemadmodū execratione & de-  
honestatione afficiatur in nobis, indeq; significāter,  
et pingui minerua loqui. Duobus autē modis de honestate  
ſtatur in nobis. Primo, cū illo abutimur ad peccatum. *Nomen dei*  
*ſtatur in nobis. Secundo*

## IN ORATIONEM DOMINI

Secundo, cum illud furamur, & per rapinam auferimus, perinde atq; sacrū ecclesie uasculū quod similiiter duobus modis execrationi subiicitur. Vno, quando per abusum nō ad dei cultū, sed ad carnalia desideria transfertur. Altero, cū furto et rapina subripitur. Itidē primo dei nomē execratione per abusum in nobis afficiatur cum illud assumimus uel usurpamus, non ad utilitatem, emendationem, lucratuāq; probitatem mentū nostrarum, sed ad earundē peccata & damnationē. Abusus no = cōplenda, sicut sēpē numero et uarie cōtingit ueneficium diuini cijs, benedictionibus, iuramēto, maledictis fraudibus, prout p̄ceptum dei secundum ostendit. Nō assumes nomen domini dei tui in uanum. In summa & breui ter, cum non agimus ut decet filios dei.

## DE NATVRA FILIORVM DEI.

Filius pbis.

Probus integerq; filius dicitur, qui et honestis, et honoratis ortus parentibus, eosdem modis omnibus imitatur ac repräsentat. Is iure optimo facultates, & appellationem parentum suorum hæreditare, & possidere promeretur. Ita & nos Christiani per baptis-  
mum sumus regenerati, & filii dei effecti. Si ergo generosos patris nostri mores consečtamur, tunc & non men ipsius, & bona in perpetuam nobis conāduntur hæreditatem. Porro, idem pater noster misericors & benignus est, sicut Christus ait: Estote misericordes sicut & pater uester misericors est. Item, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Est  
item

itē deus, iustus, purus, uerax, fortis, simplex, æquus,  
sapiens &c. Et hæc omnia sunt dei appellatio, suntq;  
uniuersa sub his uerbis, nomen tuum, comprehensa;  
quia cunctarum uirtutum nomina, sunt dei nomen.

Dei nomen  
cunctarū uir  
tutū nomina

Cum igitur in hoc nomine baptizati simus, conse  
cratiq; et sanctificati, iamq; hoc ipsum nōmē nostrū  
sit effectū, sequitur, qd' omnes filij dei et esse, & dici  
debeat benigni, misericordes, casti, iusti, ueraces, simi  
pliæs, beneuoli, pacifici, dulciq; cordis affectu erga  
uniuersos homines, eos etiam qui inimici sunt. Nam  
dei nōmē in quo baptizati sunt, has in eis uirtutes ext  
erat. Quinimmo tales iugiter orare debent, ut hoc mo  
do nōmē dei in ipsis sit, operetur, & sanctificetur.  
Qui uero iracundus, morofus, inuidus, acerbus, ma  
leuolus, crudelis, libidinosus, maledicus, mendax, te  
merarius iurator, fraudulentus, & obtrectator est, is  
de honestat, dedecorat, execratur diuinum nōmē, in  
quo benedictus, baptizatus, atq; uocatus est, interq;  
Christianos annumeratus, ac dei populo aggregatus:  
sed magis sub titulo diuini nominis, nōmē hono  
rat diaboli, qui & ipse mendax est, impurus, detra  
ctor, inuidus &c. Sequuntur autem illum (inquit sa  
piens) qui sunt ex parte eius. Ecce, hi non aliter agūt  
atque sacerdos, qui suem ē sacro calice potaret, uel  
qui eidem putrē simum imponeret. Hoc modo & isti  
corpus & animam suam tractant, in quibus habitat  
quo sanctificati sunt dei nōmē, atque in ijs diabolo  
famulatur, quæ omnia contemptū diuini nominis quo

## IN ORATIONEM DOMINI

**Sanctificatio** nostra ī quo consistat. sunt consecrati prae se ferunt. Ecce necc intelligis quid sanctificare, quid ue sit sanctum esse. Nihil enim aliud est, quam omnimoda renunciatio, per quam abusus in diuinum transfertur usum: sicut ecclesia dedicatur, atque in diuini duntaxat cultus usum aptatur. Itidem & nos per omnem uitam sanctificari debemus, ut in nobis nullus sit usus alius quam diuini nominis, id est, benicitatis, iustitiae, ueritatis &c. Ergo dei nomen non tam lingua, uerum etiam omnibus uiribus membrisque; animae & corporis uel sanctificatur, uel exortatione profanatur.

## De hypocritis.

S E C V N D O, dei nomen afficitur execratione per rapinam & furtum. Et quoniam hic modus apud eos qui acuto sunt ingenio, sub priore continetur, tamen hoc ipsum subtilius est, quam ut ab simplicioribus intelligatur. Hic enim modus suggillat superbos, qui probi & sancti suo iudicio reputati, non putant ita ab se ut a prioribus dei nomine dedecorari, sibimetipsis nomine iustitiae, sanctitatis, & ueritatis imponentes. Ideo suum nomen audacter, & sine timore per rapinam ac furtum auferunt. Taliū hodie maximus est numerus, praesertim apud homines, qui figuram duntaxat integratatis, ac spiritualis uitae preferunt. Eiusmodi enim inani persuasione corrupti de suis sermonibus, factis, sapientia, iudicio, que sibimet arrogant, & lebrari honoreque; affici uolunt. Id si minime contingat, Homines per tum praeira ad insaniam & rabiem effervescunt. Et hi infundi cordis scripturis profundi cordis nominatur, de quibus cognoscere

C A M C O M M E N T A R I O L V S .    I O  
scere & iudicare solius est dei, cui cū talibus non me-  
diocre negotiū insumitur. Sic enim magnifice adorna-  
re nouerunt uniuersa, ut etiam ipsi non aliud sciant,  
quām rite beneq; intra mētū suarū recessus omnia  
cōsistere. Quæ quidē peculiaris persuasio, internæq;  
gloriationis, celebritatis, et laudis appetētia, maximū  
illis ac periculosisimū affert damnum. Ut ergo tales  
agnoscantur, ac sibi quisq; à tali cauere queat infor-  
tunio, latior nobis sermo est habendus.

Q V I N A M P E R N I C I O S I S S I M I D E  
terrīmīq; sint hominum inter Christianos.

P R I M O , Qui semper in ore uersant, iactan-  
terq; sibimet arrogant hanc sententiam, dicendo: O  
quām bona mihi est intentio, quæ cordi meo penitissi-  
me insedit. Non me imitantur hic & ille. Ego ipsis  
cor meū frustillatim diſpartiri paratus essem. Ohe  
caue, caue tibi à lupis, qui in huiusmodi uestimentis  
ouium incedunt. Rosarum sunt aculei, sed nullas ferūt  
flos, magis autē meras spinas. Ideo Christus ait: Ex  
fructibus eorū cognoscetis eos. Qui autē sunt fructus  
Nēpe spinae, aculei, scabere, lacerare, offendere, nihil  
boni sermonis aut operis . Quonā id modo cōtingit?

A D V E R T E .

Cum eiusmodi iā sibimet persuaserint, integros se  
esse, bona intentionē habere, uitamq; suam sic apud  
se existimari, uelut qui plus alijs hominibus orent, ie-  
junēt, aliaq; bona opera faciat, plus etiā intelligat, ac

Fucati san-  
cti.

## IN ORATIONEM DOMINI

maiorem sicut à deo gratiam consecuti: non est ipsit  
tantilla facultas, ut se se ad illos metiantur, qui subli-  
miores sunt ac meliores, sed illis se comparant, qui  
peiores ac viliores videantur esse, quam sunt ipsi. Ci-  
to etiam obliuiscuntur, dei esse dona, quæcunque ha-  
bent. Ex his statim sequi oportebit suspitiones, teme-  
raria iudicia, conuida, detractiones, vilipensiones,  
quodq; se supra cæteros extollant, atq; ita in superbia  
pompatis aurigentur, diuiniq; timoris expertes, in  
seipsis indurentur, deniq; nihil aliud agant, quam ut  
aliena peccata reuoluendo & cor & lingua deturpet.

Ecc hi sunt fructus tribulorum & afflictarum. Hi  
**Nomen** dei laporum ululatus, & ouium uestimenta. Ecce, hoc est  
**suffurari.** dei nomen & honorem suffurari, ac sibi met acribere.

Siquidem solius dei interest iudicare, sicut Christus  
ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Solū quoq;  
dei nomen & sanctum & integrum & bonū est, nos

**Nota.** autem omnes pariter peccatores ante deum, unus ut al-  
ter sine discrimine. Cum autem quod quispiam p̄  
cæteris habet, suū nō sit, sed solius dei, talis debet de  
suo tantummodo habere nomen, complacenciam, fa-  
mam, existimationem &c. Qui ergo eiusmodi non  
ad obsequium, sed ad contemptum utitur proximi sui,  
ille diuini honoris fur est, atque hoc uult esse & dicā,  
non quod suum, sed quod deus & dei est. En, horum

**Dedecoratio/** spirituum perniciosorum, peruvicandum, indomitorū,  
res diuini no ac deum non timentium, hodie plenus est mundus,  
minis. qui per bonam uitam suam dei nomen dedecorosius  
execrantur,

C A M C O M M E N T A R I O L V S . II  
execrantur, quām omnes a ijs per malam uitam. Tales  
ego superbos sanctos, & martyres diaboli nomino,  
qui non sunt sicut ceteri hominum, ad instar Euange-  
lici pharisæi. Tales, inquam, perinde ac si non essent  
ipsi peccatores & iniuriantis rei, nolunt sufferre mai-  
los & iniustos, aut cum ipsis commerandum habere, ne  
forte dicatur: O', ego hunc integriorem existimauerā,  
quām ut cum talibus conuersaretur. Non uident icar  
eo præ ceteris à deo maiorem sibi collatam esse gra-  
tiam, ut eādem similiuer per humanitatis obsequium  
impartiūt, ac ueluti ad usuram dent, id est, ut ceteros  
precibus & consilio iuuent, atque ita utrum talibus  
agant, quemadmodū cum ipsis deus egit, abs quo gra-  
tiam illam neq; uituperante, ne que iudicante gratis  
acceperūt. Sed iam non solum gratiae munus apud se  
sine fruge detinent, uerum etiam persequuntur eodem  
munere eos, quibus auxilio esse deberet. Hi sunt, quos  
scriptura nominat peruersos. Psal. 17. Cum peruerso  
peruerteris.

S E C U N D O, Dum hec omnia audiunt, id est,  
soli deo nomen & honorem attribui debere, iterum  
se pulchre comparant, ac scemel ipsos per umbratilem  
apparentiam multo magis decipiunt, & dicunt se se  
in omnibus quæ agunt solum dei honorem querere, au-  
dientq; iuramento quoq; confirmare, honorem suum  
abs se non queri, adeo ingentiosa, recondita, profun-  
daq; est illorum malicia. Hac in re amplius animad-  
uerit, & inuenies, quoties illorū sententia & iudicium

Humanitate  
obsequio pro  
ximo adesse  
debemus.

## IN ORATIONEM DOMINI

effectu frustratur, ipsos in querelas prorūpere, admirariq; ita ut nemini nō sint morosi. Hinc euenit, male ab ihs agi, qui ipsis sunt impedimento. Nec eiusmodi sciunt indignationem obliuione delere, obijcientes & dei honorem impediti, & bonum quod quæsiuerant & conæperant, impugnari, atq; ita maledictam temerarij iudicij pestem, detractionemq; suam cohíbere non ualent. Tum animaduersa illorum intentio ne, uidere licet non icirco ipsis indignari, quod bonū & dei honor præpedita sint, sed quia iudicium & intentio quæ conæperant, non habuere successum. Veliuti si quod habent iudicium, malum esse non possit: tandemq; sit bonitatis, ut ne deus quidem id reprobare ualeat. Nam si nihil horum sibi meti ipsi admetirentur, non ægreferrent animi sui sententiam præpediri. Sed uidelicet abyssalis illa superbia non sustinet mala, aut stulta reputari. Ob id cæteros omnes pro stultis & malis habet. Vide quām profunde diuini nominis uituperatio in huiusmodi spiritibus delitescit, qui prorsus hoc ipsum esse & dici uolunt quod deus est, ut sunt sapientia, iustitia, nomen & honor.

TERTIO, Si quādo cōtingit prædicari, aut disciologi, icirco tribuendū honorē deo esse & nomē qd' et omnia creauerit, et oīa ipsius sint, tūc illi ipsi doctiores sunt condonatoribus universis, ipso etiam spiritu sancto, immo & quo scunque docere possunt, nō indigentes ad scholasticorum conditionem redigi, dicūq; pape, quis hoc nescit? Existimantq; se apprime rem

Doctoribus  
doctiores,

CAM COMMENTARIOLV S. 12  
me rem ipsam intelligere. Cum uero se occasio dederit, ut honor ipsorum uellicetur, aut ipsi pro uilibus contumiscere habeatur, aliquid rei familiaris furto perdant, aut alia quemque aduersitas occurrat, tum ecce, continuo ars omnis oblitteratur, ac sentiatum profert fructus suos, spinas scilicet, & aculeos. Tum aures astini per leonis pellem conspiciue transparent. Tum proloquuntur: O' deus in celis aspice desuper, quam ingens mihi irrogatur iniuria. Saliet in eam prolabuntur dementiam, ut dicere audent, sibi coram deo quoque iniuriam inferri. Vbi nunc est grande illud ingenium uestrum, quo dicitis omnia & dei, & a deo esse? Si dei solius sunt, cur o' miser homundo non idem tibi eadem adimeret impune, conserret, ultro citroque iactaret? Si quod habes bonum, dei est, siste gradum, ac permitte illum in eo munere quomodoque uult, agere. Cum enim ille quod suum est recipit, nulla tibi sit iniuria: sicut sanctus Job post amissionem facultatum & liberorum loquitur, dicens: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est. Sit nomen domini benedictum. Ecce tibi iustitia hominē, cui nemo quicquam posset auferre, quia nihil quod suū erat, habebat. Nam deus Job. 14. ait: Omnia quae sub cœlo sunt mea sunt. Ego uniuersa condidi. Quid tu uelut detuo gloriaris, iactasque iniuria te affectum es? Si honor, fama, facultatesque tuae, & omnia quae habes carpuntur & violantur, non id in tua, sed in Christi agitur bona, qui ut hanc tibi doctrinam

**IN ORATIONEM DOMINI**  
persuadet, permittit, ut ea quae tui iuris esse credis,  
auferantur, quo cognoscas eadem non tua sed dei esse.

Eae, hoc modo semper inuenire contingit, honor  
rem & nomen dei nequaquam pure queri, præser-  
tim apud superbos, qui aliquid saltem esse & haber  
re uolunt, quod ad solum deum pertinet.

**SED DICES.**

*Si haec uera sunt, consequitur, neminem in mun-  
do esse qui dei nomen digne sanctificet, omnes quo-  
que iniustos esse, qui iudiciale strepitu inuidem con-  
trouersantur, pro re familiari, uel honore, alijs ue-  
causis.*

**R E S P O N D E O.**

**P R I M O.** Ob id superius dixi, hanc primam peti-  
tionem eminentissime transandere, maximaque esse,  
ceteris in se inclusis. Nam si quispiam foret, qui nomine  
dei plenissime sanctificaret, is decreto dominicâ orationem  
diære non indigeret, tanta uidelicet puritate  
prædictus, ut nihil sibi rerum, nihil honoris uendicar-  
et. Nō huius uite ret, is omnino purus esset, ac dei nomen in ipso perfe-  
cte est, nomine etiam sanctificaretur. Hoc autem non est huius uis-  
nis diuini con- tæ, sed future & coelestis. Ideo necesse habemus ora-  
sumata san- re, ardenterque desiderare, quamdiu uiuimus, ut suum  
etificatio- in nobis deus nomen sanctifiæt, quia nemo est qui nō  
deprehendatur diuini nominis uituperator, alius plus  
alio, tametsi hoc ipsum credere superbi illi sancti de-  
dignantur. Ita circa eliam dixi hanc orationem non  
solum

Solum petitionem esse, uerum etiam salutarem doctrinam, ac quandā representationem calamitosae & damnatae in terris uitæ nostræ. Quæ quidem representatio, hominem deorsum uersus in sui cognitionē detrudit, quia cum perimus, ut illius in nobis nomen sanctificetur, argumentum consequens est, idem nomen necdum in nobis sanctificatum esse. Nam si esset sanctificatum, non indigeremus propterea rogare. Latius denique exinde consequitur, quod quamdiu uiuimus, nomen dei contumelij, de honestatione, irreuerentia, execratione, prophanationeq; afficimus, precatuq; proprio & ore testamur, de honestatores nos dei esse.

Iam uero in omni scriptura nullam scio inesse doctrinam, quæ potentius & fuisus contemptui ducit, ac uilipendit uitam nostrā, quam hæc petitio. Quis ergo vilipēsio uis iam non optaret mori quam primū, & uite huius hostis nostre. stem se proficeri (si tamen diuini nominis ex corde amicus est) cum non ositanter animaduertit uitam suam in ea uersari condizione, in qua dei nomen & honor de honestatur? Qui etiam nihil aliud præterquam solam orationem dominicam bene intelligeret, is satius doctrinarum contra omnia probra uitiorum habere, præcipue aduersus superbiam. Quis iam poterit latus aut superbos esse, qui ex dominica oratione tam magna et horrenda uitia recognoscit in seipso, quod scilicet dei nomen in honoret, ac quotidie contra secundum dei præceptum agat, nomen ipsius accipiendo in uanum.

Studium in  
oratione do-  
minica san-  
ctissimum,

## IN ORATIONEM DOMINI

Strepitus iuri  
rium.

SECUND O respōdeo, Strepitus iudicialium  
negōdorum esse, non est quid optimum. Melius foret,  
si nihil tale extaret. Attamen ad uitanda maiora ma-  
la sunt admissa iudicia, propter imperfectos, qui nec-  
dum possunt uniuersa dimittere, ac deū proprie de-  
mereri. Nibilo tamen minus prefixa nobis meta est  
ad quam nitamur, id est, ut de die in diem per exer-  
tij magisterium ad hoc erudiamur, ut dei nomen, ho-  
nor, bona, & omnia à nobis alienentur, sicq; sancti-  
ficemur omnino.

Homo ad ni-  
bilū redige-  
dus.

Ad exercitium nobis hæc oratio collata est, ut sine  
intermissione totis præcordiorum affectibus, nomen  
dei sanctificari desideremus. Et si forte Christianorū  
cuipia, facultates, honor, amici, incolumitas, sapien-  
tia, atq; id genus alia auferretur, id pro miraculo ha-  
bendū non esset: quandoquidē eo finaliter deueniatur  
neceſſe est, ut uniuersa quæ hominis sunt, ad nihil  
redigantur, ipſeq; homo disiungatur separeturq; ab  
omnibus, ante aquā idem ipse uel sanctus fiat, uel no-  
men dei sanctifiqt. Quousq; enim inibi aliiquid est,  
tamdiu & nomen adesse certum est. Nihil autem rei  
manere oportebit, ut solus deus et quicquid nominis,  
quicquid bonorum habet, permanere possit. Tunc ue-  
rum esse constabit, quod in scripturis iusti nominan-  
tur pupilli & orphani, qui suis orbati parētibus, nul-  
lum habent solatium.

DICIS ITERVM.

Cum ex omnibus nemo sit, qui suffidenter dei no-  
men

CAM COMMENTARIOLVS. 14  
men sanctificet, sumus uniuersi in mortalibus peccatis  
constituti, atq; ideo damnationis rei.

R E S P O N D E O.

Eßent quidem uniuersa mortalium peccatorum in/  
star, & damnationi obnoxia, si deus districte agere  
uellet. Nullum enim peccatum quantumvis etiam ui-  
deatur leue, sustinere deus potest. Duplex tamē est ge-  
nus hominum. Quidam recognoscunt & conque-  
runtur hoc ipsum, quod sanctificando dei nomini pa-  
res non sint, & ideo præcordialiter orant, atq; hanc  
suam infelicitatem uehementer exaggerant. Tales de-  
us in omnibus exaudit, & quia seipso redarguunt et  
iudicant, absolvit, eisq; dimitit, qui quid insuffiaen-  
ter exercent. Alij sunt infrænes illi & insignes le-  
uitate spiritus, qui eiusmodi sua uitia leuia ducunt, &  
in auras abiijant, aut etiam prorsus non uident, sed  
nec preces quidem fundunt. Hi sub finem persentient,  
quā ingens sit peccatum, quod ipsi tam leue putau-  
runt, inde damnandi, unde quā maxime salutem cō-  
sequi crediderunt. Hoc modo Christus ad hypocritas  
ait, quod ob prolixas orationes accepturi essent maius  
iudicium damnationis. Ecce sic te docet oratio do-  
minica primo cognoscere exilijs & damnationis tue:  
grauitatem, quodq; sis de honestator dei, adeo, ut ex  
propria prece tua perterritieri cogaris, cum attendis  
quid nam sit quod oras. Nam neceſſe est uerum sit, De honestato  
necedum ab te sanctificatum esse nomen dei, verum res dei nomi  
quoque sit oportet, dei nomen de honestari ab illo, qui nisi omnes  
hoc mini sumus.

## IN ORATIONEM DOMINI

hoc minime sanctificat. Denique uerum itidem sit nesse est, in honorationem diuini nominis, peccatum esse graue, ac sempiterno dignum incendio, si dei iustitia sententia ferre deberet. Quo nunc ergo te conseres? Tua te coaguit oratio, tibiq; obnitiuit, te accusat, te conuincit. Hic iaces, quis tibi latus est opem? Et ecce, cum in hunc modum penissime deiecto es animo, atq; in exilioi tui cognitione humiliatus, tum secundo consolatoria tibi doctrina oboritur, quae te subrigat, id est, eadem te docet oratio ne desperes, sed dei gratia et opem desideres. Et tunc certissime firmissimeq; credere debes, iacare tibi orare a deo permisum esse, ut te exaudiaret. Sic causam dat oratio, ne peccata tibi deus imputet, ne ue districtius tecum agat. Porro, deus illos solummodo pro bonis hominibus habet, qui intime cognoscunt, nullum a se nomine diuino deferri honorem, assidueq; ut idem nomine sanctificetur, orant. Eos uero, qui cognitioni sue confidentes, non credunt ab se dei nomen dehonestari, non est possibile saluatum iri. Sunt enim adhuc effrænes, male securi, superbi, ac dei timore uacui. Nec dum etiam sunt in eorum numero, quibus loquitur Christus, Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos. Si quidem dominicam orationem non intelligunt, atque ideo quod orant nesciunt.

## CONCLUSIO.

Sensus ergo, et summa petitionis huius est hec.  
O' charc pater, fac sanctificatur in nobis non e tuum,  
hoc est,

CAM COMMENTARIOLVS. 15

hoc est, Heu confiteor, quod nomen tuum in hono-  
rari, hodieq; illud per superbiam, proprijs honoris  
et nominis mei affectionem de honesto, quo circa per  
gratiam tuam adiuua me, ut abolito nomine meo, in  
nihilum redigar ipse, tuq; solus cum tuo nomine &  
honore in me persistas. Spero autem te satis super Nomē tuum  
que intellexisse, quod hec uerba, nomen tuū, idem si-  
gnificant quod honor uel gloria, quia in scripturis no-  
men bonum, gloria & honor nominatur, malum ue-  
ro nomen, de decoris et infamiae uocabulo denotatur.

Vult igitur haec petitio nihil aliud, quam ut dei ho-  
nor ante omnia, super omnia, & in omnibus rebus  
queratur, totaq; uita nostra ad dei tantummodo hono-  
rem perpetuo dirigatur, non ad nostram utilitatē aut  
etiam salutem, sive ad aliud quocunq; bonum, tempo-  
rarium, aut aeternum, nisi ad dei honorem & gloriā  
finaliter sit ordinatum. Iccirco primum occupat haec  
petitio locum, quia dei honor est quiddam primum, ul-  
timum, & eminentissimum, quod eidem exhibere pos-  
sumus, ultra quod nihil amplius à nobis exiget, aut  
requiri. Nec est aliud quippiam quod ei reddamus,  
cum reliqua bona ipse nobis conferat uniuersa, pre-  
ter honorem, quem sibi tantum reseruat. Ergo quic-  
quid intelligimus, loquimur, canimus, uiuimus, opera-  
mur. & omnia que agimus & patimur, argumento  
sunt, omnia dei ipsius eſſe, ut confirmetur authoritas  
Psal. 120. Confessio & magnificentia opus eius: & iu-  
ncta eius manet in seculum seculi. Qyod dictum sic fiascatur pos-  
intellige. tientia.

IN ORATIONEM DOMINI  
intellige. In quorundam cordibus hominum deus in-  
habitat & uiuit, horum opera nihil aliud agunt, q  
quod summam deo laudem et honorem tribuunt, uni-  
uersaque illi bona referunt accepta. Proinde qui talis  
est homo, nō angitur grauatürue de honestari atque cō-  
temni: scit enim hoc iustum esse. Qui, si à nemine con-  
temnatur & in honore tur, hoc ipsum sibimet irro-  
gat, nec suam ipse laudem & honorē sustinere aequa-  
nimitate potest. Propterea iustus est, tribuēs deo quod  
dei est, & sibi quod suum est, deo saliat honorem  
& omnia, sibimet dedecus & nihilum. Ibi est iustitia  
que manet in seculum seculi, que non solum homi-  
nibus temporariam uitam agentibus placet, quemad-  
modum lampades fatuarum uirginum, & hypocrita-  
rum imaginaria sanctitas, uerum etiam perenni deo,  
apud quem etiam perpetuo subsistit.

Cōtra super-  
biam prima  
petitio.

Iam uides, hanc petitionē aduersus detestādā pu-  
gnare superbiam, que caput, uita, et tota subsistentia est  
peccatorū omnī. Nā sicut nulla uirtus uiuit, aut bona  
est cū superbia, sic ecōtrario nullū peccatiū uiuit, aut no-  
nō pereūte superbia. Et quēadmodū serpens omnē in  
capite uitā gerit, quo mortuo nemine lēdit, ita sup-  
bia de medio sublata, peccata uniuersa forēt innocua,  
immo nō mediocris emolumēti. Quoārā sicut nemo  
est superbie, pprijs nominis, et honoris expers, ita ne-  
minū nō magnope est necessaria et utilis hēc petitio.

Notabile.

SECUNDA PETITIO.

Adueniat regnum tuum.

Hæc

Hæc secunda petitio (sicut alia) duo facit, humiliat, et Humiliat et exaltat. Humiliat, cū nos cogit p̄pria fateri lingua ma- exaltat. gnam exlij nostri calamitatem. Exaltat uero, cum no bis demonstrat, quemadmodum nos in eiusmodi hu- miliatione gerere debeamus. Sic unumquodq; dei uer- bum hāc habet ingeniosam naturam, ut exterreat et Natura uer- consoletur, percutiat & sanet, destruat & ædificet, bi diuini, euellat & plantet, humiliet & exaltet.

Primo humiliat, ut manifeste cognoscamus, re- gnum dei needum ad nos uenisse. Quæ quidem sen- tenia serio cogitatu reuoluta intimoq; affectu per ora- tionem exprompta, terrifica est, meritoq; penetralia cuiuslibet probi cordis moestitudine, & in genti dolor re afficere debet. Nam exinde consequitur, in exilium nos actos, adhuc inter hostes terribiles uersari, amenis simiq; patria spoliatos esse. Quæ quidē duo detestan- da & lugubria damna sunt.

Primiū est damnum, quod deus pater suo in nobis Deū regno regno spoliatus est, & qui rerum omniū dominus est suo spoliatus erit, eiusmodi sua potestate & titulo per culpæ dū- mus. taxat nostræ impedimentū minime potitur. Quod q= dem nō mediocriter ad ipsius inhonorationē facit, per inde ac si dominus sine ditione foret, & famatiſſimū omnimodæ potestatis nomen de ſpectui eſſet in nobis. Id necesse eſt h̄aud dubie doleat omnibus, qui et amo- re, et fauore deū pſequuntur. Ad hæc etiū terroris plenū eſt, nos ſaliciet eos eſſe q; deſpectu et impedimentoo dei regno obſiſtimus, Quos merito deus ſi uellet, ſeuer- riſſima

IN ORATIONEM DOMINI  
rissima anima duversione posset percellere, & tanquam  
regni sui hostes ac prædones condemnare.

Secundū damnum & respicit, quo peregre & in  
Inter hostes exilio inter confitissimos hostes captiui iacemus.  
exiliū pati, Nam si horrendum, aclamentabile putaretur esse cū  
filius cuiuspiam terreni principis, uel tota natio in di-  
tionem Turcarum redigeretur, plurimo etiam con-  
tēptu & crudelibus, ac denique ignominiosissima af-  
fiaretur morte, quanto magis miserabili dignum est  
querela, qd' inter malignos spiritus in hoc exilio uer-  
samur, quod uaria discrimina corporis & animæ, &  
ad extreum sempiternam mortem singulis momen-  
tis operiri habemus, adeo, ut sua cuilibet uita maiori  
posset terrori esse, quam centū mortes, si rem ipsam  
exacte consideraret.

SECVND O. Postquam ista nos recognitatio hu-  
miliauerit, nostramq; nobis calamitatem commonstra-  
uerit, tunc sequitur consolatio, qua benignus magi-  
ster Christus nos docet orare, ut ex hoc demigremus  
exilio, & ne desperemus. Talibus enim qui se dei re-  
gno impedimentum attulisse cognoscunt, ac lamenta-  
bilibiter petunt, ut idem regnū aliquando adueniat, ob  
eiusmodi dolorem & precem non imputabit deus, qd'  
altas merito puniri posset. Illos uero male liberos &  
effrenes spiritus, quos nō multū cura tangit de regno  
dei, ubi nam remoretur, qui que pro eius aduentu ne  
quaquam ex affectu cordis orant, profecto deus cum  
tyrannis, & uastatoribus regni sui secundum distri-  
ctionē

C A M C O M M E N T A R I O L V S . I >

ctionem iudicabit. Cum ergo cuilibet hanc petitionem dicere sit necesse, sequitur, neminem ab iniuria regni dei innocentem esse. Ad quod intelligendum, scire conuenit duplex regnum esse.

Primum est regnum diaboli, quem dominus in Regnum diabolii Euangelio principem huius mundi nominat. Hoc autem boli, tempore est regnum peccatorum & inobedientiae, quod pietatem sectantibus pro ingenti exilio et carcere ex istam debet, quemadmodum figuraliter expressum est de filiis Israël, quondam in Aegypto per magnos labores misere coactis eandem regionem exadificare, cum tamen exinde nihil emolumenti consequerentur, sed magis ipsorum pernicies & exitium quereretur. Sic qui diabolo subditur ac seruit, multa sustinere habet, praesertim in conscientia, & tamē ad extremū eiusmodi seruitio eternā morte permanet. In hoc regno tardius sumus uniuersi, donec regnum dei adueniat, attamen differēter. Nam pietate colētes ita sunt in hoc regno, ut quotidianie aduersus peccatum pugnant, carnis quæ uoluptati et inanitatis mundi, nec nō diaboli suggestionibus pseueranter ac firmiter resistat. Ceterū quantūuis pietatē colamus, nihilominus tamē principiosa uoluntas aliquid dominij exercet in nobis, auidetque conatur in uniuersū dominari, et ius potestatis in se solā transferre. Sic dei regnum aduersus regnum diaboli assidue pugnat. Qui hoc modo pietatem excolunt, ideo beatitudinem consequendo saluabuntur, quia in seipsis Pugnandum hanc pugnam gerunt contra regnum diaboli propter contra regnum peccati.

IN ORATIONEM DOMINI  
regnū dei ampliandū. Et hi quidē sunt, qui hanc peti-  
tionē uerbis, corde & opere depromunt. Sic sanctus  
Paulus apostolus admonet, ne permittamus, ut pecca-  
tū regnet in nostro mortali corpore ad obediendū cō-  
cupiſcentijs eius. Ac si diceret: Sentietis quidē ac sustine-  
nebitis iniquā uoluptatē, amorē & pronitatiē ad irā,  
ad lasciuiam, ad luxuriā, et id genus alia, quae nos in  
regnū diaboli pellicere conabūtur, id est, ad peccata,  
quae inde prodierūt, & per se tamē mala sunt, sed ne  
quaquam sequi debebitis incitamēta uitiorū, magis autē  
assumptio repugnādi certamine, eadem haud secus atque  
proditorias ueteris & diabolici regni reliquias  
coherēre sopirēque, sicut Iſraēlitæ cum Iebusæis &  
Amoræis fecerunt, sicq; dei regnum (quod recte re-  
missionis terra est) in uobis dilatare.

Cives in re-  
gno satanae  
A lijuero sunt ita in hoc regno, ut oblectentur in  
eo, se extenturque oīa de sideria carnis, mūdi, diaboli,  
cupiant quoque, si fieri poſset, inibi ſemper cōſistere.  
Hi à diabolo iuſticii uileſpendunt, ac etiam deuaſ-  
tant dei regnum. Ideo corradiunt diuitias, edificant  
ſumptuose, inuestigant quicquid conſerre mūdus po-  
test, tanquam in æternū hic permanere uelint, neq; me  
minerūt nos hic nō habere pmanētem ciuitatē, ut ait  
diuus Paulus. Tales hanc petitionē ore dicunt, corde  
uero eidem obnituntur, ſimiles tinniētium organorū fi-  
ſulis, que paſſim clamoris tinnitibus perſtrepūt in  
tēplis, nullum tamē habent neq; sermonē neq; intelle-  
ctum. Et fortassis eadem organa talium cantorum et  
petito

petitorū sunt figura et repræsentatio. Secundū, est Regnum iudicii regnū, Hoc est, regnū iustitiae et ueritatis, de quo statim. Christus ait: Primū quærite regnū dei, et iustitiā eius. Quenam est iustitia dei, uel regni ipsius? Ea nempe, qua sumus ab omni peccato immunes, ut omnia membra nostra, uires et potentiae sint deo subiecta, eiusque usui macipata, ut cum Paulo dicamus: Viuo ego, iam nō ego, uiuit uero in me Christus. Et ad Corinthios: Nō estis uestri. Empti enim estis preō, glorificate & portate deum in corpore uestro. Ac si dicaret, Christus per se met ipsum uos emit, ideo proprie ipsius esse debet, ipsumque permittere, ut in uobis et uiuat et regnet. Id autē tunc sit, cum nullū in nobis peccatū, sed tantummodo Christus cum sua gratia dominium exerceat. At; hoc modo regnū dei nihil aliud est, quam pax, modestia, humilitas, castitas, charitas, aliæque id genus uirtutes, ut ibi non sit ulla ira, ullum odium, ulla amaritudo, ulla libido, aut queuis alia pestis. Iam se probet unusquisque, an hoc uel illuc magis propēdeat, tū intelliget, utro in regno consistat. Porrò nunc nemo est, qui non aliquid in se de regno diaboli deprehendat, ideo petere necesse habet, adueniat regnum tuū. Regnum dei hic quidem incipit & augesat, sed in futura uita consummatur. Breuiter hæc petitio, adueniat regnum tuum, hoc indicat, Ne nos diutius chare pater agere in hac uita permitte, quo tuum in nobis regnum perficiatur, nosque ex diaboli regno penitus liberemur. Sed si tuae uoluntatis est,

IN ORATIONEM DOMINI  
at longius in hoc exilio degamus, confer nobis gratia  
am tuam, qua tuum in nobis regnum inchoare, eiq;  
acceſſionem indeſinenter adiungere, deniq; regnum  
diaboli minuere ac deuastare ualeamus.

Iā uide duos in hac materia errores nō paruos in-  
ſeſſe. Vnus illorū, qui hincinde diſcurrūt, is Romā,  
ille ad diuī Iacobū, ut probi et regno dei acquirendo  
**Superſtitiosi** apti euadāt, ſaluiq; fiant. Hic ſacellū ædificat, iſte hoc,  
diſcurſores. ille aliud quippiā, rei tamē ipſius legitimū centrū cōtin-  
gere, hoc eſt, intra penetralia cordis ſemetipſos deo  
in ſeruitutē dedere, eiusq; regnū efficiā nolūt. Hi foriſe  
eius talīū operū multa fauūt, ſatisq; pulchre clarēt, in-  
terius tamē manēt pleni malis affectibus iræ, odiij, ſu-  
perbie, impatiētiae, libidinis, et aliorū criminū. Chri-  
ſtus aduersum iſtos loquitur, cū interrogatus, quādo  
uenit regnum dei? reſpōdit. Nō ueniet regnū dei cum  
obſeruatione, neq; dicēt, ecce hic, aut ecce illic. Ecce ei-  
nim regnū dei intra uos eſt. Sicut etiā Matthæi. 24. di-  
cit: Si quis uobis dixerit, ecce hic eſt Christus aut illic,  
nolite credere. Sunt enim pseudoprophetae. Ac si dice-  
ret: Si noſſe regnum dei uultis, nō habetis neceſſe ex-  
longinquo petere, aut peregre uagari. Prope te eſt dū  
uoles, immo non ſolum apud te, ſed etiam in te, quia  
modestia, huilitas, ueritas, caſtitas et omnes uirtutes  
(que uere ſunt regnum dei) nemini peregre aut trās  
mare afferūtur, ſed intra cordis arcana orientur, ne-  
ceſſe eſt. Proinde nō ſic oramus: Chare pater permitte  
nos tuo propinquare regno, perinde quaſi ad illud  
currendum

CAM COMMENTARIOLV. 19

surrendum nobis esset, sed, adueniat nobis regnū tu-  
um. Nam gratia dei ac regnum ipsius, uniuersaq; uit-  
utes ad nos ueniant necesse est, ut regnum illud adi-  
piscamur, cum nobis illuc perueniendi nulla omnino  
sit facultas, quemadmodum Christus ad nos in terras  
cœlitus descendit, non autem nos ad ipsum ē terris in  
cœlum consandimus.

Alter illorum est error, qui hanc petitionem dicen-  
tes, tantummodo ad hoc solliciti sunt, ut salui fiant, ex pientes. Gaudium a  
istimantes regnum dei nihil aliud esse, quā lētitiam et  
uoluptatem in cœlis, prout ex appetitione sensitivæ  
partis excoigitare possunt. Quo sit ut gehennæ expaue-  
ſæ cogantur, atq; ita solummodo se suā q; cōmoditatē in cœlis querant. Tales nesciunt, regnū dei nihil ali-  
ud esse, quā integrū, modestū, mūdū, piūm, māsuetū,  
omnibusq; uirtutibus & gratijs plenū esse, ut ita de-  
us quod suū proprie est, in nobis possideat, solusq; in  
nobis sit, uiuat et regnet. Hoc summopere et cū pri-  
mis desiderandū foret, quia hoc est beatū esse, cū deus  
in nobis regnat, nosq; sumus regnū ipsius. Porro, gau Beatum esse  
dium & uoluptas, & quæcunq; alia desiderari pos/ quid sit.  
sunt, nec querenda, nec petenda, nec appetenda sunt,  
quandoquidē hæc omnia per se prouenient, ipsumq;  
dei regnum assequentur. Ut enim excellens uinū bibi  
non potest, quin secū afferat etiā nō quæstū uolupta-  
tē suā & iucunditatē sine impedimenti intercessione,  
ita multo magis quādo dei gratia et uirtutes (dei uideli-  
& regnū) perficiuntur, necesse est, absq; industria no-

IN ORATIONEM DOMINI  
stra cōsequi naturaliter, ac libere gaudiū, pacē, salu-  
tem & omne delectamentū. Ideo Christus ad immu-  
tandum falsum, ac sui commodi profectorem oculū,  
suadet non ea quā regnum consequuntur, sed ipsum  
dei regnum petendum & querendum ēsse. Iste autem  
quod est posterius & consequens in primis querunt,  
quodq; priorem sibi locum uendicat non curant, uel  
si curant, id posterioris causa faciunt tātummodo, ideo  
q; neutrum assequuntur: quiq; anteōdens rite non  
desiderarunt, minime etiam consequēs habebūt.

### TERTIA PETITIO.

Fiat uoluntas tua, sicut in cōculo & in terra.

Hēc petitio similiter exercet illa duo, de quibus in  
præcedēti petitione dictum est. Nempe, humiliat et ex-  
altat, impios offendit, pios facit. Siquidem dei uerbum  
omni tempore iudicium & iustitiam operatur, sicut scri-  
**Iudicium & iustitia.** ptum est: Beati qui faciunt iustitiam & iudicium in os-  
mni tempore. Iudicium, nihil est aliud, quam ut ho-  
mo semetipsum cognoscat, iudicet, atq; condemnnet. Et  
hēc quidem est tam uera humilitas, quam est non fal-  
sa suimet humiliatio. Iustitia, nihil est aliud,  
quam cum homo seipsum talem cognoscens, gratiam  
& opem à deo postulat & querit, per que tūc apud  
deum exaltabitur.

### DE HIS DVOBVS IN HAC PE- titione uidebimus.

**PRIMO**, dijudicamus nosipso, propriōque  
scrimone

sermone accusamus, quod deo sumus inobedientes, et  
 uoluntatem eius non facimus. Nam si eo in statu esse  
 mus, ut diuinum beneplacitum perficeremus, frustra dei non facis,  
 hec petitio poneretur. Icaro horrendum est auditu, mus.  
 cum dicimus, fiat uoluntas tua. Quid enim terrificum  
 magis esse poterit, quam quod dei uoluntas ad rem non  
 confertur, & mādata eius non curatur, id quod aperte  
 in hac petitione aduersum nos ipsos cōfitemur? Si que  
 dem necesse est uerū esse, quod dei uoluntatē nequaquam  
 facimus, aut fecimus, quandoquidē adhuc ut fiat, oras  
 mus. Neque enim ioculariū uaframētorū ineptias, aut  
 prestigias ante dei oculos proderit effundere, sed ne  
 cessē omnino est, ita penitissime uerū esse, ut oratur.  
 Cum ergo ad exitū usq; uite noſtre, hæc nobis sit orā  
 da petitio, sequitur, etiam nos ad mortē usq; transgresſores  
 diuinæ uoluntatis inueniri. Quis iam superbiā res semper su  
 præ ſe ferre, aut conſtanter preci ſuæ cōſidere potest, mus.  
 in qua cognoscit ſeſe ut inobedientem, ac ſuomet ore  
 conſeffum atq; conuictū, à deo ſecundū iuſtitia rigo  
 rem iudicante, per omnimodā equitatem ſingulis mo  
 mentis poſſe reprobari atque dāmnari? Hoc modo  
 profoundam humilitatem operatur hæc petitio, deiq;  
 timorem, ac proprij censuram iudicij, ita ut gaudeat  
 homo, dei ſeſe iudicio taliter eximi, ſolaq; gratia &  
 misericordia ſaluari. Iſtud eſt ſemetipſum iudicare,  
 ac iudicium exercere ante conſpectum dei ſeſe peni  
 tiſſime cognoscere, atque in ijs que hac petitione co  
 tinentur, accuſari.

## IN ORATIONEM DOMINI

SECUNDΟ, Iustitia est, ut postea quā nos ipsos  
hoc modo dijudicauerimus, ac intime explorauerimus  
ne quaquam desperemus ob dei iudicium, quod pro-  
meruisse nos in dīdo petitionis huius inuenimus, ma-  
gis autem ad dei gratiam configiamus, firmissime in  
eum confidentes, quod nos ab inobedientia, et à trās-  
*Iustus coram  
deo quis sit.* greſſione uoluntatis ſue uelit liberare. Is enim iustus  
est ante deum, qui ſuam rebellionē, praeuaricationem,  
promeritam quoque iudicij diſtrictionem humiliter  
agnoscit, ac propterea omnibus præcordijs gratiā exi-  
petit, quam & accepturum ſe eſſe non ambigit. Sic &  
apostolus docet, hominem iustum non cuiuslibet alteri  
ius, ſed propria in deum fide atq; fiducia poſſe uſti-  
ſtere, ut ita eidem homini non ſua operatio, ſed nu-  
da dei misericordia refugium ſit et ſolatium. Vide nunc,  
quām uiuidam alapam eaducā huic & miserae uitæ  
hæc inauit petitio, ut hæc eadem uita nihil aliud eſſe  
teneatur, quām aduersus diuinā uoluntatem rebellio,  
ac proinde certissimus ſtatus æternæ dñationis, hoc  
ſolo ſuſtentata leuamine, qđ hoc ipsum agnoscimus,  
conquerimur, ac propterea præcordialiter preces fun-  
dimus. In hunc modum ſi quis hanc petitionem una cū  
ceteris diligenter cogitando reuolueret, is profecto ui-  
ta huius oblationibus non multum afficeretur, qui  
bus qui adhuc irretitur, is ſe neque de dominica orati-  
one, neque de periculis uitæ ſue quicquam intellige-  
re teſtatur.

Quid

QVID SIT, VOLVNTATEM DEI  
fieri, uel non fieri.

Voluntatem dei fieri, nihil aliud proculdubio est, quām ipsius seruare mandata. Per illa siquidem suam nobis deus manifestat uoluntatem. Hoc in loco considerandum est, quā nam sint dei mādata, & quemadmodum intelligentur, que res latissimi sermonis est. Breuiter, hāc omnia nihil aliud continent, quām ut uetus Adam occidatur in nobis, sicut pluribus in locis sanctus nos docet apostolus. Porro, uetus Adam **Vetus Adā** aliud nihil est, quām quod in nobis malas inclinatiōes ad iram, ad odium, ad libidinem, ad ambitionē, ad superbiā, & id genus similia, sentimus. Hi enim scelerati motus atq; affectus à primo parente sunt hāreditario malo in nos transfusi, atq; ab materno utero nobis inditi: ex quibus oriuntur quelibet impia facinora, homicidia, adulteria, rapina, similesq; præceptorum dei transgressiones, atq; ita per inobedientiam non sit dei uoluntas,

DVOBVS MODIS VETVS ADAM  
occiditur, taliq; modo sit dei uoluntas,

**P R I M O**, per nosipso, cū uitiosas naturā nostrā affectiones premimus & sopimus, libidinēq; ieiunijs, uigilijs, precibus, & laboribus edomamus, cū eleemosynis & gratuito obsequio benevolentiam inimicorum nostrorum captantes, odium & simultates frāgimus, ac breuiter, omnibus in rebus mortificandae uoluntati

## IN ORATIONEM DOMINI

uoluntati studemus. Si cui uero hominum magister ac  
eruditior deest, huic est animaduertenda exercendaq;  
hæc doctrina, ut semetipsum probando exploret,  
ad quid propensa sit uoluntas, ne illud exequatur:  
utq; illud cui auersa est affectio, faciat, sempq; suæ  
uoluntati repugnet. Id enim certum habeat, suam uo-  
luntas no-  
stra nunquā  
bona.  
luntatem nunquam esse bonam, quantumuis pulchrā  
præferre uideatur faciem, nisi coherceatur & com-  
pellatur ad bonum quod libentius omittit. Verum,  
ut dictum est, si bona in nobis uoluntas esset, hac pe-  
titione non indigeremus. In hūc modū homo seipsum  
exercitio docet, ut habeat supereminentem uolunta-  
tem aduersus suam uoluntatem, utq; hanc auersari,  
illam uero amplecti & imitari consuecat, neq; un-  
quam minorem sibimet securitatē pollicetur, quam  
cum unam tantummodo in se uoluntatem esse, nō du-  
as sibi inuicem contrarias persentit. Nam qui suam  
tantum uoluntatem habet & facit, is proculdubio diui-  
næ uoluntatis est aduersarius. Iam uero nihil est ho-  
mini uel ad retinendum charius, uel ad omittendum  
difficilius, quam sua uoluntas. Multi honorum operū  
non parua præferunt exercitia, nihil tamen minus  
uoluntatem suam, & omnes inclinationes laxe et in-  
dulgenter sequuntur, existimantes bene secum agi,  
nihilq; propterea mali ab sese perpetrari. Persuase-  
runt enim sibimet, suam ipsorum uoluntatem & bo-  
nam et iustum esse, prorsusq; hac petitione se nō indi-  
gere. Tales etiam absq; dei timore sunt.

Secundo,

SECUNDΟ, per alios homines, quinos auer-  
 santur, impugnat, inquietat, nostraeq; uoluntati no so  
 lū in spiritu alibus et pijs operibus, sed etiā in terrenis Inimicos hi  
 facultatibus semper renitunt, ut sunt illi, qui nostras  
 preces, iejunia, bona opera uituperat, et pro fatuitate  
 ducunt, deniq; nulla in re pacate nos agere permittunt.  
 O' quam hæc inestimabili precio digna res est. Tal-  
 les impugnatores omnibus fortunis emēdi essent. Ipsi  
 enim sunt, qui petitiois huius efficientia in nobis exer-  
 cent, quoru ministerio nostra deus uoluntatē frāgit,  
 ut suū beneplacitū fiat. Ideo Christus dicit Mat. 2. Eſto consentiens aduersario tuo ato, dum es cū eo in  
 uia. Quorum uerborū sensus est, ut uoluntatē nostrā  
 abnegemus, permittamus q; aduersarij uoluntatem in  
 suo iure persistere. Tum uoluntas nostra frāgitur, qua  
 demū cōfracta, fit dei uoluntas, cuius beneplacitū est, Cōfracta no  
 ut uoluntas nostra enervetur, ac nihil fiat. Quapro- stra, fit dei  
 pter cū te quispiā uituperat, & pro morione incessit,  
 noli cōtra uelle nisi, sed magis affirma dictum, idq; o  
 mnino sic iustū esse tibimet ipse p̄suade, quod reuera  
 iustū esse apud deū censetur. Si quippiā tibi auferre,  
 aut dannū inferre conabitur, sine faciat, perinde ac  
 si iuste idipsum in te fieret, quia pro certo hoc ipsum,  
 & coram deo iustum est, & tibi nullā assert īniuriā,  
 etiamsi iniurius est ille qui facit. Nā cum dei sint oīa,  
 potest etiā tibi uel per malū hominē uel per bonū aufer-  
 re. Tum uoluntate tua ne repugna, sed dicito: Fiat uolū  
 tas tua. Itidē in oībus alijs corporalibus et spūalibus re-  
 bus,

IN ORATIONEM DOMINI  
bus, tunica tollēti, et palliū relinque, ut Christus dicit.  
SED DICIS ITERVM.

Si hoc est dei uoluntatem fieri, quis iam salutē cō-  
sequi, quis arduū hoc praecepū seruare poterit, ut uni-  
uersa relinquat, & in nulla re suā habeat uoluntatē?

RESPONDEO.

Vel hinc disce, quām magnifice, quām necessario,  
quām seria industria, deniq; quāto cordis affectu hæc  
sit dianda petitio, quām sit magnum, nostram morti-  
ficari uoluntatem, solumq; fieri beneplacitum dei. In  
hunc modū necesse habes te ipsum cognoscere, & pec-  
catorēm fateri, qui tali ac tantæ uoluntati per inobes-  
dientiam resistis, auxiliumq; & gratiam postulare,  
ut tibi deus condonet quicquid minus egisti, auxilie-  
turq; ut persuādere possis. Omnino enim necesse est, si  
dei uoluntas fieri debeat, nostram uolūtatem pessum  
ire, quod hæ duæ sibimet cōtrariæ sint. Huius rei ex-  
emplum in Christo domino nostro animaduerte, qui  
cum in horto patrem suum cœlestem oraret ut ab eo  
calicem auferret, tamen addidit: Nō mea uoluntas sed  
tua fiat. Si Christi uoluntas omissa est, quæ sine duci-  
bio bona, imò optima semper fuit, ut diuina fieret uo-  
luntas, quid nos inopes uermiculi tanto studio nostrā  
preferimus uoluntatē, quæ tamē nunquā expers ini-  
quitatis est, semperq; præpediri digna? Ad quod  
intelligendum, aduerte uoluntatem nostram duobus  
modis malam esse.

PRIMO, aperte ac sine ulla simulatione, cum  
prona

prona uolūtate ad id ferimur, quod apud omnes scan-  
dali prebet exemplum, cū, furore perciri, fallere, men-  
tiri, proximo nocere, libidinari, atq; his similia perpe-  
trare. Quæ quidem maleficæ uoluntatis promptitudo  
in quoquis hominum sese aperit & ostendit, præser-  
tim occasionis cœstro male cōcitata. Aduersus hāc uo-  
luntatem orandum est, ut dei uoluntas fiat, quæ uult  
pacem, ueritatem, puritatem, benignitatem.

S E C V N D O, latenter & sub specie boni, quæ  
admodum Iacobus & Ioannes Luce. 9. contra Samas  
ritanos Christum hospitio recipere nolentes, dixerūt:  
Domine uis, dicamus, ut ignis descendat de cœlo &  
consumat illos? Qui conuersus increpauit illos, dicens:  
Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit  
animas perdere, sed saluare. Hoc ingenio sunt omnes,  
qui propter iniustitiam, aut stultitiam quæ ipsis aut alijs  
contingit, toto (ut dicitur) capite perrumpere contem-  
dunt, uolentes quicquid ipsi præsumūt processum ire  
debere. Conqueruntur etiam, dicentes: Ah quam fidæ  
et integra mihi erat intentio. Ah quam uolui totam cœ-  
uitatem meo iuuisse consilio, id quod diabolus permit-  
tere noluit. Existimat sanè se iuste, & ex debito age-  
re, quod irascuntur & morosos sese exhibent, quod  
se & alios perturbant, ac ueluti rumorem inde disse-  
minant, quod ipsorum bona uoluntas sit intercepta.  
Quod si rem ipsam clara (ut dicitur) luce dissiparent,  
profecto inuenirent meram esse simulationem, seq; in  
ipsa bona uoluntate, nihil aliud quam propriam utili-

tatem,

## IN ORATIONEM DOMINI

tatem, uel honore, uel saltem beneplaciti sui sententiam quæsiuisse. Nō enim fieri potest, ut bona uoluntas, si tamē in ueritate bona est, uel ira, uel in quietudine perturbetur, si quando ipsam præpediri cōtingat.

Argumentū  
malæ uolun-  
tatis.

Hoc autē diligenter attende, indubitatū male uolūtatis argumentū esse, cum sibi impedimentū afferri de dignatur. Quæ quidē indignatio ipsissimus est fructus quo simulatæ & deceptricis, genuināque prauitatem preditæ uolūtatis bonitatē cognoscas. At uero præcor dialiter bona uoluntas, si quando impedimento quo uis illi resistitur, sic orat: O' deus, existimauerā quidē bonum quod cōcoperam bene successurū esse, sed quia sic non est futurū, placide omniū compono, fiat uolūtatis tua. Vbi enim incōpositæ mētis indignatio feruet, ibi nullū est bonū, quantūuis etiam uideatur aut queat bonum esse.

Legittima  
bona uolun-  
tatis.

Vltra & supra has binas uoluntates, est alia quædam legitima & bona uoluntas, quam ne ipsam quidem fieri oportet: cuiusmodi fuit uoluntas David quando templū deo ex edificare conabatur, latus propterea cœlitus, nec tamē ut effectui mancipa retur uoluit deus, quemadmodum & Christi uoluntas erat calicem in horto deprecantis, & nihil tamē minus eadem bona uolūtas ut post haberetur, fuit ne cessē.

Præferre sē/  
per dei uolū-  
tatem.

Similiter si mundū cōuertere uniuersum posses, excitare mortuos, te et alios cœlis iſerre, et omnia miracula facere, nihil tamen ex his uelle deberes, nisi prius pretulisses dei uoluntatem, talemq; tuam uoluntatem in nihilum redactam eidem subicasseſ dīcē do.

do: O' mi bone deus, hoc et hoc pro bono, iudicij mei  
 censura cōprobauit, si tibi placet, fiat, sin minus, ma-  
 neat infectū. Hanc deus bonam uoluntatē frangit  
 etiā in electis suis, ne sub specie boni, fallax & subdo-  
 lus male bona uoluntatis genius subrepat, utq; disca-  
 mus, nostrā uoluntatē quantumuis bonam incompa-  
 rabiliter tamē uiliorē eſe dei uoluntate. Proinde me-  
 rito eiusmodi uilitas bona uoluntatis cēdere immense  
 bonitati diuinæ uoluntatis, eiq; humiliter subdita, pro-  
 nibilo reputari debet. Quim et tertio in nobis pro-  
 pterea impedienda est bona uoluntas, ut melior fieri  
 queat. Nam proculdubio ob hoc tantummodo deus bo-  
 nam impedit uoluntatem, ut melior euadat. Tunc autem  
 fit melior, cum diuinæ uoluntati (per quam pre-  
 pedita est) subdita efficitur atq; conformis, idq; tanti  
 sper, donec penitus deserta, libera, & expers uolen-  
 di fiat, nihilq; aliud sciat, quām quod dei uoluntatem  
 expectet. En hæc est uerae obedientiæ forma, quæ  
 nostra ætate heu penitus ignota est. At uero nunc  
 in mirabilibus obambulant infœcundi blaterones,  
 qui totā Christianitatē inconditis impleuere clamo-  
 ribus, miserosq; mortales suis seduxere doctrinis, Recta intentio,  
 qui de suggesto uocalissime uociferantur, quemad-  
 modum bona uoluntas, recta intentio, sanctum pro-  
 positum, sint habenda & comparanda, quibus ri-  
 te comparatis securi sint, bonaque omnia censem-  
 tur que egerint. Qui quidem doctrina nihil aliud ef-  
 fiāunt, quām homines propriæ uoluntatis amantes,  
 sensitiuſ

## IN ORATIONEM DOMINI

sensitiae appetitionis cultores effrænes, ac male seculos spiritus, qui semper diuinæ uoluntati reniti labo-  
rant, suamq; uoluntatem neq; frangunt, neq; subijaci-  
endam curant: quia putant suam intentionem iustum  
esse, & profectu dignam, tum si quid repugnauerit, à  
diabolo id esse, non à deo. Eæ sic excrescunt & subsi-  
repunt lupi, ouino tegmine uestiti, superbi illi sanctu-  
li, omnium super terram mortalium perniciosissimi.  
Hinc euenit, ut episcopus contra episcopum, ecclesia  
aduersus ecclesiā, sacerdotes, monachi, sanctimonia-  
les mutuo digradientur, cōtendant, rixentur, utq; per  
uniuersos terrarum angulos nulla sit pax. Et tamen  
quilibet secta, bonam sibi adesse uoluntatem, rectam  
intentionem, diuinumq; propositum dicit, atq; ita ad  
laudem et honorem dei, meras diabolicorum operum  
impuritates exercet. Tales docendi sunt, diuino timo-  
re preditam habere uoluntatem, & nequaquam suæ  
ipsoř uoluntati et intentioni confidere, sed ab se pro-  
cul amoliri maledictam præsumptionem, qua se pu-  
tant bonam uoluntatē uel intentionem possidere aut  
efficere posse. Omnino enim diffidendum est facultati  
propriæ, qua nobis uidemur bonam uoluntatem, bona  
intentionē, bonūq; propositū habere aut facere posse.  
Igitur, ut superius dictū est, ibi uerissime est bona uo-  
luntas, ubi nullum est uelle. Vbi autem nullum est uel-  
le, ibi solummodo dei est uoluntas, omnium præstan-  
tißima. Plurima sane loquacissimi præcones illi nove-  
runt de uoluntate, quando uel bona sit, uel mala, eaq;  
volutas per-  
ducenda est.

C A M C O M M E N T A R I O L V S . 25

confidentia ueluti pennata raptati effidunt, ut iā nos  
ore dicamus: Fiat uoluntas tua, corde uero, Fiat uolun-  
tas mea. sicq; deum et nos ipsos subsannemus.

T V M O B I I C I T V R .

Ohe, nunquid non deus nobis arbitrium liberae  
uoluntatis contulit?

R E S P O N S I O .

Contulit reuera tibi liberam uoluntatem. Sed cur tu Libera uolu-  
llam proprij iuris esse facis, & in seruitutem afferis, tas non pro-  
nec liberam manere permittas? Cum enim tu illa ad pria.  
tuum abuteris libitum, non est libera, sed magis serui-  
tutem apud te seruit. Deus autē nec tibi, nec ulli mor-  
talium propriam contulit uoluntatem, sed ea potius  
ex diabolo et primo parente sumpsit originē, qui am-  
bo concessam à deo liberam uoluntatem, sibi meti ipsis  
ppriam fecere. At qui libera uoluntas est, quæ propriū  
uelle non habet, sed se totam diuinæ committit uolun-  
tati, per quam & ipsa libera permanet, nusquam ad-  
hærens uel affixa.

C O N C L V S I O .

Iam uides quemadmodum deus in hac petitione in-  
bet, ut contra nos ipsos oremus, per quæ nos doct, ne-  
minem nobis capitaliorem esse hostem præterquam nos  
ipsos. Maximum etenim quiddam in nobis est uolun-  
tas nostra, cōtra quam orare nos oportet. O pater, ne  
rem eo plabi permittas, ut secundū mēā uoluntatē qd  
fiat. Frāge potius mēā uoluntatē, amolire et phibe cor-

d      dis mei

## IN ORATIONEM DOMINI

dis mei sententiā. Quoquo modo mihi res cedat, tamē  
ne iuxta conceptum uoluntatis mee, sed secundum tuū  
am duntaxat uoluntatem fiat. Sic enim est in cœlo,  
ubi nulla est propria uoluntas, ut hoc ipsum etiā in ter-  
ra fiat. Quæ quidem petitio, aut etiā rei ipsius cōditio  
uehementer naturam affligit. Nam propria uolun-  
tas, est abditissimum et maximum in nobis malū, nec  
quicquā nobis propria uoluntate charius est. Proinde  
nihil aliud in hac petitione queritur, præterquā crux,  
martyriū, aduersitas, et quicqđ malorū ad mortificati-  
onem uoluntatis nostræ adaptari potest. Quocirca si  
hoc propriæ uoluntatis amatores expēderēt, quæ admo-  
dum cōtra omne beneplacitū suū petat, aut ipsius peti-  
tionis inimici fieret, aut ad eius terrorē cōremisaret.

Maximum  
in nobis ma-  
lum propria  
uoluntas.

Iā ergo has tres petitiones primo positas in unū cō-  
trahamus. Prima est, ut dei nomē sanctificetur, eiusq;  
honor et laus in nobis sit. Ad hoc autem nemo perue-  
nire potest, nisi sit integer, atq; in regno dei constitu-  
tus, quia mortui & peccatores confiteri deo non pos-  
sunt, ut David psalmo. 6. dicit. Porro, nisi peccatis sit  
vacuus, nemo esse potest integer, à peccatis autem ua-  
cū fieri datur, cū nostra uoluntas radiatus euulsa, ac  
solius dei uoluntas in nobis est. Nā cum uoluntas (qua  
caput & uertex quidam est omnium membrorum) de  
catero neque nostra, neque mala est, tūc et omnia  
membra nequaquam nostra & mala sunt. Quare hæc  
petitio caput ipsius malignitatis corripit, id est, non  
manus aut pedes, sed ipsam uoluntatem nostrā, que  
caput

CAM COMMENTARIOLVS. 26  
caput est & princeps iniquitatis.

Q VARTA PETITIO.

Panē nostrū quotidianū da nobis hodie.

Hucusq; usurpauimus hanc particulā, tuū, Iam deī Tuum.  
Incep̄s utenur hac uocula, nostrum etc. Huius rei cau Nostrum.  
Sam libet inuestigare. Cum nos deus in prius positis  
tribus petitionib; exaudit, suumq; in nobis nomē san-  
ctificat, tunc in regnum nos suum reponit, gratiamq;  
nobis suam infundit, quæ nos integros facere incipit.  
Quæ quidem gratia mox ut incep̄t̄ dei facere uolun-  
tatem, experitur reluctantem Adam, quemadmodum  
conqueritur diuus Paulus ad Ro. 7. sese non agere  
quod uelit. Propria siquidem uoluntas à primo paren-  
te agnata cum uniuersis membris, bonæ inclinationi  
repugnat. Tunc ad deum clamat in corde gratia, ad/  
uersus eundem Adam, & dicit: Fiat uoluntas tua. Ve-  
hementer enim homo semet suo pondere inuenit gra-  
uari. Cum autem deus eiusmodi clamorem audit, ad  
opem ferēdam sue dilectæ gracie accängitur, ut in-  
choatum imperij sui regnum dilatet, statimq; cum seue-  
ritate & potenti facultate caput iniquitatis, ueterem  
Sālicet Adam aggreditur, eiq; uarias incommodorum  
molestias ingerit, omnem eius perfringens sententiā,  
ipsumq; exceat, & traducit quam celerrime. Id autē  
fit, cum nobis ille uarias molestias & aduersitates im-  
mittit, cui rei neceſſe est pestiferæ lingue malique ac  
perfidii homines famulentur, immo his minus suffici-  
entibus, ipse quoq; diabolus, ut sic saltē uoluntas

## IN ORATIONEM DOMINI

nostra cum uniuersis perniciosis affectibus suis iugulatur, atq; ita dei uoluntas fiat, et gratia regnum sibi uendicet, tantumq; ibi dei laus & honor perseueret.

**Derelictio Sancti.** Quod ubi factum erit, tum ingenti pressura & angustia homo discruciatur, ac nihil minus quam eiusmodi statum id esse, quod uoluntatem dei fieri cogitat, sed derelictum se, ac diabolo malignisq; hominibus serviliter addictum putat, ueluti non sit deus in cœlo, qui ipsum uel agnosceré, uel audire dignetur. Hæc est anima uera esurie & sitis, in qua se comparat, dirigit q; ad solatium & auxilium. Lōge autem molestior est hæc esurie, quam corporis. Atq; hic in apit qd nostrū est, ut petamus indigentia nostræ leuanſen, dicamusq; Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

## Q V O M O D O A V T E M F I E T I S T V D?

Multas profecto nobis deus molestias in terris reliquit, atq; cum ijsdem, nullum aliud quam diuini uerbi sui solatium, sicut Christus nobis prædictit. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habetis. Proinde qui animum induxit, ut regnum dei penitissime adueniat, deiq; uoluntas fiat, is modo caueat subterfugia moliri, & deinceps diuerſula querere, id enim frustra omnino fiet. Dei uoluntas fit, cum tua non fit, id est, eo magis dei uoluntas fit, quo tu conſertiores pateris aduersitates, in morte præſertim. Pulchre ſanè quadrat, & apud omnes immutabile eſſe, in mundo perturbationem, in Christo pacem eſſe.

In hoc

C A M C O M M E N T A R I O L V S . 2 >  
I N H O C P R E S S V R A R V M A N G O /  
re mali abiugātur à bonis.

Mali, qui cito à gratia exādunt, et ab inchoato dei regno, non intelligunt dei uoluntatem, nesciunt etiam entes malorum, quid eiusmodi pressuræ uilitatis afferant, uel quomodo sese in ipsis gerere debeant. Ideo de integro ad propriam conuersi uoluntatem, reijiciunt dei gratiam, cœu ualitudinarij stomachi qui cibum continere nō posunt. Nonnulli ad impatientiū prolapsi conuiciantur, maledicunt, criminantur, ac penitus in furorem aguntur. Alij hincinde discursantes, humanum querunt solatum & cōsilium, tātummodo ut præsentī rerum molestia & incōmodo liberi, aduersarios suos vincat & opprimant, breuiterq; ut ipsi sibimet auxiliatores sint & liberatores, opperiri nolentes tantisper, dum illos de cruce deus liberet. Hi omnes ineffabilem iacturam sibimet inferunt, quod cum deus ipsos assumpserit ut eorum uoluntatem mortificaret, regnūq; suū in eis fundaret, gloriā & honore nominis sui in ipsis erigeret, ac suā uoluntatē exerceret. Illi salutarem ac diuinā ipsius manum ferre nolētes, retrorsum labūturi, retinēntq; maliciosum ueteratorē, suam uidelicet uoluntatem, immo ainstar Iudæorū dimittunt sceleratū Barrabbā, gratiā uero dei ueluti innocentē dei filium occidunt, qui crescere in eis iam aperat, prout de eiusdem loquitur. Psal. 101. Nō sustinuerūt cōsilium cius. Probi sapienti

Probi & integri, sapientiores sunt, qui probe nō ter dei uoluntas quā bona sit dei uoluntas, id est, coaceruata mortati obsequū

## IN ORATIONEM DOMINI

lestiarum uarietas. Scιnt etiam perbellē, quid ipsiſ ſat  
ēto ſit opus, uel quomodo ſeſe inter moleſtias gerere  
debeant, quia perſuasi ſunt, neminem unquam hōſtiū  
ab eo qui fugā iniijt, deuictum eſſe. Proinde neque  
aduerſitatis, neq; preeſtūrae, neq; mors ipſa, per impa-  
tientiā, per fugā, per coquifitum ſolatiū ſuperari poſ-  
ſunt, ſed per hoc tantūmodo, ut firmiſſime perſtetur  
ac perſeueretur, immo ipſiſ aduerſa fortune caſibus  
ac morti uiuaat̄ obuietur, q̄a uerū eſt adagiū: Quis/  
quis timet infernū, illo pperat̄ita, qui pauet ad mor-  
tē, ab eadē in perpetuū deuoratur. Qui metuit aduer-  
ſitatis, uinat̄. Eiusmodi metus nihil agit boni. Qua  
circa in omnib⁹ iſtiusmodi malis alacriter, audacter,  
ac firmiter perſtendū eſt.

## QVIS AVTEM HAE C POTERIT?

Id te præſens docet petiſio, quemadmodum uel ſo-  
latium quæras, uel eiusamodi perturbationē in tran-  
quillitatē conuertas. Dias ergo: O' pater, panem no-  
ſtrum quotidianum da nobis, id eſt: O' pater, ſolare et  
conforta me miſerum hominonem in tribulatione  
coſtitutum diuina uirtute uerbi tui. Manum tuam ſuf-  
ferre nō poſſum, quæ tamen damnationē mihi affer-  
fi non ſufferā, ideo mi pater conforta me, ne deſperē.  
Sic uult deus, ut in ſua uoluntate, hoc eſt, in noſtra  
preſſura nuſquam feſtine muſ, aut reſpiciamus preter  
qui ad iſum, ne quaqua deſiderādo liberari: id enim  
damnū afferret, eſſet que impedimento & diui-  
ne uoluntati & utilitati noſtre, ſed conforſtari ad  
finaliter

Panis quoti-  
dianus uir/  
tus eſt uerbi  
dei.

finaliter prosequendam eiusmodi uoluntatem. Ceterum cum nemo queat timorem aut mortem (qua sine deo uult) sustinere, nisi ad ea confortetur, nec possit uilla creatura, praeципue homo, uniuersum uel singulatim, robur & solatium cum id ibidem queritur, afferre, sed magis desolationem & emollitas vires intutere. Icirco solum & unicum est dei uerbum, uel pacis noster quotidianus, quo necesse habemus confitari. Sicut deus ipse loquitur per Esaiam: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciām sustinere eū qui lassus est uerbo. Et Matthæi. ii. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Et David Psal. us. Confirmā me in uerbis tuis. Et Psal. 129. Sustinuit anima mea in uerbo ciuius. Huiusmodi testimoniorum tota diuinarum literarum eloqua sunt copiosa, referta, plena.

**QVIBVS AVTEM ET PER QVOS  
uenit hoc uerbum?**

Duobus sanè modis uenit. Primo per hominem, cum per concionatorem in ecclesia, uel aliâs per alterum audiri facit consolatorium uerbum, quod audienter confortet, ita ut sentire possit in animo illud quod dicitur: Confortare, & esto robustus. Nam huiusmodi sono certissime clangit in corde uerbum dei, cù rite aduenerit. Quapropter mulieres, & muliebrium naniarum deblateramenta ab egrotis ac morientibus quam longissime amandari & abigi deberent, cum dicunt; Mi dilecte compater, mi chare Ioannes, nihil

## IN ORATIONEM DOMINI

ad huc tibi adest periculi. Facile conualeces, incolut  
Infirmi quo misq; et opulentus euades Quibus uerbis timida, et  
modo conso mollita, dissolutaq; corda redduntur, cū tamē de uero  
landi.  
bo dei scriptū sit: Panis cor hominis confirmet. Pro  
inde uiciissim respondero: Mi chare compater, ipsem  
tuam immundi simam pultem decorato. Ego panem  
quotidianum expecto, qui me confirmet. In hūc mo  
dum, infirmi tantummodo ad mortem uiriliter confor  
tati, & in tribulationibus constituti, ad maiore dunt  
taxat tolerantiam animari deberent. Et si obijcerent,  
se non posse, proponenda est eis hæc petitio, ut deum  
qui propterea rogari desiderat, pro tali munere depre  
centur. Secundo per seipsum, cū deus homini pres  
surarum angustijs obuallato uerbum suum infundit,  
per quod ad omnia toleranda cōfortatur, quia dei uer  
bum rerum omnium potentissimum est.

## Q VOD NAM AVTEM EST VER BUM ISTUD, CUM PLURIMA SINT DEI UERBA?

Responsio, Nemo certi quippiam definire potest,  
sed quemadmodum ægritudines et pressuræ multipli  
cas sunt, ita uaria quoq; sunt dei uerba. Aliud sanè uer  
bum formidolosis proferendum est, & aliud contuma  
cibus. Hos exterreri, istos cōfortari oportet. Cum au  
tem nunc de ijs loquamur, in quibus sit dei uoluntas,  
id est, qui tribulationibus & angustijs premūtur, ne  
cessē est ea proferri uerba quæ cōfirment, prout Pau  
verbū dei nō lus ad Hebræos.12. facit. Sed quia dei uerbi non est  
in hominis

in hominis potestate, neq; ad proferendum, neq; ad est in homi  
tractandum frugifere, sed tantummodo in manu dei, nis potestate.  
ideo necessarium est, ut eius impetrandi gratia ro-  
gemus, ut hoc nobis sanctum uerbum uel per seipsum,  
uel per hominum quempiam concedat. At nunc uerum  
esse constat, quod qui nunquam adhuc pressuris exer-  
citus est, necdum expertus diuini uerbi uirtutem, qua  
sit ad confortandum efficax, is penitus ignorat, quid  
hac petitione desideretur. Sed nec saporem illi potest  
afferre, quod is solummodo creaturarum & suu ipsu  
us solatium & auxilium nouit, gustauitq;, neq; uni  
quam finaliter in angustijs perditit, neq; omni solat  
io destitutus fuit. Iam ordine singulas particulas  
tractabimus, intimumq; petitionis huius sensum rima  
bimur, quia profunda est petitio.

## DE PRIMA PARTICVL A PANEM.

Sanctum dei uerbum propter innumerabiles uirtus Verbum dei  
tes & efficientias suas, multis in scriptura nominibus panis sancto  
appellatur, quia profecto ipsum est omnia, & omnium rum,  
potens rerum. Vocatur spiritualis gladius, per quem  
diabolo, & omnibus spiritualibus inimicis resistitur.  
Nominatur lumē, imber matutinus & serotinus, cœ  
lestis ros, aurū, argentum, mediana, uestis, ornamen  
tum, & multa id genus similia. Ita etiam nuncupatur  
Panis, ideo quod illo nutritur, confortatur, grande  
scit et impinguatur anima. Nec solummodo intelligen  
dus est hoc loco nudus panis, sed quem admodū scri

## IN ORATIONEM DOMINI

ptura corporei panis nomine , omnem cibum corporis quantumuis etiam preciosum exprimit , ita per spiritualem panem , omnes animæ cibos qui innumerabiles sunt , designat , quia multæ ac uariæ sunt animæ super terram , & unaqueq; singulatim non semper eandem indigentiam , eundemq; habitum præse fert , & tamen dei uerbum , omnium & singularum neæ sitatibus animarum abundantissime sufficit ac præbet . Nam si omnium regum cibi , qui unquam aut fuerunt , aut futuri sunt , in unam coaceruarentur congeriem , non possent ad minimum dei uerbum uel minimum comparari . Itcirco nominat illud dominus Christus in Euægeliio Regale conuiuïi &c , & per Esaiæ epulum preciosum , celebre & electum .

## QVIS ERGO HIC PANIS AVT hoc uerbum dei est ?

Hic panis , hoc uerbum , hic abus , nemo est aliis , nisi ipse met dominus noster Iesus Christus , prout idem ipse Ioannis . & diat : Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendit , ut uitæ mundo cōferret . Quapropter nemo se uerbis , aut hypocrite eos fuso , in errore abduci permittat . Omnes cōdones & doctrinæ quæ nobis Christum Iesum non afferunt & repræsentant , non sunt quotidianus panis , animæq; nostræ pabulum , neque possunt eidem in minima necessitate aut tentatione suffragari .

## DE SECUNDA PARTICVLÀ, nostrum.

Declarat

## CAM COMMENTARIO LV.

30

Declarat hæc uox, nō hunc cōmunem panem à nobis principali est peti, quē etiam Ethnia comedunt, Panis filio-  
quēq; deus uniuersis hominibus etiā nō rogatus sub, rum.  
ministrat, sed illum proprium panē filiorum (qui nos  
sumus) cœlestis patris. Icaro non tanquam à terreno  
parēt, sed sicut à cœlesti & spirituali patre, nō qui-  
dem terrenū, sed uere cœlestem ac spiritualem panē,  
qui noster est, nobisq; cœlestibus filijs attinet ac ne-  
cessarius est, rogamus: alioquin superuacuum esset dice-  
re: Panem nostrū quotidianū &c. Nam corporeus pa-  
nis abunde his uerbis designaretur: Quotidianū pa-  
nem da nobis hodie. Sed deus docere uult filios suos,  
ut pro anima quām pro corporis dabo ampliorem au-  
ram gerant, imò ne sollikiti sint quid eis corporaliter  
sit manducandum aut bibendum uetat.

## DE TERTIA PARTICULA, quotidianum.

Hæc particula, quotidianum, sui loco, apud Græ-  
cos επιτον habet, qd' uarie exponitur, quibusdā su-  
peressentialē, alijs electū ac peculiare interpretanti  
bus, alijs deniq; ex Hebreo crastinū uertētibus, idest,  
q ad sequētis diei nece ssitatē sit paratus. Hæc inter-  
pretādi uarietas nemini scrupulo esse debebit, quādo  
guidē in unū eundemq; sensum omnia recurrit, modo  
genuina uis & natura panis huius, recte disseratur,

P R I M O, uocatur superessentialis panis, ideo, qd' Superessen-  
tialē dei hominem reficit, non secundum corporis tialis panis.  
naturā in statu mortalitatis, sed immortaliter super-  
essentialiter,

## IN ORATIONEM DOMINI

essentialiter, & longe ultra hunc statum in uitā eternā, prout Christus dicit: Qui manducat hunc panem uiuet in eternū. Proinde petitionis huius est sensus: Pater da nobis superefficiālē, immortalē mīq; ac sempiternū panem.

**Panis selectus.** SECUNDΟ, nominatur electus, tener, ac sapidus panis, qui plenus sit omni uoluptate & iucundissimo sapore, prout de coelesti manu scriptum est Sa- pi. 16. quod deseruēt uniuscuiusq; uoluntati, ad quod quisq; uolebat conuertebatur. Ita noster hic panis coelestis longe est nobilior, delicatior, sapidior, atque in omnibus uirtutibus & gratijs opulentior terreno pane. Quim & ideo potest dici selectus panis, quod sit egregius, peculiaris, proprius, id est, singulariter ac proprie solummodo nobis dei filijs destinatus atq; cōcessus, prout apostolus ad Hebræos dicit: Habemus at tare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruunt, atque hoc modo peculiarem ac proprium panem habemus.

**TERTIO,** Iuxta hebraicū appellatur crastinus panis. Est autem hęc Hebræe lingue proprietas, ut Quotidiis qd nos quotidianū uocamus, hoc illa crastinū nominus semp̄ ne net. Porro illud quotidianū appellatur, qd per singulos dies ad manum esse paratum consuevit, etiam si illud continuo in usu non esse contingat, quemadmodū dici solitū est. Hoc uel illud necesse est mihi hodie uel cras & quotidie habere, ut si quando illius indigero, cuius copia suppetat, cum nesciam qua potissimum

sum hora usurpare oporteat. Similem sensum Hebraic sermonis idioma representat hac uoce eras uel crastinū, quomodo Iacob dixit ad Laban in Genesi; *Cras respondebit mihi iustitia mea.* Id est, hodie aut eras, aut quandoque opus erit, iustitia mea pro me respondebit & satisfactet. Est ergo hic sensus, ut oremus: *O' deus, digneris nobis dare superessentialē, peculiarem, propriū, quotidianū panem, quotidianū inquam, quem ad manū ac prævia industria prouidū habeamus, si quando angustia nobis & tribulationes accident, (id quod omnibus diebus opperiri nos oportet) quo confortari possimus, ne forte præoccupemur, & ex defectu eius defferemus, contabescamus, & eterna morte pereamus.*

Hic aduerte, quemadmodum nos Christiani diuites esse deberemus, & in gentem huiuscē panis prouisionem habere, exeratatiq; & instructi esse, adeo, ut dei uerbum in omni tentatione quotidie nobis ad manū suppeteret, quo tam nos quam alios confortares mus, prout in epistolis & uitis sanctorum, quemadmodum ipsi gerint, uidemus. Sed profecto culpa in nos deriuatur, quod quia deum ob eam causam non petitimus, etiā nihil habeamus. Quodarca cogimur etiam episcopos, sacerdotes & monachos imperitos habere, qui nihil nobis conferre possunt. Quod cum acciderit, tunc quod malum est deterius facimus, & tales odio persecutimur, sinistro sermone carpimus, despeñuiq; habemus. Ecce, quo nos ira dei dicit. Icaro

Clerus indo  
ctus.

hac

## IN ORATIONEM DOMINI

**Orandum pro doctoribus.** hæc petitio animaduertenda est diligenter, quod in ea nos Christus doceat orare pro uniuersis prælatis spiritualibus, præcipue pro illis quorum interest uerbum dei impartire nobis, quod tamē eisdem non cōcedetur, nisi nos & digni simus, & ob id deum orauerimus. Quia propter cum uideris indoctos & incōpositos pōtifices, sacerdotes aut cœnobitas, noli maledicētia temerario iudicio, aut cōtumelij intonare, sed tales nō aliter contemplare, quam terrifica diuinæ ultionis speciem, qua & te affligendo corripit, & nos omnes, quia nec dominicam orationem profudimus, nec deum pro pane nostro quotidiano suppliater adiuimus. Nam si ex desiderio quotidiani panis nostri dominicā orationem legitime funderemus, haud dubie nos deus exaudiret, idoneosq; & compositos nobis prælatos concederet. In nos culpa magis quam in prælatos refertur. Nec tamen desunt, qui sacerdotum imperitiam non solū pruindicta nō recognoscūt, uerum etiam delectantur tales contemptui habere, & subsannationum suarū licetiam in tam notabili diuinæ ultionis argumento exercere, cum magis deberent, si possent, cruentas lachrymarum guttas profundere, quod sic graue seuerāq; nobis plagam deus immittit. Nec te præterire debet, nunquā à deo mundum grauioribus afflictum plagis, quam cū cœatientes & indoctos rectores dominari permisit, per quos dei uerbum, & panis noster intermittitur, nosq; fame iterimus. Sint Turcae, ut Turcae, hæc plaga lōge maior est. Et uæ nobis, quod eā neq; cognoscimns,

cognoscimus, neque precibus amolimur. Econtra-  
rio, nunquam magis propitius fuit deus, quam cum  
eruditos & oculatos pastores concessit, per quos di-  
uini uerbi magna prouisio & quotidianus usus fu-  
it. Quilibet enim Christianus, ac quæuis anima Chri-  
stiana uerbo dei progenita est, atque ideo etiam  
necessse habet eodem dei uerbo enutrirri, subsi-  
stere ac defensari, alioquin pereundum illi est mul-  
to calamitosius, quam corpori, cum sui panis usu  
priuatur.

## DE QVARTA PARTICVL A, DA.

CHRISTVM Iesum qui panis est, neq; p stu-  
dia literarū, neq; per auditū, neq; interrogando, neq;  
disquirendo quisquam à seipso habere potest, ad quem  
cognoscendum sunt omnes libri pauiores, omnes ma-  
gistrī inefficiōres, omnes rationis nerui obtusiores,  
utpote à patre solo reuelandum, ac nobis concēdendū,  
prout idem Christus dicit Ioannis. 6. Nemo potest  
uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Itē:  
Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à pa-  
tre meo. Item : Omnis qui audiuit à patre & didi-  
cit, uenit ad me. Icaro idem nos Christus doct,  
ut pro hoc salutari pane orare debeamus, da noi-  
bis hodie.

D V O B VS aut̄ modis panis noster q̄ Christus est,  
nobis datur. Primo, s̄or in seculis, p homines, ut sunt  
sacerdotes & doctores, et hoc etiā duobus fit modis.

Primo,

## IN ORATIONEM DOMINI

Primo, per sermonem, Secundo, per sacramentum al-  
taris, de quibus multa dicenda essent. Breuiter, Ma-  
gnum quoddam gratiae donū est, cum à deo cōceditur,  
ut Christus prædicetur atq; doceatur. Quāquā ubiq;  
terrarum nihil aliud fieri congruebat, quām Christū  
prædicationibus euulgari, panemq; duntaxat hunc  
quotidianum pāsim erogari. In sacramento Christus  
sumitur, quod tamen omnino frustra fieret, nisi uer-  
bi quoq; distributio atq; instructio simul adhiberetur.  
Nam doctrina uerbi Christū affert in populū, eiusq;  
cordibus cognitione reddit, quem alioqui ē sacramen-  
to nunquā intelligeret. Qua propter hodie res ple-

Celebrationi  
missarum as-  
sit uerbi dei  
prædictio.

na gravis scrupuli est, toties missarum celebrationes  
fieri, atq; ad eas instituendas tantummodo festinari,  
illud uero principale, propter quod missæ sunt insti-  
tutæ, id est, diuinæ uerbi prædicationem (proh dolor)  
omitti, cum tamen Christus iubeat, & dicat: Hoc fac  
te in meam commemorationem. Quod si et ipsa præ-  
dictio nequaquam intermittatur, tunc ipsa quidē missa  
de Christo est, prædictio uero de Theoderico de Ber-  
na, uel de alijs id genus anilibus fabulamentis. Iste  
usmodi nos deus plagis diuexat, quia pro pane no-  
stro quotidiano minime rogamus. Quo sit, ut tandem  
excelsissimæ dignitatis sacramentum non solū ad ina-  
nem & sterilem redigatur usum, uerum etiam contem-  
ptui habeatur. Quid enim prodest, inibi Christū ades-  
se, nobisq; panis uicē representari paratum, nec tamē  
nobis conferri, aut in utilitatem nostrā & usum ue-  
nire?

C A M C O M M E N T A R I O L V S . 33

nire? Tum perinde res agitur, ac si in apparatu splendi  
didi conuiuij nemo esset, qui uel panem imparturet,  
uel abum apponeret, uel potum misceret. Tunc enim  
cōuiuæ solo pasci odore, uisuq; possunt. Ideo de Chri-  
sto tantummodo prædicationes fieri deberent, omnia Prædicanda  
q; ad ipsum referri trahi que, ipsūmque in omnibus de Christo.  
scripturis repræsentari, tradēdo, ad quid ille uenerit,  
quid nobis importauerit, qua fide, quibus moribus nos  
erga ipsum geramus, ut ita populus per doctrinæ uer-  
bum precordialiter Christum disceret cognosaretq;  
nec ita inanis è missa rediret, ut ne q; Christum, ne q;  
semetipsum cognosceret.

Secundo, intime, cum per seipsum deus doctrinam  
suam largitur. Hanc autem intimam diuini uerbi com Panis intime  
munionem prorsus oportet ei qui forinsecus cōfertur, datur.  
adiungi, alioquin & ipsa foris impensa omni fructu  
uacat. Porro exteriore (ut decet) rite succedēte, etiam  
interior non absistet: quia non permittit deus suum si-  
ne fructu uerbū pertransire, prope adest, et hoc in-  
tus per seipsum docet, quod per sacerdotem foris con-  
fert, prout ipse per Esaiam. 55. dicit: Quomodo de-  
sēdit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra nō reuer-  
titur, sed inebriat terram & infundit eam & germi-  
nare eam facit, & dat semen serenti, & panem co-  
medenti, sic erit uerbum meū quod egredietur de ore  
meo. Non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcū  
que uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.  
Hinc ueri Christiani fiunt, qui & Christum cognoscant, & ni-

IN ORATIONEM DOMINI  
Scant, et eundē experientia saporis intimi persentiat.

SED DICIS.

Quid est Christum cognoscere, & quid rei eadē cognitio representat?

RESPONSO.

Christum discere, & cognitione perapere, est,  
cum intelligis quod apostolus ad Corinthios 1. dicit de/  
Christo: Qui factus est nobis sapiētia à deo & iustitia  
& sanctificatio & redemptio. Hoc tunc intelligis,  
cum cognosis omnem sapiētiam tuam esse damnabili-  
lem stultiam, tuam iustitiam damnabilem iniustitiam,  
tuam sanctificationem, damnatam immundiciem, tuā  
redemptionem esse miserabilem damnationem, atq;  
hoc modo per intellectū inuenis temet in ueritate ho-  
minem stultum, peccatorem, immundum & damnatum  
esse, id q; non tantum uerbis, sed ex intimo corde etiā  
operibus ostendis, nullam tibi consolationem & salu-  
tem remanere, quā sit ea, qua Christus tibi concessus  
à deo est, in quē credere debeas, atq; ita ex ipso emo-  
lumentum reportare, ut sola ipsius iustitia te saluet, p/  
pter quod eadem inuocas & eidem penitissime confi-  
dis, nec alia tibi fides est, quā ut hunc panem edas,  
quemadmodum ipse Ioannis. 6. dicit: Pater meus dat  
uobis panem de cœlo uerum.

SED DICIS.

Quis nescit peccatores nos et nihil esse, atq; per  
solum Christum saluari?

Responsio

CAM COMMENTARIOLVS. 34  
RESPONSIO.

Magna certe gratia est, hoc ipsum scire, uerbis profiteri, & audire posse. Sed pauci eorū sunt, qui in intellectu pariter & affectu asequantur et sentiant. Id probat experientia. Nam contemptu siquando habentur, ceu satui et peccatores aequi animis ferre non possunt, & statim sapientiam & probitaculam quā Causae de piā extra Christum reperiunt, quæ ipsorum est pro sperationis. pria, idq; præcipue, cum eos cōscientia uel in uita, uel in morte redarguit, tunc eos prorsus latet, ipsorum iustitiā esse Christum, proinde ultro atroq; disquirūt, quem idmodum suam ipsi cōscientiam solentur et cōfertent proprijs suarum uirtutū functionibus. His autem operem nullam afferentibus (sicut reuera non afferunt) in desperationis barathrum prolabuntur.

Vides, quā hinc multa diænda essent, & quā merito de hac re omnes personare cōdones deberent. In huc igitur modū si Christus prædicaretur, et eximius ille panis distribueretur, animæ illum complectetur, eiusq; usū in uniuersis tribulationibus, quæ ipsis diuina permissione obueniunt, semet exercere niteretur, ac ppter ea sic fortitudine fideq; replerentur, ut exinde neq; sua peccata, neq; ppriā cōsciētiā, neq; dia bolū, neq; morte timerent. Iā uides, qd fiat hoc quotidiano pane, quæ ueraciter Christus est. Ex quo tamē nequaquam poteris utilitatē, aut emolimētiū cōseq, nisi huc tibi deus in uerbū redigat, ut ipsum audire, sicq; intellectu percipere possis. Nam quod in cœlo residet,

## IN ORATIONEM DOMINI

uel sub specie panis occultatur, quidnam prodest tibi? Neceſſe eſt illum diſtribui, apponi, atque in uerbum redigi, per uerbum quod intus docet, & foris ſonat. En tibi dei uerbum in ueritate. Christus eſt panis, dei uerbum eſt panis, utrobiq; tamen una res, unus panis. Siquidem & ipſe in uerbo eſt, & uerbum in i- pſo eſt. Deniq; credere in i- pſum uerbum, eſt māduca re hūc panē, quē ſi cui deus dederit, iſ in æternū uiuet

## DE QVINTA PARTICVL A, NOBIS

Hic quilibet mortalium admonetur, ut in uniuersam Christianitatē cor ſuum latiſſime expandat, orētque pro ſe, & pro tota multitudine hominum, pre cipue pro ſacerdotibus, qui uerbum dei tractant. Ut enim in tribus petitionib⁹ primo loco poſitis, ea que me orādūm. dei ſunt deſiderādo quaerimus, ut ſuum ipſe regnum in nobis recuperare ac uendicare dignetur, ita nunc pro Christianitate deprecamur. Nihil autem inter oīa magis neceſſarium eſt, utiliusq; Christianitati, quam panis quotidianus, id eſt, ut ſacerdotibus eruditio- nis gratiam coferre dignetur, ſuumq; uerbū toto terrarū orbe prædicari faciat, et audiri. Cū enim ſacerdotalis dignitas, ac dei uerbum in ſuī tenore & ſanctitate con-

vis Christiania ſiftunt, tum uiret floretq; Christianitas. Id etiā ut petamus nobis ipſe comiſit, dicens: Rogate dominū meſ- ſis, ut mittat operarios in meſsem ſuā. Quapropter ſe- cundū charitatis rectum ordinē in primis orare pro

Christianitate debemus, in quo maius quiddam fa- mus, quā ſi pro nobis meipſis deprecaremur. Nam, ut

Chryſo

## CAM COMMENTARIOLVS. - 35

Chrysostomus ait: Oranti pro tota Christianitate, pre-  
ces eiusdem Christianitatis rependuntur, quod in eadē  
præce cum ipsa Christianitate pro se quoque depreca-  
tur. Nec est legitima bonitatis oratio, qua quispiam  
pro se tantum rogat. Neq; menti meæ admodum sc-  
det (si errore non labor) tanta copia uarietasq; frater-  
nitatum, præsertim apud eos qui sibimet confisi, rem  
istam perinde pertinaciter gerūt, ac si nobis post terga  
dimissis, soli ipsi consequi cœlorum regna uellent. Sed  
tu uelim cogites atq; cōsideres Christum non frustra  
docuisse, sic ab omnibus orandum esse. Pater noster  
non sic. Pater mi. itemq; Panem nostrum quotidianum  
da nobis hodie, non sic, Panem meum quotidianum  
da mihi hodie. Deinceps quoq; multitudinis numero  
ponit debita nostra, debitoribus nostris, ne nos, libera-  
nos &c. Ecclesiam uult audire, non te aut me, aut  
transfigam quempiam segregatumq; pharisæu. Qua uult deus at  
propter cum ecclesia concinne, et rite beneq; cantabis. dire.  
Et si forte absonta uoce perstrepis, tamen quia multi-  
tudinis aſſonas concentui, pro legitimo cantus tuus  
tenore censebitur: at si canere solitaria uoce tentabis,  
non effugies fannas & cauillationes.

Fraternitas  
uarietas.

Ecclesiast

## DE SEXTA PARTICVL A, HODIE.

Hec particula (prout etiam superius traditū est)  
docet, non esse in nostra potestate uerbum dei. Ideo  
debet & absit ut necesse est omnis falsa cōfidentia,  
acumen ingenij, ratio, peritia, sapientia. Siquidem

## IN ORATIONEM DOMINI

in tempore temptationis oportet deum per semetipsum nos  
affari, suoque nos uerbo consolari, & incolumes conser-  
uare. Nam etiā si amplissima scripturarum supellex ali-  
cui ad manum suppetat, ita ut mundum docere possit  
uniuersum, in tranquillitate & pace consistens, nisi de-  
us ipse ueniat sauentibus fluctuum procallis, nobisque  
interius per seipsum tammodo uel per hominem loqua-  
tur, facile cuncta obliuioni traditur, ac tandem obruitur  
et per seū it nauicula, quemadmodum psal. 103. scriptum est.  
Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrii, & omnis sapi-  
entia eorum deuorata est. Id est, ita prorsus absorpta,  
ut nihil penitus scientiae ipsis relinquatur. Cum  
ergo periculis plena sit uita quam agimus, habeamusque  
omni tempore opperiri uarias tribulationes, etiam mor-  
tis angustias, et gehennae cruciatus, oportebit nos in timore  
persistere & orare, ne diutius differat uer-  
bum suum deus, sed hodie, iamiam, & quotidie prope-  
ac uicinissime adsit, ut nobis det panem nostrum, et quem  
admodum Paulus inquit ad Ephesios, effidat, ut Christus  
in nobis uideatur, habiteque in interiore homine  
nostro, atque ideo non cras aut pendie, tanquam si hodie  
securi ac timore uacui agere uellemus, sed hodie. Quem  
& ipsa res docet, melius hodie quam cras dici, si quan-  
do ratio ingruit, ut dei in nobis uoluntas fiat, & nostri  
arbitrij beneplacitum presentissimis angustijs pessum  
eat. Immo reuera tunc nostra uoluntas optaret, ut non  
solum hodie, uerum etiam ipso eodem horae momento  
illum nobis panem deus largiretur.

Conclusio

## CONCLVSIOPETITIONIS HVIUS

Sensus ergo petitionis huius est. O' pater cœlestis,  
ex quo tuam sustinere uoluntatem nemo præualet, de-  
bilioresq; sumus, quam ut nostram uoluntatem, et ue-  
terem in nobis Adam æquanimiter trucidemus, peti-  
mus, ut nos cibare, confortare, & consolari uerbo  
tuo sancto digneris, tuamq; conferre gratiam, ut cœ/  
lestem illum panem Iesum Christū prædicationibus di-  
ulgari per uniuersum terrarū orbem audire, ac pres-  
cordialiter cognoscere possimus, ut tādem pernicio-  
se, heretice, errabundæ et omnes humanae doctrinæ  
desinant, solumq; uerbum tuum, quod ueraiter pa-  
nis uite est, dispartiatur.

SED DICIS: PETIMVS I NE NVNC  
etiam pro terreno pane?

RESPONSIO, Potest certe non incongrue  
etiam corpori necessarius panis in hac petitione intel-  
ligi, principaliter tamen spiritualis panis animarum  
Christus subauditur. Ideo nos docuit, ne solliciti si-  
mus propter corporis cibum & uestē, sed tantummodo  
super hodierni uictus presenti necessitate cogitemus.  
prout ipse dicit Mathei.6. Nolite solliciti esse in cra-  
stinum. Chraſtinus enim dies sollicitus erit ſibi pſi.  
Sufficit diei malicia ſua. Et hæc quidē bona eſſet fidel  
exercitatio, ſi quis pro hodierno tantum pane precarī  
diceret, ut poſtea ſciret in amplioribus deo conſi-  
dere. Non quod labores exerceri non debeat pro

## IN ORATIONEM DOMINI

temporario uictu aut quæstu , sed ne sollicitudo nos distendat, perinde ac si passa non possemus , nisi curis nosmet afficeremus et angustijs, ut labor ipse plus ad seruendum deo, atque ad oda uitanda geratur, itemq; ad implendum dei præceptum quod primo parenti des dit: In labore uultus tui uesceris pane tuo , quam ut curis et angoribus atteramur, solliciti quomodo sustentemur. Id enim deus cōmode prouidebit, modo simpli ciatr iuxta præceptum ipsius laboremus.

## QVINTA PETITIO.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

*Quis unquā crederet hac petitione tam multos horum  
In sanctulos minum uellicari et accusari? Primo, quid orarent  
grandes illi aeuo nostro sancti, qui semet integræ probitatis esse reputant, præcipue post confessionem, absolutionem, & satisfactionem; iam que ita uiunt,  
ut pro suis minime deprecentur peccatis, ad exemplum ueterum sanctorum, de quibus dicit David: Pro hac orabit ad te omnis sanctus, sed tantummodo magna uacueruant merita, preciosissimum in celo palatum haud procul à diuo Petro constructuri operum multitudine bonorum. Tentabimus tamen iuvante nos deo, an peccatores ipsos esse possimus ostendere, atque in nostram miserabilem & peccatriam colluuiem adnumerandos fore, ut discant nobiscum hac petitione uti, non solum ante confessionem et poenitentiam,*

CAM COMMENTARIOLVS. 37

nitentiam, uerum etiam post ingentes illas indulgentias  
à poena & à culpa, atq; post omnium culparum re-  
missionem orare nobiscum: Domine dimitte nobis de-  
bita nostra. Nam cum ioco & mendacio deum elude-  
re nemo posset, uere, uere, oportet in graui ac notabili  
serio culpam inesse, quam indulgentiae, uel nō at stu-  
lerint, uel auferre non praevaluerint. Huius rei gratia  
non bene conuicet indulgentijs cum hac petitione.  
Si per indulgentias omnis ablata est culpa, omittit hac  
petitionem, ne corā oculis dei pro ementita deprecant  
do culpa, & deū irrideas, & perniciem tibi ascas.  
Sim autem petitio hæc in ueritate subsistit, iamiam de, Penuria in-  
us auxilio sit penuria indulgentiarum, quæ adhuc ita indulgentiarū  
grauem relinquunt culpam, ut propter eam deus me-  
rito damnaret hominem, si non pro gratia rogaretur.  
Verū hæc nimio plus dicuntur. Probe enim noui glos-  
semata illa callidissima, per que ex diuinis literis ca-  
reus quidam nasus effingi consuevit.

HAE C PETITIO DVOBVS MO  
dis intelligi potest.

Primo, quod deus nobis culpam condonat occulte,  
cum eius rei nulla nobis experientia relinquatur, quē  
admodum plurimis hominum culpas imputat & re-  
scrutat, illis hoc ipsum nō sentientibus aut curantibus.

Secundo aperte & experimentaliter, quomodo et  
quibusdā experimento idipsum discentibus culpas ad-  
metuntur, ut puta per correptiones, atq; conscientiarum

IN ORATIONEM DOMINI  
terrores. Prior cōdonatio semp est necessaria. Postie-  
riore nonnunquā opus est homini ne desperet.

Q VID REI EST HOC?

Condonatio Aio sic, quod deus multis hominibus amantissime duplex peccata fauet, & omnia illis delicta p̄cordiali affectu remittit, nec tamen de hoc ipso quicquam eis dicit, sed ita illos interius exteriusq; tractat, ut se minus gratiosum habere deum autem, quiq; ipsos & temporaliter & eternaliter damnare uelit, foris percutiens, intus terroribus perturbans. Horum unus Dauid erat, cum Psal. 6. inquit: Domine ne in furore tuo arguas me &c. Sic & econtrario, non paucis culpas clam reseruat, utpote inimicus ipsorum. Nec tamen quicquam ipsis de hoc dicit, sed ita cum eis agit, ut se & charifimos esse filios existimat. Foris perbelle degut, intus est gaudiū, & cœlestis regni securitas. Hi Psal. 6. describūtur. Nō mouebor à generatiōe in generatiōem sine malo. Scio (inquit) quod me nemo in perpetuum violento rotatu exagitabit, arietabit ue. Periculorum et omnis infortunij expers ero. Porro, deus interdum consolationem, experimentūq; hilarescentis fiduciae ad suam gratiam dignanter conscientia largitur, ut per eandem gratiam homo confortetur, eiusq; largitor confidat, si quando angustijs conscientia sue uexabitur. Econtra deus permittit interdum exterriri conscientia, ac mœrore deiici, ut homo hilaritatis etiam tempore deū timere non omittat.

Prior

CAM COMMENTARIOLV S. 38

Prior condonatio, amarior nobis est et molestior,  
sed reuera nobilior & gravior. Posterior est magis  
vulgaris, ideoq; faalior. Vtr anq; Christus in Maria  
Magdalena ostendit. Priorē, cum eidē dorsum aduers-  
tit, & tamē Simoni loquitur. Remittuntur ei peccata  
multa. Tum pacis expers adhuc erat. Alterā, cum uer-  
sa ad illam facie dixit: Remittuntur tibi pecata tua, ua-  
de in pace. Tunc pacis effecta compos est. Sic prior  
mundat, altera pacem affert. Prior laborat & impor-  
tat, altera quiete agit & accipit. Et est profecto inter  
utranque immensum ualde discrimen. Prior nudæ est  
fidei, & meretur multum. Altera in experimento est,  
quod meritum præripit. Priore deus utitur ad eximij  
spiritus homines, altera ad infirmiores, & initio ad  
huc laborantes.

Iam libet intueri efficiassimum indulgentiarum di- Nobile di-  
ploma, quale necdum toto terrarum orbe uisum est, nō diploma indul-  
quidem pecunia redemptum, sed uniuersis mortali- gentiarum.  
bus gratuito concessum. Cæteri doctores satisfacio-  
nem nobis iniungunt in marsupio & cista. Christus  
uero non nisi in corde, id est, loco, quo nullus omnis  
no potest esse intimior uiciniōr ue, ut tibi necesse  
non sit Romam uel Hierusalem petere, uel diuum  
adire Iacobum, uel hincinde propter indulgentias dis-  
cursare, cum indulgentiam Christi æque inops ut  
diues, & que ægrotus ut sanus, & que prophanus ut  
sacris iniciatus, & que seruus ut dominus redimere pos-  
sint. Cuius quidem indulgentiae diploma his uerbis  
descriptum

## IN ORATIONEM DOMINI

Breue sum/  
mi pōtificis. descriptū est: Si dimiseritis hominibus peccata eorū,  
dimitiet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra.

Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester  
dimitet uobis peccata uestra. Hoc diploma, uulnerum  
Christi annulo diligenter ob signatum, morte q̄; ipsius  
confirmatum, iam penē obliteratum & obrutum est  
ingenti nymbo Romanarum indulgeniarum. Iam ue  
ro exasare semet de peccatis sibi necdū remissis, uel  
de retentioē peccatricis cōscientia nemo potest, quā  
doquidem Christus non dicit: Tu pro peccatis tuis tan  
tum ieiunare, tātum orare, tantum de re familiari elar  
giri: hoc uel illud facere debes; sed si desideras satisfa  
cere, & debita tua persoluere, amoliriq; peccata tua,  
audi consilium meum, imò præceptum meum, & hoc  
tantum factō: Dimitte omnia, & muta cor tuum, ubi te  
nemo potest impedire. Sis fautor eius qui te quo quis  
malo affecit. Tu tātummodo remitte, et omnia remis  
sa & plana sunt. Cur non etiam huiusmodi prædicant  
ur indulgentiæ? An Christi uerbum, consiliū, & pro  
missio tanti reputari non debent, quanti conciones cu  
iuslibet legitime prædicantium? Imò uero hæc indul  
gentia non construit ecclesiam sancti Petri (cui mire  
fauet diabolus) sed ecclesiam Christi, quam diabolus  
summopere detestatur. Ligna enim & lapides nō ad  
modum diabolum impugnant, sed unanime ac proba  
mentes penitiſſimis illū doloribus compungunt. Hæc  
enī indulgentia gratuito concessa persuaderi non po  
test, cum illa preciōse proueniens facietatem non affe  
rat

Stationes  
quas quære  
re debemus  
pro indulgē  
tijs.

Romanensi  
um persona,  
non  
construit  
ecclesiam  
sancti Petri  
cui mire  
fauet  
diabolus  
sed ecclesiam  
Christi, quam  
diabolus  
summopere  
detestatur.  
Ligna enim  
& lapides  
nō ad  
modum  
diabolum  
impugnant,  
sed  
unanime  
ac proba  
mentes  
penitiſſimis  
illū doloribus  
compungunt.  
Hæc  
enī  
indulgentia  
gratuito  
concessa  
persuaderi  
non po  
test, cum  
illa  
preciōse  
proueniens  
facietatem  
non affe  
rat

CAM COMMENTARIO LVS. 39

rat? Nec tamē Romanas indulgētias reijcio, sed opto,  
ut unaquæq; res pro sui dignitate censeatur, & ubi  
quis probatum aurum nancisci gratuito poterit, ne aut  
prum pluris auro pendat. A` colore tantum & fulgo  
re gnauiter tibi caueto.

DVO SVNT HOMINVM GENERA,  
qui nō possunt hanc petitionē fundere, neq; maximā  
hanc indulgentiam redimere, promereri ue.

Quidam satis enormi ruditate, qui proprijs de/  
bitis obliuioni traditis, proximorum debita sic exag-  
gerando multiplicant, ut impudenter etiam audeat di-  
cere, se se neq; uelle, neq; posse unquam remittere, fas-  
uoremq; placiti cordis exhibere. Isti profecto in suis  
oculis trabem, imò plurimas trabes gestant, nec tamē  
aduertunt: at minutulam in oculis proximi festucam  
memorie non patiuntur elabi. Hoc est, Propria pecca-  
ta, quæ nepharie in deū admiserunt, nō curāt, proxii-  
morum uero debita magnopere expendūt, et cum si-  
bi maxima sacerdota remitti à deo postulent, faciliora ta-  
men ipsi non permitunt impune aliorum trāsire deli-  
cta. Qui etiam si nullo alio debito aut peccato impli-  
rentur, cum magna prorsus esset trabs in oculis talium,  
quod ex confessio aduersus dei preceptum inobedien-  
tes fuit, nolētesq; remittere, ulcisci semet (quod so-  
li deo competit) querūt. Vere mirabilis deus in iusti/ Mirabile dei  
tia & iudicio suo, quia maiore culpa qui non remittit iudicium.  
constringitur, quam is qui iacturam & iniuriam in/  
tulit.

In inexorabi-  
les malevo-  
los.

## IN ORATIONEM DOMINI

tulit. Proinde tali homini hæc petitio ad delictum deputatur, prout Psal. 108. continet: Oratio eius fieri in peccatum. Sic enim sibi metus maledicit, et hanc petitionem in contrarium uertendo deprauat, eaq; indignationem meretur, qua gratiam cōsequi deberet. Quid enim aliud est, cum dicis: Nolo remittere offensam, & nihil tamē seāus coram deo astans cum preōso sacrarū bacularū gestamine, ac uolubilitate lingue cōmurmurās: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quām si diceres: Debitor tuus sum ó deus, et mihi quidam debitor est. Cui cū nolim quod in me peccauit remittere, & tu quoq; mihi ne remitte. Parere tibi, etiam à te condonare iūsus, nolo. Te potius ac cœlos tuos omniaq; deserere, atq; ad diabolum commigrare sempiternaliter uolo. O te miserum hominonem. Vide nunc, an talem habetas hostili in te animo inimicum, aut pati queas, qui te corā hominibus sic maledictis proscinderet, sicut tuipse propria tua prece, corā deo sanctisq; omnibus, temet male dicētissime despandes. Et qd tibi fecit illes? Damno te forsitan rei familiaris affectit. Eya, cur rei temporariæ tantillū detrimentū, sempiterna uis ultro exaggerare iactura? Prouide tibi cautius ó homo. Neque enim is qui te perturbat, sed tuipse alienam offensam non remittendo incomparabile tibi damnum affers, quale quantumq; ne mundus quidem uniuersus posset afferre.

Alij argutiores sunt, qui spiritualiter affliguntur à proximis

Oratio inuidi hominis.

proximis suis, id est, qbus nihil irrogatur molestie, Aversantes  
 præterquam quod eis præcordialiter dispiacent proxi proxios pha-  
 mi, idq; ex uehemeti(uti confidunt) zelo iustitia & risaico zelo,  
 sapientiae, quia peccatum & fatuitatem delicati & for-  
 mosuli sancti ferre non possunt. Hi sunt quos sacra lis-  
 teræ aspides nominant & dracones, quos adeo pro-  
 funda cœtas tenet, ut nec ab ipsis experimento co-  
 gnoscatur, nec ab alijs persuaderi queant, se se esse,  
 qui proximis suis condonationē non impartiant, quin  
 potius magnopere demereri deum, probeq; agere se  
 putant, si cōtemptrī proximos suos auersentur. Hu-  
 iusmodi hoc indicio cognoscas. Quicquid ab alijs fit,  
 suggillant, deprauant, dijudicant, nec tacent quādū  
 aliquid de proximis sciunt. Hi Græce, diaboli, Latine  
 criminatores, Hebraice satanas, teutonice achterklep-  
 pers nominantur. Breuiter, hoc est maledictū agmē,  
 quod omnes canino dente rodit, cōtemnit, execratur,  
 idq; totū sub specie boni facere uult uideri. Quæ qui Digna tēpo-  
 dem diabolica, gehēnalis, & profligatissima uxatio, ribus nostris  
 iam (prob dolor) per uniuersam Christianitatem cru lamentatio.  
 delius multo, quam unquam queuis pestilentia gras-  
 satur, inualescit, in numerabilesq; linguas ueneni con-  
 tagione corrumpit, neq; tamen hoc ipsum (quod apud  
 deum lamentabili querimonia deponi debet) ulla uel  
 sollicitudine, uel uigilantia attēditur. Hi sunt qui pec-  
 catis obnoxios non modo nulla dignantur gratia, ut  
 ipsos (œu decet Christianos) uel preabus promoue-  
 rent, uel beneuola doctrina imbuerent, uel fraterno  
 zelo

## IN ORATIONEM DOMINI

zelo redarguerent, uerum etiam perinde atq; malefici  
os in diuino pariter atq; seculari iudicio & accusa-  
tionibus, & iudicium sententijs damnandos esse ant-  
sent. Ibi necesse est ab huiusmodi uenenatis & infer-  
nalibus linguis, tot indices, tot iudicia, tot accusatio-  
nes sustinere, quot aures offeruntur, etiam si mille per-  
diem offerretur. Eae, hi sunt calamitosissimi sanctu-  
li, qui proximorum culpas, neq; remittere, neq; obli-  
uione sepelire nouerunt. Horum ingenium est, nulla  
unquam praecordiali benevolentia erga quemuis ho-  
minū moueri, ut & ipsi quoq; digni sint, quibus de-  
us non solum debita non remittat, sed etiam eiusmodi  
indignationem exhibeat, ut nunquam debita sua no-  
scant. Tum elegans excusationis ornamentum præten-  
dunt, dicentes: Non haec profecto dixerim, uel ex af-  
fectu malefico, uel intentione peruersa. Ego isti praet-  
cordiali fauore quicquid boni est, precor. Hic uide,  
quām tenero ac molli pilo minutula seles operta sit.  
Quis hoc uel cogitaret tam acutos uidelicet ungues,  
& tam acres linguas, sub glabra cute latere? O' hypo-  
crita & mendax, si amicus homini fores, non tanta  
cum uoluptate, & complacenti affectione diuulgares  
in fortunum ipsius, sed magis silentio premeres, in modo  
damnabilē animi tui contemptum in affectum com-  
passionis & misericordiae mutares, ipsum excusando  
tegeres, & alios ne proloquerentur compesceris, pro  
ipso deum orares, ipsum fraterne præmoneres, atq;  
ad emergendum iuuares, deniq; compunctionem, &  
affectionem.

effectuam coationem susciperes atq; cum tremore  
 propriam fragilitatem tuam reuelueres: prout di-  
 uus Paulus dicit: Qui stat uideat ne cadat: dicesq;  
 cu sancio illo ac uetulo patre: Ipse heri, et ego hodie. Ipse heri.  
 Cogita etiam, quemadmodum tibi cordi futurū esset, Cras ego.  
 si uicario tecū rigore deus ageret, quo tu in proximū  
 uteris, iuxta tenorem petitionis huius, teq; traduceret,  
 ac toti mundo tua peccata diuulgaret. Quo etiam susti-  
 neres animo, si alius quispiam tua quoq; scelera dissem-  
 inaret in uulgo? Optares profecto, ut omnes se se-  
 intra silentium teneret, te excusarent, tegerent, ac pre-  
 cibus adiuuarent. Nunc autem agis contra naturae le-  
 gem, que dicit: Quod tibi uis fieri, hoc etiam alteri ut-  
 fadas ipse aura. Neq; credas unquam obtrectatori, pro-  
 phanoq; ac temerario iudici sua remitti peccata, siue  
 parua siue magna, aut ipsum boni aliquid operis  
 meritorie agere posse, nisi uirulentam mutet linguā.  
 Sic enim diuus Iacobus inquit: Si quis uidetur religi-  
 osus esse inter uos, qui nō frēnat linguam suam, sed  
 aberrare sinit cor suum, huius uana est religio. Sita-  
 men non potes nō occupari circa peccata proximi tui,  
 obserua nobilem, preciosam, & auream illam Christi Aurea Chri-  
 regulam, ubi ait: Si peccauerit in te frater tuus, uade sti regula.  
 & corripe eum inter te & ipsum solum. O quam no-  
 tanter nō ait, dic alijs hominibus, sed inter te et ipsum  
 solum. ac si diceret: Si non uis soli dicere, conpesce lin-  
 guā et silentiū age, sinitoq; intra cordis secreta sepul-  
 tū iri. Nō enī te dirūpet, ut Ecclesiasticus docet. O q

## IN ORATIONEM DOMINI/

facile posset pro peccatis suis pœnitentiam agere, qui  
semet hoc tam egregio opere uellet exercere, etiam si  
aliás nō admodum multa ficeret. Qui etiam si denuo  
in peccatum laberetur, tamen deus dicturus esset: Sa-  
nè hic proximi sui debita contextit ac remisit, adeste  
nunc omnes creature, & uicissim hunc cooperite, au-  
ius etiam peccata nullo unquam sermone prodetur in lu-

**Neglectus** cem. Hodie uero uarie queruntur uiae ac modi, quibus  
fructuose satisfactio & pœnitentia pro peccatis agantur. Te-  
predicatio norē autē quotidiane petitionis nostrae nec uideamus

nisi. nec audimus, quod saliat maxima pœnitentia, præstan-  
tissima satisfactio, ac summa indulgētiarū impetratio  
sit, remittere debtoribus nostris. In hac obliuionē et  
iuriam perducunt nos pampatic&cōciones condo-  
nationū, & terrific& impositiones quæ in cōfessione  
fiunt. Adbuc tamē obrectatores illi aliud cōminiscan-  
tur, proximisq; suis insuperliminari portarum fronti  
spicio diabolū depingūt, ac ueluti quidā encauste sese  
candescant, dicētes: Ohe, nunquid non uerum est?  
Cur ergo nō dicerē, cū sic se habeat rei ueritas? Ego  
id ipsum uidi, et procul dubio noui.

## R E S P O N S I O .

Et te quoq; peccasse uerū est. Cur nō etiā tua scle-  
ra profiteris, quādoquidē uniuersam tibi proferendā  
ueritatis prouinciā esse cōmissam uis uideri? Sin autē  
tua uis flagitia silentio celare, itidē naturali lege &  
alijs facere curato. Nec tamē, etiam si uerum quod dī-  
cis esset, meliore es cōditione, quā pditor et sanguinis  
uenditor,

## Excusatio in peccatis.

## CAM COMMENTARIOLVS. 42

ueditor, qui s̄aþe numero misellis etiā hominibus nimis uerū deblaterāt. Ad hēc agis cōtra Christi regiam, prohibētis ne facias nisi soli. Quē tibi nō auscultatē adhibito adhuc uno, iterū admonebis, ac deniq; inobedientē tu cum teste deser ecclesiæ. Verū regula hēc abolita est, ideo dei uerbum post habentibus ea contingunt, quæ iustum est contingere. Cæterū in uni verso terrarū orbe flagitium calamitosissimū est illa hodie calamitissima criminosisimāq; detractio, ac alienorum totissima oscelerum reputatio. Nam cætera peccata contaminant bē peruagari perdunt agentē solummodo, detractor uero miser tur impune. ac damnabilis aliorum etiā peccatis sordidari habet atq; damnari, id quod hoc argumēto cognosces. Quo maior est in peccatis delectatio & complacentia, hoc enormior est culpa. Peccator autem cum in totum propter cōmīsa flagitia uere cūdatur, sc̄q; ipsum prō iniusto iudicat & redarguit, uellet à nemine sciri, atq; hoc modo peccati dedecus quantotius abolere, cum eae detractor ad uolās in eandē coenī uoragine prolabitur, inibiq; socia alacritate ueluti sus semet uolutat, aude gaudes, esse admissa scelerā, quæ lacrare, dijudicare ac deridere gratulatur. Proinde dixi, qđ q libenter obloquijs & detractioni uacat, neminē recte diligit, sed est cōmūnis inimicus humanae naturæ, ad istar diaboli. Nihil enim plus amat, quā in audire, narrare, uellicareque scelerā & dedecora hominum, quorum exhilaratur ac pascitur malis. Cui autē hēc perfus cordi est, is profecto nihil boni optat homini, sed

IN ORATIONEM DOMINI  
magis eidem in fortunum imprecatur , quod & ipsi  
deniq; imprecatori mercedis loco præstabitur.

Ideo præmonendi gratia persuaderi debemus , qd  
quilibet homo aduersus deum peccator est , habetq;  
contra se itidem peccatorem sive debitorem .

**Peccatores i** Primo peccatores sumus in grauioribus ac dama-  
bilioribus delictis , à quibus pauci inueniuntur immu-  
oēs sumus .

Quod si cuiquam tanta est probitas , quod necdū  
maioribus sit attaminatus peccatis , istamē adhuc de-  
bitor dei est , eo qd semper iusto minus diuina p̄xas  
pta complet , sed ne tātillum quidem officium ostēdit ,  
ut pro multis dotibus & gratijs , quas p̄e ceteris ac-  
cepit , uel minimam uicariæ gratitudinis uirtutē per-  
solueret , quietiam deum satis laudere nō potest pro-  
tunica uel pallio quod singulis gestat diebus , ut prete-  
ream , pro uita , pro sanitate , pro honore , pro fortunis ,  
pro rationis usu , pro amicis , & pro innumerabilibus  
beneficijs dei . Quocirca si cū eo rationem ponere de-  
us uoluerit , id futurū est , qd sanctus Iob dicit , ut sa-  
liet homo nō possit deo pro mille unū respōdere . Et  
forsitan illud magis cōtinget , ut gratiosū iudicē depre-  
carī habeat , prout David ait : Ne intres in iudicium cū  
seruo tuo domine , quia nō iustificabitur in conspectu  
tuo omnis uiuēs . Neq; enim quisquā hominū ita pbis  
et integer est , ut nō habeat adhuc ueteris Adā putorē  
ac feces , propter quas merito deus illū reprobare pos-  
set . Ideo sola humilitas conseruat , etiā eos qui in gra-  
tia degunt , quibus propria debita non imputantur ,

quod

Quod illi iudicent ipsi ueniamq; postulent, ac suis debitibus clementer ignoscant.

Secundo, & nobis quoque sunt debitores. Sic enī dei ordinatio permittit, ut existat quissimā, q uel fortūnis, uel famē, uel alijs id genus rebus nostris molestiā. & iniuriā in serat, ut nobis occasiōne præbeat agēs debitoribus nostris. Quod si forte quis ē grauissimis molestijs nihil habet quod ab alijs patiatur ( id quod nequaquam bonum repræsentat in diūm ) tamē in se inueniet fastidii, suspitiones et tædia, quibus aduersus aliquos cōmouetur. Atq; ita breuiter discimus, uere dī a qd' beatus Aug. scribit: Ois homo debitor dei est, et debitorē habet hominē. Si autē nullū habere se putat, uere caecus est animi, ac semet nō recte introspicit.

Iam uide, quā faciem preferat hæc calamitosa uita, ubi neq; abus, neq; solatium, neq; sustentatio est animæ, pro ut p̄cedens insinuat petitio. Huc accedit status ille noster, singulariter pensandus, propter quem merito damnationi addiceremur, si non p̄fensi hac petitione sustentaremur, recrearemurq; per me ram & gratuito concessam dei misericordiam, & gratiam, adeo maiestas dominice orationis totā hanc uitam nobis referat flagitijs & dedecore ostendit, ut parū absit, quin eius nos pigere incipiat ac t̄edere.

Iamā detractor attēde, in teipsum iudicij censurā conuerie, de te sermocinare. Vile qui, et qualis sis, in sinū tuū immitte manū, & tūc obliuioni trades mala

Debitores  
habemus nō  
paucos.

IN ORATIONEM DOMINI  
proximi tui, quia malorum ipse tuorum ambas ma-  
nus geris præfersq; plenas, immo satis super quo  
plenissimas.

SEXTA PETITIO.

Et ne nos inducas in temptationem

In hac petitiuncula iterum disamus, quam misera  
sit uita super terram, cum sit mera tentatio, adeo, ut  
qui sibi in ea pacem ac securitatem pollicetur, demen-  
tissimus sit, cum non possit eo tranquillitatis unquam per-  
uenire. Esto, eiusce rei de siderio flagremus universi,  
tamen frustra conabimur. Tentationis est haec uita, sic  
que permanebit. Ideo non dicimus: Auster a nobis tentatio-  
ne, sed, ne nos inducas in ipsam. Ac si diceret, Circa  
dati sumus undique temptationibus, sed tu o parēs noster  
subsilio nobis est, ne inducamus, id est, ne uoluntate  
coſentiamus eisdē, atque ita deuicti opprimamur. Qui  
enim uolūtatem eo per coſensum inclinat, peccat, fer-  
uusque efficiatur peccati, ut Paulus dicit. Itaque iuxta sen-  
tentiam beati Iob, nihil aliud est haec uita, quam militia,  
et irrequieta aduersus peccatum pugna, ubi tartareus  
ille draco sine intermissione nos oppugnat, suaque in-  
ſatiabili in gluuie deuorare cotendit, prout sanctus Pe-  
trus dicit: Sobrii estote, et uigilate, quoniam aduer-  
ſarius uester diabolus tamquam leo rugiens circuit, qua-  
rens quem deuoret. Animaduertite, quemadmodū di-  
lectissimus pater, et fidelissimus episcopus noster, di-  
uus uidelicet Petrus dicit, nos queri ab aduersario  
noſtro, idque non una in parte, sed undique per arcuum.

Quod

Quod fit, cum omnia membra nostra et sensus, intus malis suggestionibus, foris per illicibiles formas & imagines, per uerba, per facta speciem malam præsentia, per homines, per uniuersas creaturas inuidat, cōmouet, irritatq; ad libidinē, ad irā, ad superbiā, ad auaritiā, atq; ad alia id genus uitia. Utitur strophā omni & uerjutia, qua hominem in uoluntatis cōsensum abducat. Quæ cum homo sentit animaduertitq;, celeriter ad deū oculos leuare debet ac dicere. Aspice ō deus pater, quemadmodū cōmoueor stimulorū ad hæc probra, utq; impediō ab eo qd' in præsentia custro opere bono, abi ge ista dilecte pater, auxilioq; tuo mihi subueni, ne me permittas succubere & induci. O' quām beatus esset, qui ad hanc petitionis formā consueret, taliq; modo precaretur. Ceterum sunt non pauci, qui expetunt scire an tententur, & quid agere debeant in temptatione.

## Q VID SIT TENTATIO.

Duplex est tentatio. Vna ab sinistris, que ad irā, odium, amaritudines, desidiam & fastidium, atque ad impatientiā instigat, idq; in aduersa ualitudine, in penuria, in de honestatiō & in omnibus alijs quæ dolorē & molestiam inferunt, & præcipue si quādo uoluntas, propositum, sententiā, consilium, sermo, fatū cuiuslibet hominis reprobatur, atq; cōtēnitur. Hæc enī trita sunt et quotidiana in hac uita, quæ deus uel p malignos hoīes, uel p diabolū fieri pmittit. Cū autē

Tentatio à se  
nistris.

## IN ORATIONEM DOMINI

Istiusmodi cōmotio sentitur, opus est sapiēti circumspēctione: ne admiratio quenquam subire debet, cum ea sit natura uite p̄sens, sed tunc magis expromēda est oratio, & legitime dinumeranda baccularū grana, dicendumq; Hæc profecto tentatio o pater mihi est permīssive destinata, fer opem, ne me seducat & supplantet. In qua quidem tētatione stulte duobus modis erratur. Vno, cum dicitur: Velle m̄ sanè libenter probitati ac pietati uacare, irāq; uitare, si tranquille agere p̄mitterer. Alij nō cessant irrequictis precibus & deū & sanctos eius fatigare, nisi à tentatione libe  
Impatientes rētur. Huic crus sanandū est, isti sua permittēda iustitia, illi accumulandæ facultates. Nec intermittūt quibus cūq; possunt modis conari, tam p̄ semetip̄sos, quām p̄ alios, ut ex p̄sentib⁹ malis extricētur emergātq; desides hoc modo facti, & insignes trāsfugæ & imhonori milites, qui nec tentari uolunt, nec pugnare, ideoq; coronari nō merētur, quin magis in eam tentationē quæ à dextris est, prolabuntur, prout audiēmus. Verum si res agenda rite esset, hoc modo p̄asumen da erat, ne quis importunus anticipator amoliri ab se tentationem nitretur, sed militari magis industria superare proponeret. cuiusmodi sunt de quibus sanctus Iob dicit: Militia siue tentatio est uita hominis.

Alij sunt, à quib⁹ tentatio nec superatur, nec aufer tur. In quam ipsi magis inducti, ira exultant, odio tamen patientia debachantur, seq; fidentissime diabolo dedunt, uerbisq; & operibus demonstrant,

quod

Quod sint latrones, prædatores, contumeliosi, maledicti, detractores, ac deniq; totus in fortunis authores effecti, quia tentatio illos superauit, qui & pessima in omnibus uoluntate sequuntur, quiq; nec deum, nec sanctos eius inuocant.

Cum ergo uita nostra à deo quoq; ipso tentatio non minetur, siq; omnino necesse, in corpore, facultatibus, honore, nos aduersitatibus & iniurijs exerceri, debemus easdem & æquanimiter expectare, et prudenter suscipere, diuendo: Heya, hæc natura proprietasq; uite est, quid inde eliciendo fabricabor? Tentatio est, & tentatio permanebit. Aliter esse foreq; nec debet, nec potest hec uita. Adiuua o deus ne me tentatio sic commoueat, ut prosternat. Vide, ut nemini permittatur temptationibus carere. Faile tamè potest homo his malis repugnare, et prudenter obuiare, tum precibus, tum opis diuinæ imploratione. Sic scribitur in uitis antiquorum patrum de iuniore quodam fratre, qui molestiam cogitationum suarum euadere desiderabat. Ad quem senior quidam: Nō potes (inquit) mi chare frater prohibere, quin aues in aëre supra caput tuum uolent, uetare tamen potes ne in capillo tuo nidulentur. Itidem ut beatus Augustinus ait, aduersitates & temptationes uitare non possumus, sed curare ne nos deuincant, precatu & inuocatione diuini adiutorij probe ualemus.

Altera que à dextris agit tentatio, est illa, que inatā ad libidinem, uoluptatem, superbiam, & auaritiam, inanēq; gloriam, deniq; ad omnia que

Tentatione ut  
tendum bene

## IN ORATIONEM DOMINI

Suauia sunt et commoda, precipue cum pro arbitrio  
laxis frenis sinitur quispiā quae uult agere, cum eius  
uerba, consilia, et facta laudantur, cum honor ei de-  
fertur, cum plurimi estimatur ipse. Hęc est pernicio-  
sissima tentatio, que proprio Antichristi tempora re-  
presentat, de qua David psal. 90. dicit: Cadent à la-  
tere tuo mille, et decem milii à dextris tuis. Hęc ten-  
tatio in totum obtinuit aęo nostrę. Iam enim mun-  
dus solummodo diuitias, honores, et uoluptates ana-  
helat. Et pricipue iuuentus hodie nō discit libidinis  
et uoluptatis et tentationi repugnare, ideoque facile  
prolabitur. Id iam dedecoris loco non habetur, cum  
totus mundus refertissimus sit fabellarum, dictarijs, an-  
tilenis amatorijs, lenocinio et meretricatu, perinde  
ac si probe fiat. Quae omnia pro terrifica dei habetur  
ira, qui sic mundū in tentationes permittit induci, quia  
ipsum nullus inuocat. Est quidem adolescenti gravis  
et permolesta tentatio, cum in ipsius carnem diabolus  
insufflans, medullas, ossa, et omnia membra inflam-  
mat, necnon forinsecus per aspectum, per gestus, per  
choreas et tripudia, per uestes, per colloquia, per se-  
dositatem mulierū aut uirorum prolectat, sicut Job  
dicit: Halitus eius prunas ardere facit. Iamq; mundus  
uniuersus irritamentis uestium et ornamētorum in-  
sanit, atamen non est impossibile haęc omnia supera-

Oratio. re, si quis consuescat deum implorare hac prece: Pa-  
ter, ne nos inducas in temptationem. Si ergo agendum est  
in temptatione superbie, cum quis laudibus euehitur,  
honore

CAM COMMENTARIO LV S. 46  
honore cumulatur, accessione fortunarum, aut alia-  
rum mundi uoluptatum locupletatur, oppleturq;  
& cetera.

### Q V A E S T I O.

Cur deus temptationibus ad peccatum incitari homi-  
nem permittit?

### R E S P O N S I O.

Vt uidelicet homo discat in suamipsius, ac dei co-  
gnitionem peruenire, eamq; de se notitiā adipisci, ut  
sciat se se nihil aliud posse, quam peccare & inique-  
agere, at uero dei gratiam potentiorem omnibus crea-  
turis esse, deniq; ut hoc modo condiscat & semet con-  
temptui habere, & diuinam gratiam honore & lau-  
dibus prosequi. Fuere siquidem nonnulli, qui pro-  
prijs uiribus, ieiunio, labore, conati sunt libidinem  
debellare, nec tamen effecerunt quod uolebant etiam Libidinis fa-  
posteaquam squalida macie vires corporum exancla ces cœlesti tā-  
runt. Non enim quicquam præter coelestem rorem et tum rore re-  
imbrem diuinæ gratiæ restinguere sospireq; ardētem stinguuntur.  
ingeniosæ libidinisflammam præualet. Ieiunia quidē  
laboresq; & uigilæ sicut adeſe necessario debet, ita  
sola sufficere non possunt.

### C O N C L V S I O.

Postquam ergo deus debita nobis remisit, nihil ita  
summope prouidēdū est, quā ne in easdē sordes recida-  
tur. Cū igitur, sicut Dauid ait, ī mari magno et spacio  
so mūdi huius innumera sint reptilia, id est, tentatiōes  
& aduersit

## IN ORATIONEM DOMINI

et aduersitates, quæ nos denuo debitum obnoxios redere laborant, necesse est nobis ut sine intermissione ex intimo cordis affectu dicamus: Pater, ne nos inducas in tentationem. Non oro, ut omni pro sus tentatione exonerer, id enim extimescendum foret, longeque perniciosius decem tentationibus, si quando à dextris Tentatio uti tētatio agitatur, sed ne corrūā, et uel aduersum te, uel contra proximum meū delinquam. In hunc modum & diuus Iacobus cohortatur. Omne gaudium existimat fratres mei, cum in tentationes uarias inciderint. Cur hoc? Quia exercent hominem, eumque humilitate et patientia imbuunt, deoque instar charissimi filij acceptabilem reddunt. Beati qui hanc doctrinam in perpetuus admittunt. Sed (proh dolor) omnes hodie quietem, amoenitates, pacem, & commoditates in uita nostra querimus. Quapropter Antichristi principatus minus appetit, si tamen in præsentiarū non uiget.

## SEPTIMA ET ULTIMA PETITIO.

Sed libera nos à malo, Amen.

Aduerte diligenter, quod ad postremum hac prece amoliamur, & amoliri doceamur ipsum malum, hoc est, inændia, seditiones, caritudinē, bella, pestilentia, morbos, inferos quoque ac purgatorium ignem, omnia denique crudamina mentis & corporis. Hæc enim ut absint uel auertantur peti potest, ordinate tamen, & ultimo loco. Cur? Est inuenire non paucos, qui deum et sanctos ipsius ob id tantummodo honorant, & precibus

CAM COMMENTARIOLVS. 47

ibus adeunt, ut à malo liberentur, neq; aliud querūt.  
Ac ne semel quidem primæ petitionis meminerunt, ut  
dei saltem præponerent honorem, nomen & uolun-  
tatem. Iccirco suam querunt ucluntatem, totaq; se-  
riem huius orationis peruerunt, inchoantes à fine,  
& ad principium non pertingentes. Volūt enim à suis  
erui malis, uelit nolit deus, faciat ad honorem ipsius,  
nec ne. At uero legitima pietate præditus homo sic  
orat: Mali huius afflictio ó chare pater me angit &  
grauat, plurimūq; infortunij & molestiarū p:tiōr. De  
niq; gehennā quoq; metuo, libera me ex his oībus, nec  
tamē aliter, quam ut tuæ uolūtati, honori, ac laudi con-  
gruat, alioquin tua, non mea uolūtas fiat. Nam tuæ di-  
uinitatis honor & uoluntas charior mihi est omni  
mea quiete & commoditate, temporali & aeterna. En-  
tibi bene congruā ac legitimam precem, quæ proculdu-  
bio sit exaudiēda in cœlis, quam si alio modo, aliaq;  
intentione fundas, ea neq; placita erit, neq; exaudietur.

Iustorum  
oratio.

Cum igitur uita præsens nil aliud sit quam infelix  
malum, unde etiam reuera tētationes enascuntur, debe-  
mus ideo petere à malo eximi, ut tentatio & pecca-  
tum pariter cōfessent. sic q; dei uolūtas fiat, eiusq; adue-  
nit regnum, ad sancti nominis eius laudē & gloriā.

DE HAC PARTICVLA, AMEN.

Hæc partula, Amen, Hebraicum est uocabulū, &  
interpretatur, pro certo, uel, uere. Dignum attentioē  
notabili uerbum, quia eam fidem exprimit, quam ha-  
beri

## IN ORATIONEM DOMINI

Fide inter omnes locutus est: Quicquid orates petitis, credite, quia accidit pietis & fiet uobis. Item alio in loco: Omnia que auctoritate petieritis in oratione credentes, accipietis. Sic enim

Ethnica illa muliercula quod petebat accepit, dum orare non destitit, dum firmiter credidit, adeo ut dominus ad eam diceret: O' mulier magna est fides tua, sicut tibi sicut uis. Similiter & diuus Iacobus dicit: Si quis uestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hesitans. Qui enim hesitat, similis est fluctui maris qui a vento mouetur & acommodatur. Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid a domino. Quapropter ut sapiens ait, finis orationis melior est, quam initium eius: quia cum in fine Amen dicis praecordiali magnanimitate & fide, tunc pro certo ratificata & exaudita est oratio.

Et ubi istiusmodi finis non fuerit, ibi nec in principio precis nec in medio, rite & utiliter oratum est. Sic ergo debet oraturus probare seipsum & explorare, credit ne, an dubitet exauditum iri se se. Si inuenitur se in ancipi pendere & incerta opinione fluctuare, re ipsa uelut cuipiam euentui permissa, tunc in nihilum recidit oratio. Non enim quiete & tranquillitate firmat cor suum, sed huc & illuc diuagari et circuferri surnit: ideo in ipsum nihil certi conferre deus potest, perinde atque tu non potes cuiquam homini recte quiduis rei in manum indere, quam ille agitudo quietam esse non permittat

Signū excusationis.

Infidelitas  
deum prohibet,

## CAM COMMENTARIOLV 43

permittat. Cogita quæso, quemadmodum tibi placetum foret, si quispiam post diligenterissimas preces ad te factas, finaliter adderet, ut diceret, se non crederet, abs te accepturum esse postulata, cum tamen tu antea firma pollicitatione concessurus spopodissem. Nunquid non eiusmodi preces pro contemptu et irrisione iudicares, et quecumque per te prius promissa reuocares, et præterea ipsum quoque precatorem acriter redargueres? Quomodo ergo placebit deo, qui nobis certissime promisit, accepturos esse nos quicquid orantes petuerimus, cum nos illum nostram incredulitate, mendacij arguimus, atque in tota prece contra ipsam precem agamus, ueritatemque ipsius inficiamur, quam in ipsa prece inuocamus?

Igitur particula hec, Amen, significat, pro certo, pse Amen. Eto, firmiter: et est uocabulum solidæ ac præcordialis fidei, quasi dices: Non ambigo ò diuine pater, quin pro certo uera sint hec quæ oraui, sicutque et compleantur, non iecarco, quod ego ista deprecando profudi, sed quia tu ut peterentur iussisti, et firmissime confessurum te promisisti. Certus ergo cum sim, ueracem te esse, et mentiri non posse, ideo non mea precis dignitas, sed tua ueritatis certissima securitas facit, ut firmissime credam, et omni dubitatione postposita mihi persuadeam, ex his omnibus, et esse et futurum esse, Amen.

Vehementer hic errant nonnulli, qui suā hue preceem non promouent, plurimumque lingua, nunquam corde fundunt

**I**N ORATIONEM DOMINI  
de fundunt preces, idq; iccirco, quia non antea credere uolunt, quam exaudiantur, uel sciant aut existimet digne ab se oratum esse, atq; hoc modo edificant super seipso & super arenam, qui omnes damnationi adiudicantur. Neq; enim possibile est talem orationem ex sui natura sufficientem ac dignam esse, quæ exaudiatur a deo, sed necesse est eā super ueritate et promissione dei fidentissime fundari. Nam si deus non iussisset orare, nec exauditionem antea promisisset, non possent uniuersæ creaturæ uel minimum frumenti granum omni suarum precum instantia impetrare. Quocirca diligenter aduerte, non iccirco bonam & iustam esse orationē, quia multa, deuota, iucunda & prolixa est, siue illa pro temporarijs, siue pro æternis bonis fundatur, sed quia firmissime edificat, & fidentissime credit, exauditur ( quantumuis etiam vulgaris & indigna in se esse uideatur) ob uera assīmam promissionem ac prædictionem dei. Verbum dei & promissio, non tua deuotio, bonam efficit orationē tuam. Eadem nanq; fides super uerbo ipsius fundata, est etiam recta intentio, sine qua omnes aliæ intentiones sunt merae deceptiones & errores.

**E**PITOME ET ORDINATA SE-  
RIES OMNIUM PRÆDICITORUM.

**A**nima. **O**pere **P**ater noster, qui es in cœlis, nos filij tui super terram, abs te in exiliū acti sumus. Quā magnum est cahos inter te & nos. Quomodo unquam ad te

CAM COMMENTARIOLVS. 49  
ad te, & ad patriā nostrā reuertemur?

Filius honorat patrem, & seruus dominum Deus.  
suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Zacha. I.  
& si dominus ego sum, ubi est timor meus? Quia iu Esa. 12.  
giter tota die nomen meum blasphematur, & à uo  
bis, & inter uos.

Verum quidem ( proh dolor ) est ô pater, profiter-  
tur culpā nostrā. Tu nobis misericors pater eſe diſ Anima-  
gneris, et ne intres in iudicium positurus rationem no-  
biscum, sed tuam cōfer gratiam, ut ea sit uita nostra,  
per quam dignissimum nomen tuum sanctificetur in  
nobis. Ne nos permittas cogitare, loqui, facere, habe-  
re, aut proponere, nisi quod gloriā & honorē tuū in  
ſe cōtineat, ut sic præ omnibus honor et nomē tuū, nō  
inanis & proprius honor, nomenq; nostrum in nobis  
queratur. Concede nobis, ut sicut patrem filij, ita nos  
te amemus, timoreq; & ueneratione prosequamur.

Quomodo poterit honor & nomen meum in uo  
bis sanctificari, cum in impietate captiui sitis, sensus Deus.  
que & cogitatio cordis ueſtri in malum prona sint, Eſa. 12.  
nec quisquam ualeat in terra aliena cantiam mei Gene. 8.  
um cantare? Psal. 136.

Vera sunt hæc ô pater, experimur membrana ſtra Anima-  
in malum eſſe prona, mundumq; & carnē, & diabo-  
lum in nos dominari uelle, ſicq; honorē & nomen tuū  
profligare. Quapropter oramus ut ex hoc exilio libe-  
ratis nobis regnū tuum aduenire permittas, ut pecca-  
to longius pulso nos integri, probi ac tibi plati euas-

g damus,

IN ORATIONEM DOMINI  
damus, utq; tu solus in nobis regnes, nosq; regnū tuū  
efficiamur per obedientiam omnium nostrarum viri  
um, tam intus quam foris.

**Deus.** Ego quem adiuuare destino, hunc perdo, et quem  
**Deutero. 32** uiuificaturus sum, beatumq; & diuitem & probum  
facturus, eum occido, reijsio, atq; ad inopiam et nihil  
**Psal. 101.** lum prorsus redigo. Sed hoc meum consiliū et factum  
**Esa. 1.** sustinere nō uultis. Quomodo ergo uobis auxiliabor,  
& quid ultra facere debeo?

**Anima.** Pœnitet nos facti huius, quod salutarē manum tuā  
neq; intelligimus, neq; sustinemus. Confer gratiā o pater,  
& affér opem, ut diuinitatis tuæ fieri in nobis per  
mittamus uoluntatem. Et tu quidem etiam si nobis do  
leat, age quod agis, argue, punge, seca, ure. Effice qd'  
tu uis, ut tantummodo tua, nunquam nostra uoluntas  
fiat. Resiste o pater, & ne permitte nos sententiam,  
uolūtatem, consilium & intentionem nostram presu  
mere atq; complere. Tua enim ac nostra uoluntas in  
uicem sibi aduersantur. Tua sola est bona, etiam cum  
non appareat, nostra uero mala, quantumuis eximie  
resplendeat.

**Deus.** Sæpe numero accedit, quod quidam dilexerūt me  
ore suo, & lingua sua mentiti sunt mihi, cor autem il  
lorum non erat rectum mecum, utpote lōge ab me dis  
satum. Quos cum reformandos susciperem, illi retror  
sum acti, in medio opere, atque adeo inter manus mi  
hi sunt elapsi, sicut legis psal. 77. Cōuersi sunt in die  
belli. Hi cū probe inchoantes, me ad cōuersandum fal  
miliariter

C A M C O M M E N T A R I O L V S . - 5 0  
miliariter secum permouissent , tamen auersi ab me  
sunt , atq; de integro in peccatum et nominis mei de ho-  
nestationem relapsi .

Ah pater , uera profectio suntista . Nemo viribus su-  
is fortis est . i. Reg . 2 : Et quis poterit coram manu tua  
subsistere , si non tu ipse nos confortaueris , & conso-  
latione recreaueris .

Quapropter amantissime pater assume nos ac co-  
ple uoluntate tuā , ut ad gloriā & laudē tuā regnum  
efficiamur tuū . Robur in hoc negocio da nobis ò chare  
pater , & per sanctitatē uerbi tui panē nostrū quoti-  
dianū cōmunicā nobiscum . Imprime cordibus nostris  
imaginē dilecti filij tui Iesu Christi , ueri cœlestis q; pa-  
nis , ut per eum confortati , alacriter uoluntatis nostræ  
detrunctionem ac mortificationem , tuiq; beneplacata  
prosecutionē ferre ac sustinere ualeamus . Quin et gra-  
tiam toti Christianitati confer , mitte ad nos doctrina  
præstantes sacerdotes & cōcionatores , qui nobis , nō  
quis quilias , palias q; , & anilium fabularum deliramē-  
ta , sed sanctam euangelij tui doctrinā , ac Iesum Chri-  
stum in docendo proponant .

Non est bonum , sanctum dare canibus , panemq; Deus.  
filiorum . Vos quotidie ne quiter agitis , & cū me au-  
thore prædicatio uobis die noctuq; ingeratur , eā uos  
neq; auditis , neq; opere completis . Atq; hoc modo  
uerbum meum posthabetur .

Nobis hoc malo implicitis ò pater miseri = Anima.  
cordiam impende , & noli ob id eximium nobis

IN ORATIONEM DOMINI  
panem denegare. Ah pœnitet nos non satis fecisse san-  
ctissimo uerbo tuo, rogamusque, ut patientiam habe-  
as in nos miserabiles filios, & remittas nobis huius/  
modi debitum nostrum, imo ne intres in iudicium nobis/  
scum, quia nemo iustificabitur in con-spectu tuo. Attē  
de promissionē tuam, iuxta quam debitoribus nostris  
præcordialiter remissionē impariuimus, quodque talis/  
ter condonantibus concedendam esse ueniam prædix-  
eris. Non quod remittendo digni sumus tue remissio/  
nis gratia, sed quia tu uerax es, & eam condonatio/  
nem gratiōse prædicendo promiseris omnibus qui  
in proximos suos sunt benigni remissores. Cui pro/  
missioni confidenter adhæremus.

**Deus.** E quidem plene uobis ignosco, & liberationem im/  
pendo, sed uos constanter nequaquam perseveratis. Mo/  
dice fidei estis, & ne paulisper quidem uigilare ac  
perdurare mecum potestis, celeriterque in tentatio/  
nem relabimini.

**Anima.** Viribus destituti, atque infirmi sumus o pater, &  
tentatio magna et uaria est in carne & in mundo. O  
chare pater conserua nos & ne permitte in tentatio/  
nem prolabi atque iterum peccare, sed da nobis gratiam  
ad perseverandum & uiriliter decertandum usque ad  
terminum uitæ nostræ, quia sine gratia et auxilio tuo  
nihil possumus.

**Deus.** Et iustus sum, et rectum iudicium meum. Ideo pec-  
atum sine correptione remanere non potest. Oportet  
igitur uos malum tollerare, ut exinde uobis tenta/  
tionum

CAM COMMENTARIOLV. si  
tionum seges increscat. Id autem uestra culpa contin-  
git, que me cogit ad corripiendum & obuiandum.

Cum ergo malum & temptationis & transgressionis  
occasionem nobis præbet libera nos inde à chare pa-  
ter, ut à peccatis et malis omnibus eruti secundum be-  
neplacitum diuinæ uoluntatis tuæ regnum tuum esse,  
teq; perpetuo laudare, benediçere, ac sanctissimum es-  
se prædicare possimus, Amen. Quoniam autē tu nos  
in hunc modū orare et doauisti et iuissisti, in superq; ex-  
auditionē promisisti, ita rco arte spci fiducia à amā-  
tissime pater speramus, te honorāde ueritatis tuæ gra-  
tia, benigne & misericorditer hæc omnia conceſsu-  
rum esse.

Ad ultimū obijcere quispiam posset: Quid si cre-  
dere non possum ex auditum me esse?

#### R E S P O N S I O.

Fac quod obſeſſi filij pater feat Marci. 9. Cui cū  
Christus diceret: Si potes credere, oīa possibilia sunt  
credenți, continuo exclamans pater pueri cum lat-  
chrymis aiebat. Credo domine adiuua incredulitas  
tem meam.

Finis Martinianæ explanationis.

DES. ERASMVS R O T E R O D A  
mus Iodoco Ludouico vuisenburghensi sereniss.  
Poloniae regis à secretis, & oratori. S. D.

**D**ON abs re multis iam seculis Mimo  
illi applauditur, uir absolutissime:  
Rogando cogit, qui rogat potētior.  
Verū is haud scio, an in quenquam  
magis cōpetat quām in te, qui tam  
eruditæ epistolæ, munus tam elegans addideris, idq;  
sic è longinquo missum, ut recusare nō licet, nisi uo-  
luisse abijcere. Quid autē non dicam à me, qui sum  
plus satis expugnabilis, sed à quantumuis etiam dif-  
fiali, nō extorqueat talis epistola, tot machinis ad ext-  
pugnandum animum instructa, blandicijs petax, ar-  
gumentis urgens, eruditione perstringens, eloquen-  
tia rapiens: sed nulla re uiolentior, quām mira quadam  
& amabili modestia, quæ tantum apud me ualeat, ut  
non solum hanc rem & facilem & piam, uerum eti-  
am aliquid iniquius impetrare potuerit. Mox igitur  
ut tue mihi redditæ sunt literæ, redditæ sunt autem  
serius, hoc est, sub Calendas Septembres, arrepto  
calamo præstiti quod uolebas. Erit hoc qualecunq; &  
nostræ amicitiæ, & meæ erga Polonicam, aut si prisca  
uocabulo magis cuperis, Sarmaticam gentem, beneuo-  
lētiæ felix auspicijum. Genti gratulor, que quum olim  
ob barbariæ male audierit, nunc & literis, et legibus,  
& moribus, & religione, et si quid aliud est, quod à  
Barbariæ probro vindicet, sic floreat, ut cum præ=  
puis

ERASMI ROT. EPISTOLA. 52  
puis ac laudatissimis natiōibus certare possit. Quan-  
quam et olim quum inter feros ac barbaros censerentur  
Sarmatae, tamen à morū cēsore iuuenale, integri-  
tatis nomine prælati sunt cultissimis Atheniensibus:  
neq; Sarmata, inqt, nec Thrax, q̄ sumpsit pēnas, mes-  
dijs sed natus Athenis. Ne cōmemorem interim ditio-  
nis amplitudinem, Russos etiam albos, & Lituānos  
completentis, quibus omnibus latissime imperat à vi-  
stula flumine ad Tauricam Cheronesum, à mari Bal-  
thico ad Carpathum mōtem Sigismundus rex, quum  
omnibus magno principe dignis dotibus excellēs, tum  
multis ac magnis ex hoste Tartaro Moschoq; relatis  
uictorijs clarus, quibus haud scio an ulla magis sue-  
rint necessariæ tuendis Christianæ ditionis limitibus.  
Verum hæc alijs fortæ tempestiuus dicētur. Nunc  
accipe precationem dominicam, in septē parteis dige-  
stam, ut et tu iubebas & ab alijs factitatū video: quan-  
quā mibi due postremæ: Et ne nos inducas in tētatio-  
nem, sed libera nos à malo: nibilo rectius uidentur  
distracte, quām si quis ex proxima: Et remitte nobis  
debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus no-  
stris: duas facere uelit. Quod si tua pietati parum erit  
septem diebus totam absoluere, potes, quod etiā à ma-  
ioribus video factum, singulos dies in septem precan-  
di tempora partiri. Bene uale. Basileæ, nono Calend.  
Nouemb. An. M. D. XXIII.

8 4 Domine

**DOMINE DOCE NOS ORARE:**  
*Lucæ,ii.*



# PRECATIO

DOMINICA DIGESTA IN SEPT  
TEM PARTEIS, IVXTA  
SEPTEM DIES, PER D.

ERASMVM ROTE,  
rodamum.

PATER.



VDI pater in cœlis habitans  
uota filiorum tuorum, corpore  
quidē hoc mortali adhuc in ter  
ris hærētum, cæterum animis  
ad cœlestem patriam ac domū  
paternam anhelātum, ubi in=  
telligūt sibi repositum thesau  
rum æternæ felicitatis, hæreditatem uitæ immortalis.  
Agnoſcimus tuā ſublimitatem, conditor, ſeruator, ac  
moderator omnīū quæ in cœlis ſunt, et quæ in terris:  
agnoscimus noſtrā humilitatē. Nec auderemus te pa  
tris uocabulo cōpellare, indigni q̄ ſerui dicamur tui,  
nec honorificentii ſimū nomē filiorū nobis vindicare,  
quo nec angelos tuos dignatus es, niſi tua gratuita bo  
nitas nos in huius nominis honorem adoptaſſet. Eras  
mus ſerui peccati, infeliciter geniti ex Adam: eramus

DIE DO  
MINICO

85 filij

P R E C A T I O . D O M I N I C A

filij satanæ, cuius spiritu ad omne flagitorum genus  
agebamur. Sed tu nostri misertus per unigenitum fi-  
lium tuum Iesum exemisti nos à seruitute peccati, emanata  
pasti à patre diabolo, vindicasti ab eterni ignis hære-  
ditate, ac per fidem et baptismum in filio tui corpus in-  
sitos, adoptare dignatus es, et in nominis, et in  
hæreditatis consortium. Ac ne quid diffideremus tue  
erga nos pietati, ueluti pignus quoddam tue erga nos  
charitatis, coelitus immisisti in animos nostros spiri-  
tum filii tui, qui propulsato timore seruili, non uere-  
tur in cordibus nostris assidue clamare: Abba pater.  
Docuit et hoc nos filius tuus, per quem nobis largi-  
ris omnia, ut iam tuo spiritu renati, posteaquam in  
baptismo renunciauimus patri diabolo, posteaquam  
desimus habere patrem in terris, solum patrem cœle-  
stem agnosceremus, cuius potētia conditi sumus, quū  
nihil essemus, cuius bonitate restituti sumus, quū pe-  
rissemus, cuius sapientia gubernamur et conserua-  
muri, ne reuoluamur in exitium. Addidit ille tui cōpel-  
landi fiduciam, præscripsit precandi formulam. Agno-  
sce filij tui precationem, agnosce filij tui spiritum, te  
pro nobis per nos interpellantem. Non dignaberis  
ab his appellari pater, quos filius tuus, tui simillimus,  
dignatus est appellare fratres. Nō est quur nobis pla-  
camus, sed est quur tua filijque tui benignitatem glo-  
rificemus, quum nihil hic sibi vindicare possint nostra  
merita, sed totum hoc tue gratuite sit liberalitatis.  
Placuerūt tibi magis charitatis et pietatis uocabula

quām

quām timoris, pater audire mauis, quām dominus. Redamari p̄eoptas à filijs, quām à seruis timeri. Amasti prior, & hoc ipsum tui muneris est, quod te redamatus. Audi pater spirituū, filios tuos spirituales, te in spiritu adorates. Talibus enim adoratoribus delectari te, docuit nos filius tuus, in hoc abs te missus in mundū, ut doceret nos omnē ueritatem. Audi uota cōcor/ diae. Non enim conuenit, ut inter fratres, quos tua bo/ nitas & quauit in honore gratuito, ambitiōe, contentio/ ne, odio, liuore inter se se dissidenteāt. Omnes ex eodē pa/ tre pendemus, oēs eadē petimus. Nec sibi quisq; pecu/ liariter roget aliquid, sed uelut unius corporis mēbra, eodē animata spiritu, qđ in cōmune omnibus expedit/ at, postulamus. Nec enim auderemus aliud abs te pete/ re, quām quod iussit filius tuus, nec auderemus aliter petere, quām ille pr̄escripsit. Sic enī petētibus promi/ sit filius tuus fore, ut qcquid peteremus in ipsius no/ mine, impetraremus. Quoniā aut̄ quū dominus no/ ster Iesus filius tuus ageret ī terris, nihil ardētioribus facetur nomē uotis exceptauit, quām ut nomē sanctū tuū nō solū in tuum.

Iudea, sed p̄ universas orbis nationes inclaresceret, nos quoq; huius & hortatu et exēplo flagrātibus desi/ derijs optamus, ut adorādi nominis tui gloria cōcūlum ac terram impleat, ut omnis creatura tremat tuā ine/ uitabilem potentiam, ueneretur ēternam tuam sapien/ tiā, amet ineffabilem bonitatem. Tua quidē gloria ut immensa, ita nec initium habens, nec finem habitu/ ra, semper flores in se se, neq; crescere potest, neq; de/ crescere,

N  
O  
S  
T  
E  
R.

S A N C T I

## PRECATIO DOMINICA

crescere, sed humani generis refert, ut illa cunctis inno-  
tescat. Nobis enim uita æterna est, nouisse te solum ue-  
rum deum, & quē misisti, Iesum Christum. Tui nomi-  
nis splendor obscuret & extinguat in nobis omnē hu-  
manā gloriā. Ne quisquam sit, qui sibi uel minimam  
aliquam glorie portionem ausit usurpare. Nam glo-  
ria quae est extra te, uera est ignominia. Efficit hoc pie-  
tas naturæ in filijs iuxta carnē progenitis, ut in genti  
affectu desiderent honestā famam parentum suorū.  
Videmus quām gestiāt gaudio, quām exultent, quām  
sibi placeant, si contingat aliquis egregius honos his  
unde prognati sunt: puta si triumphus, si statua in fo-  
ro cum honorifica inscriptione, si prinapatus. Paren-  
tis enim gloriam pro sua ducunt. Rursum quām mœ-  
rent, quām deiſciuntur animo, si quid ignominiae con-  
tingat inuri nomini paterno. Adeo penitus inseuit hoc  
animis hominum naturæ affectus, ut parentes in filijs  
et filij glorientur in parētibus. At nos, quo uehemen-  
tior est pietas diuina, quām affectus humanus, hoc ar-  
dentius sitimus tui nominis gloriam, ac discruciamur  
unice, si, cui soli debetur omnis gloria, ignominia affi-  
ciatur. Non, quod ullo probro possit inquinari tuę glo-  
rie splendor, sed quod ad nos attinet, quodammodo  
sit iniuria tuo nomini, quum gētes uel ignorato uel cō-  
tempto rerū omnīū conditore, uenerantur & adorāt  
contemptissimas etiam creaturas, ueluti saxeas aut li-  
gneas, aut coloribus fucatas imagines, boues, arietes,  
simias, porrum, cepe, et in his omnibus impuros de-  
mones.

PER ERASMVM ROTEROD. 55  
mones. His ueluti dijs canuntur hymni, immolatur ui-  
ctimæ, incenditur thura. Hæc uidentes filij tui, discru-  
ciamur duplii nomine: & quod tu fraudaris debita  
gloria, & quod illi miseri pereunt sua demætia. Quin  
& Iudæi non desinunt in synagogis suis filium tuum  
unicum obominandis probris afficere. Quicquid autem  
proibri confertur in filium tuum unicū Iesum, qui spen-  
dor est tue gloria, in te confertur. Nobis proibri loco  
impingunt gloriosum cognomē filij tui, ignominiosis  
us ducentes, appellari Christianū, quam furem aut ho-  
midam: nobis exprobrat crucē filij tui, que nostra  
est gloria. Nos hoc tue debemus misericordia qđ te  
salutis omnis authorem agnoscimus, quod tibi & qualē  
filium tuum adoramus, quod utriusq; spiritum hausis-  
mus. Misereatur et istorum tua clementia pater cœle-  
stis, ut gentes relicto simulacrorum cultu, te solum ue-  
nerentur: Iudæi relicta superstitione legis, spiritu tuo  
docti, si agnoscunt deum, ex quo omnia, agnoscat &  
dei filium, per quem omnia, agnoscant & spiritū san-  
ctum, diuinæ naturæ cōsortem: in tribus personis ado-  
rent eandem maiestatem, & in simplici essentia agno-  
scant triplicem personarum proprietatem, ut omnis na-  
tio, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas ubiq; cōsen-  
tiat in gloriā & laudem tui sanctissimi nominis. Ut  
nam autem & nos, qui filij tui uocamur, apud hos qui  
te ignorant, non simus de honestamento tue gloriae.  
Quemadmodū enim gloria patris est filius sapiens,  
ita filij degeneres ignominiam conciliant parentibus  
suis.

## PRECATIO DOMINICA

Suis. Nō est autem germanus filius, qui pro sua uirili  
nō imitatur ingenium ac mores patris sui. Filius tuus  
Iesus germanissimus est filius, quia perfectissima est  
imago patris, quē totum refert ac repräsentat. Nos q  
adoptione, nō natura filij sumus, cōformantes nos ad  
exemplū filij tui, pro uiribus accēdere conamur ad ali  
quā tui similitudinem, ut quemadmodum perfectissi  
me glorificatus es in filio tuo, ita pro modulo nostrae  
imbecillitatis glorificeris & in nobis. Glorificaris au  
tem, si mundus conspiciat nos iuxta filij tui doctrinā  
uiuentes, te super omnia diligentes, si proximū perin  
de ut nosipso diligimus: diligentes, si bene uolētes q  
nobis uolunt male, benefacientes, qui nobis male faci  
unt. Hæc enim nos docuit filius tuus, prouocās ad imi  
tationē patris cœlestis, qui solem suum iubet oriri su  
per bonos ac malos. Quantū autem dedecus inuehūt  
gloria tuae qui quū Christiani uocentur, furātur, mœ  
chantur, litigant, belligerantur, ambiunt, ulciscuntur,  
fraudant, peierant per adorandū nomen tuum, non  
nunquam & blasphemis incessūt: uentre habēt pro  
deo, te contempto, Mammona seruiunt. Nam hominū  
ungus deū ex ipsis cultoribus & stimat. Etenim quū  
uidet uicinoris professores impie uiuentes, dicūt: Va  
leat ille deus, q tales habet cultores, ualeat ille domi  
nus, qui tales habet seruos, ualeat ille pater, qui tales  
habet filios, ualeat ille rex, qui talem habet populū.  
Eoq; filius tuus nos docuit, ut quemadmodum ipse et  
uiens & moriens glorificauit nomen tuum, ita nos  
quoq;

Quoq; pro nostro modulo castis et inculpatis moribus  
gloriam tui nominis illustremus. Luceat, inquit, lux ue-  
stra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona,  
et glorificant patrem uestrum, qui in cœlis est. In no-  
bis o pater cœlestis nihil ist lucis, nisi fuerit abs te pro-  
fectum, qui perennis es fons omnis luminis: nec ex no-  
bis quicquam proficiisci potest bonorum operum. Itaq;  
tua bonitas in nobis operetur, tua lux in nobis luceat,  
quemadmodum lucet in rebus omnibus abs te cōditis,  
eterna tua potentia, inscrutabilis sapiētia, inestimabi-  
lis benignitas, quā præcipue tamen erga genus huma-  
num declarare uoluisti. Itaq; quocunq; uertimus ocu-  
los, omnia canunt nominis tui gloriā. Aetherci spiri-  
tus die noctiūq; regem suum laudibus celebrat. Iā hæc  
tam admirāda cœlorum fabrica quam suspicimus, ele-  
mentorum discors cōcordia, statim maris accessus ac de-  
cessus, fontium scatēræ, perennes amnium cursus, tot  
rerum, tot arborum, herbarum et animantū species,  
ac singulis quibusq; sua quædā uis insita, ut magnes  
ferrum attrahat, herbæ morbis præsens remedium ad-  
ferant. Hæc, inquam, omnia quid aliud nobis loquiuntur,  
quām nominis tui gloriam? te solum esse uerum  
deum, solum eternū, solum immortalem, solum potē-  
tem, solum sapientem, solum bonum, solum misericor-  
dem, solum iustum, solum ueracem, solum admirabile,  
solum amabilem, solum adorandum. Iniuriā facit tuo  
glorioſo nomini pater, qui ex his titulis, qui tibi soli  
debentur, quicquam sibi decarpit. Nam si quid harum  
uirtutum

## PRECATIO DOMINICA

uirtutū in nobis est, id omne abs tua proficiscitur mu-  
nificentia. Da igitur pater, ut undiquaq; glorificetur  
nomen tuum. Reluceat & in moribus nostris, non mi-  
nus quam in angelis ceterisq; rebus abs te cōditis, tui  
nominis gloria: ut quemadmodum qui mundum hunc  
contemplantur, ex admirabili opificio colligunt opifit  
as magnitudinem: ita qui te non norunt, exemplo no-  
stro commoti, & suam agnoscant turpidinem, &  
tuam admirantur benignitatem: & hac ratione cōuer-  
si, simul nobiscum glorificant sanctissimum nōmē tu-  
um, ac filij tui Iesu, & ab utroq; proficiscentis spiri-  
tus sancti, quibus ex aequo debetur omnis gloria per  
omnia secula, Amen.

## ADVENTIA REGNUM TUVVM.

Die Lunæ. **P**A TER cœlestis, author, conditor, conser-  
uator, instaurator, & gubernator omnium  
quæq; in cœlis sunt, quæq; in terris, à quo uno manat  
omnis authoritas, potestas, regnum, imperium & cō-  
ditis & non conditis, uisibilibus pariter & inui-  
sibilibus: cui cœlum thronus est, cui terra scabellum  
pedum, cui sceptrum eterna atque immobilis uolun-  
tas, cui nulla potentia potest resistere, olim per pro-  
phetas tuo spiritu afflatos pollicitus es tuis ad salu-  
tem humani generis regnum quoddam spirituale,  
quod in te renatos assereret in libertatem, exemptos  
à tyrannide diaboli, qui iam pridem regnabat in hoc  
mundo peccatis obnoxio, & ad hoc regnum asseren-  
dum

PER E R A S M V M ROT E R O D .

dum filium tuum unigenitum è cœlis in terras mitte  
re dignatus es, qui nos morte sua redemptos, è seruis  
diaboli, redderet filios dei. Nam & Euangelicam do-  
ctrinam suam, dum in terris esset, solitus est appellare  
regnum cœlorum: & regnum dei, quod occultum &  
inter nos abditum esse docuit: optant et illud tui filij,  
uotisq; ardentibus flagitant, ut hoc regnum quod do-  
minus noster Iesus cœpit tibi uindicare, indies magis  
ac magis sese proferat, & quotidie latius propagetur  
in terris, donec illud tibi plenum & integrum tradat  
idē filius tuus, subiectis omnibus quos æterna tua uo-  
luntas huic regno destinarat: sublataq; iam omni re-  
bellione spirituum ac malorum cupiditatum, quæ nunc  
quoq; militant aduersus maiestatem tuā, tueq; reipu-  
blicæ tranquillitatem infestant, unliq; pacatum ac tran-  
quillū sit regnum tuū. Adhuc enim mundus hic omni-  
bus machinis oppugnat filios tuos, mortali corpore  
onustos: adhuc humanae cupiditates, ueterisq; peccati  
reliquiae rebellionem moluntur aduersus spiritum: ad  
huc noxijs spiritus, quos tu è ciuitate tua cœlesti detur  
basti, è sublimi aëre telis igneis impetunt, quos tu gra-  
tuita tua bonitate ex huius mundi regno selectos, co-  
optasti in regnum tuū filij tui coheredes. Da pater omnis  
potens, ut quos tua pietas semel à peccati tyrannide  
liberatos, tuoq; regno aßcriptos esse uoluit, eiusdē tuæ  
pietatis beneficio persistant in libertate sua: neq; quis  
quam abs te filioq; tuo deficiens, reueluatur in diabo-  
li tyrannidem. Ita fiet, ut & nos feliciter per filium tuū

## P R E C A T I O D O M I N I C A

regnemus in te , et tu ad nominis tui glori.am regnes  
in nobis. Tua enim gloria, nostra erit felicitas: & no-  
stra felicitas, tua erit benignitas. Docuit nos filius tu-  
us Iesus huius mundi regnum contemnere, quod op*er*  
ibus, quod satellitio, quod copijs & armis cōstat, quod  
fastu violentiaq*e* geritur, quod crudelitate & paratur  
& defenditur. Nam ille spiritu cœlesti uicit impiū spi-  
ritum huius mundi principem , innocentia superauit  
peccatum, mansuetudine uiat ferociam, per summam  
ignominiam recuperauit æternam gloriam, per mor-  
tem restituit uitam, per crucē de spiritibus impijs egit  
triumphum. Sic mirabiliter bellasti, sic uicisti, sic tri-  
umphas ac regnas pater in filio tuo Iesu, per quē nos  
in huius regni consortium allegisti . Sic regnas ac tri-  
umphas in sanctis martyribus tuis , in cœstis uirginis-  
bus tuis, in incorruptis cōfessoribus tuis. Nec enim il-  
li suis uiribus aut præsidijs uicerunt tyrannorum se-  
uittiam, aut carnis lasciviam, aut huius mundi malici-  
am: sed tuus spiritus, quē illis impertire dignatus es,  
ad tui nominis gloriam, & ad humani generis salutē  
hæc omnia cœpit, puxit, ac perfecit . Optamus ut in  
nobis quoq*e* semper efflorescat regnū tuum, qui tam  
et si nō ædimus miracula, quoniā tempus aut res non  
exigit, si non includimur, excruciamur, secamur, urit  
mur, suffigimur in crucem, demergimur in mare, aut  
decollamur, tamen illustrabitur et in nobis uis ac sp̄le-  
dor tui regni, si mundus confixerit nos tui spiritus  
præsidijs invictos aduersus omnes insultus satanæ, ad  
uersus

PER ERASMVM Roterod. 58  
versus carnē ad ea quæ sūt inimica spiritui solitātē,  
aduersus mundum omni machinarum genere prouo-  
cantem, ut deficiamus à fiducia, quam semel in te fixi-  
mus. Quoties amore tui spredo huius mundi regno, se-  
quimur promissa regni cœlestis, quoties reiecto mam-  
mona, unicum illud margaritum Euangelicum ample-  
ctimur, quoties repudiatis omnibus, que iuxta carnē  
ad tē pus dulcia uidentur, eternæ felicitatis spe, omnia  
quamvis dura, fortiter perpetum, quoties uehemena-  
tissimos naturæ affectus, & ea quæ nobis sunt charis  
sima, ueluti parentes, liberos, uxorem, cognatos amos  
re tui negligimus, quoties comprimentes æstus iracun-  
dæ, pro cōuidio sermonem amicum, pro maleficio be-  
neficium tui respectu repēdimus, roties debellas in no-  
bis regnum satane, ac tui regni potentiam aperis. Sic  
uisum est pater tue sapiētia, ut hac graui perpetuaq;  
collectatione virtutem tuorum & exerceres & con-  
firmares. Auge uires filij tuis, ut semper ē prælio dis-  
scendant firmiores, ac paulatim imminutis aduersario-  
rū opibus, tu indies magis ac magis regnes in nobis.  
Sed nondum tuo iugo pater optime totus mundus aer-  
uicem submisit. Multas nationes ad hoc occupat tyran-  
nus ille satanas. Nondum est unum ouile, & unus pa-  
stor, quod futurum expectamus, Iudeis etiā in regnū  
Euangelicum sese aggregantibus, multis adhuc igno-  
rum est, quanta libertas sit, quanta dignitas sit, quan-  
ta felicitas, tuo cœlesti regno subiici, & ideo malunt  
esse mandaria diaboli, quam filij tui, coheredes Iesu,

## PRECATIO DOMINICA

consortes regni cœlestis. Et inter hos quoq; qui nunc  
intra ecclesiæ tue mœnia uersantur, tuiq; regni insi-  
gne præ se ferunt, heu non parū multi sunt, qui cōfspi-  
rante cum aduersario: regniq; tui gloriā, quod in ipsis  
est, dedecorant, ac robur latefactant. Optamus igit̄  
tur unice tempus illud, quod tibi soli notum esse uolu-  
isti, quo iuxta filij tui promissum, missi angeli tui pur-  
gabunt aream ecclesiæ tue, ac sublati zizanijs purū  
eriticum colligent in horreum, ac de regno tuo tollent  
omnia scandala, quū iam nec erit fames, nec pauperi-  
tas, nec nuditas, nec morbus, nec mors, nec persequen-  
tor, nec ullum omnino malum, aut mali metus, sed totu-  
rum corpus unigeniti tui simul agglomeratum capiti  
suo, regni cœlestis felicissimo consortio perfruatur.  
Qui uero interim diabolo tyrano seruire maluerint,  
cum suo domino supplicijs æternis addicentur. Ni mi-  
rum hoc est regnū Israël, quod Iesu Christo filio tuo  
relicturo terras, & ad te reddituro discipuli mature re-  
stitui postulabant. Reddidisti cœlum ab omni rebellio-  
ne tranquillum cieclu Lufero cum sua factione. Sic  
olim resuscitatis in uitam corporibus hominum, separa-  
rabis oues ab hœdis: & qui regnū Euangelicum hic  
pro sua uirili sunt amplexi, ad æterni regni possessio-  
nem inuitabūtur, quo illis destinat tua bonitas an-  
te conditum mundum. Hūc diem à filio tuo Iesu pro-  
missum, optamus pater in cœlis habitans ac regnans,  
filij tui in terris, hoc est, in exilio habitantes, grauati  
hoc domicilio terreni corporis, et ingemiscētes, quod  
interim

PER ERASMVM ROTERO D. 59

interim obnoxij multis incommodis distrahimur à tuo  
consortio: unde nobis tum deniq; perfecta felicitas p̄f̄  
ciscetur, qui m aperta iam facie uidebimus regē ac pa-  
trem nostrum in decorē glorie suae. Hanc fiduciā non  
nobis præbēt nostra merita, quæ scimus esse nulla: sed  
tua benignitas, quæ filium totum nobis impendit, quæ  
spiritū cœlestē uelut arrabonē buius hæreditatis im-  
partit. Quod si dederis, ut constanter perseueremus  
in filio tuo Iesu, nō poteris nos à regni tui cōsortio se-  
iungere: cui cū codē filio te spiritu sancto debetur o-  
mnis honor, decus, et gloria in æterna secula. Amen.

FIAT VOLVNTAS TVA.

PATER altor ac moderator omniū quos tuus Die marth.  
filius agnoscit fratres: agnoscit autem quicunq;  
syncera fide nomen ipsius in baptismo professi sunt,  
clamant è terris filij tui ad te cœlos inhabitantem, &  
ab omni rerum conditarum mutabilitate procul se-  
motum: optantes quidem uenire in consortium regni  
tui cœlestis, quod nullo malorum admixtu uitiatum  
erit: sed intelligunt ad eam tranquillitatem non redi-  
piendos, nisi qui hic interim p̄ijs studijs meditantur es-  
se, quod illic futuri sunt. Idem enim regnum est, eam  
dem ciuitas cœlestium ac terrestrium, nisi quod hic  
interim collectatio grauis est cum carne, cum mundo,  
cum satana. Et isthic tametsi non est quod cruciet, aut  
contaminet felicitatem beatorum spirituum, est tamen  
quod ad consummationē felicitatis desideretur: nimē  
rum ut omnia filij tui membra colligantur in unum,

## PRECATIO DOMINICA

totumq; corpus purum & integrum suo iungatur capiti. Itaq; fiet, ut neq; Christus ullum suorum membrorum desideret, nec animæ piorum desiderent sua corpora, quæ ut in terris habuerat cōsortia afflictionum, ita cupiunt in cœlis à gaudiorum consortio non separari. Porrò regni cœlestis concordiam hic in terris meditantur, qui quandiu uersantur in mortali corpore, uelut germani & obedientes filij, student ea facere, quæ tua dictat uoluntas, non ad quæ solicitat cupiditas, non disjudicantes quare tu hoc aut illud uolueris, sed satis habentes quod ita sit tua uoluntas, quem si bi persuasum habent nihil uelle, nisi quod est optimū.

Quæ sit autem uoluntas tua, ex unigenito filio tuo didicimus. Ille uoluntati tuae fuit obediens usq; ad mortem, & hanc uocem nobis depropmsit: Pater, si fieri potest, transfer à me poculū hoc, ueruntamē fiat quod tu uis, non quod ego, ut iam pudeat quemuis hominē suam uoluntatem preferre tuae. Habet caro uoluntatem suam, quam tenere deamat homo, habet mundus uoluntatem suam, habet satanas uoluntatem suam à tua multum diuersam. Caro enim concupisit aduersus spiritum, quem nobis impertisti, & mundus solitudo ad amorem rerum fluxarum, & satanas uult ea, quæ pertrahunt homines in æternum exitium. Nec satis est in baptismo nos esse professos fore dicto audienter tuis iubis, ac renunciasse imperio satanæ, nisi per omnem uitā constanter id præstemus, quod sumus professi. Sed hoc prestare non possumus, nisi tu uires addideris

## PER ERASMVM ROTEROD. 60

dideris conantibus, ut iam non nostra uoluntas, sed tua  
pater in nobis operetur, quod tua sapientia iudicavit  
esse optimū. Qui carni uiuunt, tibi mortali sunt, et iam  
filii tui non sunt. Quum & filijs tuis quamdiu corpus  
hoc terrenum circūferimus, subinde negotiū facessit  
carnis uoluntas, tuæ præire gestiens. Da ut semper tua  
uincat uoluntas, siue mori nos uis, siue uiuere, siue af-  
fligi, ut corrīgamur, siue subleuari, ut tuæ benignitati  
gratias agamus. Satanæ uoluntatem sequuntur, qui  
sacrificant idolis, qui conuicijs incessuat adorandum  
filium tuum Iesum, qui diffidunt illius promissis, qui re-  
bellionem parant Euangelio, qui per inuidiam exitiū  
moliuntur proximo, qui per fas, per nefas in hoc mun-  
do properat ditescere, qui foedis uoluptatibus inqui-  
nantur. At tua uoluntas est, & corpus & animū ha-  
bere purum & castum ab omnibus inquinamentis hu-  
ius seculi: tuum, filijq; tui honorem anteponere cete-  
ris omnibus: nemini irasci, nemini inuidere, neminem  
ulcisci, sed pro malefactis repēdere beneficium, denique  
famem, exilium, carcērem, cruciatu, mortem perpeti-  
cius, quam à tua sancta uoluntate discedere. Hoc ut  
indies magis ac magis præstare ualeamus, adiuua pa-  
ter cœlestis, ut idies caro minus reluctetur spiritui no-  
stro, ut spiritus noster magis ac magis unanimis fiat  
spiritui tuo. Et quēadmodū nūc multis in locis parēt  
uoluntati tuæ, qui obediunt Euangelio filij tui, ita idē  
fiat per uniuersum terrarum orbem, ut omnes intelli-  
gant te solum esse rerum omnium monarcham, tuisq;

## P R E C A T I O D O M I N I C A

diuinis legibus uolentes ac lubētes obedient in terris,  
quemadmodum in cœlis nullus est, qui tuæ uoluntati  
repugnet. Nec possumus efficaciter uelle quod tu uis,  
nisi tua diuina uoluntas nos atraxerit. Iubes ut tuæ  
morē geramus uoluntati, neq; enim filiorū nomē pro-  
merebimur, nisi paternis ius̄is per oīa fuerimus ob-  
sequentes. Sed tua pietas, quæ nos nihil promeritos  
ad hoc honoris adoptare dignata est, eadem dignabis  
tur & promptam & constantem largiri uoluntatē,  
ne qua in re diuina uoluntatis tua prescriptum pre-  
tergrediamur, sed mortificata carne nostra, tuo spiri-  
tu agamur ad omnia quæ pia sunt, grataq; oculis tuis  
is, ut & tu pater agnoscas filios non degeneres, et fi-  
lius tuus agnoscat fratres germanos, hoc est, uterq; su-  
um in nobis agnoscat beneficium, quibus est cōmuniſ  
cum spiritu sancto gloria in æterna secula Amen.

## P A N E M N O S T R U M,

Die Mer-

**P**A T E R noster cœlestis qui tua ineffabili be-  
cūrij. nignitate largiter pascis omnia, quæ mirabiliter  
condidisti, prospice & nobis tuis filijs in cœlestem fa-  
miliam selectis, & ex te pendentibus, spiritualem ac  
cœlestem alimoniam, ut tuæ uoluntati seruientes, ado-  
lescamus & grandescamus quotidianis uirtutum arti-  
bus, donec iuxta naturæ nostræ modulum peruenia-  
mus ad perfectum robur plenitudinis, quæ est in Chri-  
sto Iesu. Filij huic mundi quandiu non sunt abdia-  
ti, sed parentibus utuntur propitijs, non sunt sollici-  
ti de

PER ERASMVM ROTEROD. 61  
tide uictu, nimirum prospidente ipsis benignitate pa-  
terna. Nos aut multo minus solitatos esse conuenit,  
quos Iesus filius tuus docuit abscere omnem solicitu-  
dinem crastini, confirmans patrem tam opulentum,  
tam benignum, tam amantem, cui tantopere curæ su-  
mus, non commissurum, ut quum passionalis etiam ua-  
gis de uictu proficiat, quum lilia pratensis tato deco-  
re uestiat, nobis ad filiorum honorem cooptatis uestis  
desit aut cibus corporis. Sed illa potius omnibus negle-  
ctis querenda, que pertinent ad regnum tuum, eiusque iu-  
stitia. Neque enim tibi placet iustitia phariseorum, que  
carnalis est, quum tui regni iustitia spiritualis syncera  
fide constet, et charitate non ficta. Non magnū est tua  
largitati corpusculū hoc pane frumentido pascere, quod  
etiam si nō pereat fame, tamen morbo, senio, aliōne ca-  
su brevi sit perituru, sed filij spirituales à patre spiri-  
tuum spiritualem illum ac cœlestem panē flagitamus  
per quem uere uiuimus omnes, qui filij tui uere nomi-  
namur. Is est sermo tuus omnipotens uitæ largitor &  
altor, quem nobis de cœlo mittere dignatus es fame pe-  
reuntibus. Non enim explebat animū nostrum panis  
philosphoru aut phariseoru, sed panis ille tuus, quē  
nobis misisti, uitam reddidit mortuis, de quo quisquis  
ederit, nō morietur in æternū. Per hunc panē reuixis-  
mus, per hūc alimur ac sagnamur, et adolescimus ad  
perficitū robur spiritus. Hic nobis quotidie trajectus  
in anime uiscera, nec salutaris est, nisi tu pater quoti-  
die dederis. Corpus unigeniti tui panis est, cuius parti-

## PRECATIO DOMINICA

cipes sunt omnes, qui uersantur in magna domo tua,  
quæ est ecclæsia. Vnus panis est, omnium communis,  
quemadmodum & nos unum corpus sumus, cōstans  
ex membris diuersis, sed eodem spiritu uegetatis. Ve-  
rū hic quanquam ab omnibus sumitur, multis tamen  
ad fert mortem. Non enim ad fert uitam, nisi tu dede-  
ris quotidie, addens tuae gratiae coelestis condimentū,  
ut sumentibus sit salubris. Veritas est filius tuus, &  
ueritas Euangelica panis est, quem nobis reliquit in  
alimoniam spiritu alē. Et hic panis multis amarus est,  
qui animi palatum febri malarum cupiditatum habet  
infectum. Qnod si tu pater cū porrexeris, suavis erit,  
reficiet afflitos, eriget collapsos, robur addet infir-  
mis, eriget pusillos, denique & uitam conservet eter-  
num. Quoniam autem infirmitas humanae naturæ sem-  
per in deterius prolabitur, quoniam animus quotidie  
multis impeditur arietibus, quotidie tuo pane filios cō-  
firmes oportet, impares alioqui suueros tot tam uali-  
dis hostibus, tot assultibus, tot terriculamentis. Quis  
enim ferat esse mudi ludibrium, relegari, protrudi in  
carcerem, uinari, damnari, torqueri, exui facultatibus,  
spoliari uxore charissima ac dulcissimis liberis, deni-  
que crudeli morte perimi, nisi fuerit tuo coelesti pane  
subinde cōfirmatus? Qui docet Euangelicū sermonē,  
porrigit nobis hunc panē, sed frustra porrigit, nisi tu  
dederis. Complures sumunt corpus filij tui, complu-  
res audiūt sermonē Euāgelicū, sed nihil uegetiores  
discidunt, quam uenerāt. propterea quod non prome-  
rentur,

PER ERASMVM ROTEROD. 62  
rentur ut tu pater illis porregas inuisibiliter. Huc igitur panē benignissime pater imparti filijs tuis quotidie donec eo uesci cōtigant in mēsa tua cœlesti, quæ regni filios feliciter explebit perenni copia ueritatis æterne, qua perfaci perfecta felicitas est, nesciēs desideriū alterius rei, siue quæ in cœlis est, siue quæ in terris. In te enim uno sunt oīa, et extra te nihil est, quod sit expetendum, qui cum filio tuo Iesu, cumq; spiritu sancto uiuis & regnas in omnia secula, Amen.

ET REMITTE NOBIS.

EST quidem illud tue uolūtatis pater cœlestis, Die Iouis.  
Author pacis, & amator concordiae, ut filij tui  
quos tua bonitas tot unanimitatis vinculis copulauit,  
quos eodem animas spiritu, eodē baptismo purgas, in  
eadē domo, quæ est ecclesia, socias, cōmunitibus ecclie  
sacramētis fous, ad eandē hæreditatē regni cœle  
stis ex æquo uocasti, quo sint firmiores, in tua familia  
uiuant unanimes neq; quicquam dissidiū sit inter eius  
dem corporis membra, sed mutua charitate copulen  
tur: tamē quoniā adhuc mortale corpus circumserūt,  
fieri uix potest, quin per imbecillitatē naturæ quædā  
inādant offensæ, quæ fraternæ cōcordie serenitatem  
si non extinguant, certe obnubilent, extinglure tandem  
nē tua clementia quotidie condonet, quotidie peccanti  
bus. Quoties autē fratres nostros offendimus, offendim  
us et te pater, qui iussisti, ut proximū nostrū nō sei  
us diligamus, quām nosipsoſ. Sed filius tuus non  
ignorans

## P R E C A T I O D O M I N I C A

ignorans imbecillitatē membrorū suorū, & huic malo cōmonstrauit remediū, in certam spem uocans nos, fore ut tua clementia remittat nobis peccata nostra, si nos uicissim ex animo condonauerimus, quod frater peccauit in nos. Est autē equissima impetrandae ueniae cōditio, quā præscripsit filius tuus Iesus. Etenim quā tandem fronte deprecatur uindictā patris, qui leuem offensam in fratre suo parat ulasā? Quo tādem ore tibi dicit: remitte irā, quū ipse persueret irasci proximo? Quā fiducia se iactat membrū filij tui, qui quū imunis esset ab omni delicto, te pro parricidis in cruce deprecatus est, ut ignosceres, qui ipse peccatis obnoxius non uult ignoscere fratri, in quē & ipse subinde peccat, ut hic sit potius mutua ueniā permutatio, quām ignoscētia? Ingratū est oculis tuis sacrificiū, qd' offert irae memor, et cōcordie sarciede negligēs. Ita nos docuit filius tuus, etiā ad altare relicto munerē, properandū ad fraternę pacis reconciliationem. En pater optime, seqmūr quod tuus docuit filius, imitamur quod ille præstīt, si agnoscis à filio præscripsiā cōditionem (nec dubiū est quin agnoscas) largire quēsumus cuius ille spem certā nobis præbuit. Sic ille nos iussit orare, neque semel cōfirmauit nos exorturos, qe quid abs te in ipsius nomine peteremus. Præbuit ille petēdi fiduciā, tu per illum largire petenti bus ueniā. Agnoscimus imbecillitatem nostram, & hinc intelligimus quō turpitudinis essemus prolapsuī, nisi tua custodia nos aræret à uitijs grauioribus.

Et hanc

Ethanc ipsam infirmitatem tua pietas reliquit in nobis aduersus insolentia periculum, remedium. Quotidie labimur, ut quotidie tuam glorificemus clementiam. Da pater ut possimus ex animo cōdonare fratribus nostris, ut concordes inter nos te semper habeamus propitium, & si quid offendimus, sic ut offendimus frequenter in multis, emēdet nos tua paterna correctio, modo ne abdices, modo ne exhibrides, modo ne cōsideras in gehennam. Semel in baptismo cōdonasti peccata omnia, non erat isthuc satis tue erga nos pietati, quotidianis etiam filiorum tuorum delictis ostendisti certum ac paratum remedium. Pro quo tue benignitati gratias agimus, qui per filium tuum ac spiritum sanctum tantis beneficijs nos dignaris in gloriam sanctissimi tui nominis perennem, Amen.

### ET NE NOS INDUCAS in tentationem.

PATER noster cœlos inhabitans, quāquam nihil est quod te propitio uehementer extimescimus, & mutua charitas nos filios tuos firmiores reddit aduersus omnem malorum incursum, tamen considerantes humanæ naturæ imbecillitatem, eti incerti, quos tua bonitas dignos iudicet, ut ipso in amore tui confirmet usque ad huius uitæ finem, in qua quidam uersamur, mille modis sollicitamur ad ruinam, non possumus esse securi. Tota hæc uita undique diaboliqueis est plena. Nusquam cessat tentator ille, qui

Dic Ven  
neris.

non

## PRECATIO DOMINICA

non ueritus est, & filium tuum Iesum technis suis aggredi. Reputamus quot satanæ machinis impeditus sit seruus tuus Job. Recordamur Saulem prius electū, post reiectum à cōspectu tuo. Meminimus David, qui dictus erat uir secundum cor tuū, eò turpitudinis pertractum, ut adulterii homiādio copularet. Videmus Solomone m, cui in principio regni dederas sapiētiam ultra mortales omneis, eò dementiæ perductum, ut pregrinis simulacris immolaret. Venit in mētem, quid acciderit apostolorum tuorum principi, qui fortē usq; ad mortis societatem animum professus ter dominū suum abiurauit. Hæc atque huiusmodi multa cum consideramus, non possumus non horrescere temptationis periculum. Atque in hoc metu nos tua paterna pietas esse perpetuo uoluit, ne dormitantes et oscitantes inciperemus nostris præsidjs fidere: sed iugiter aduersus tentatoris assultus, sobrietate, uigilantia, precatione nos muniremus, ut nec hostem prouocaremus, met mores imbecillitatis uirium nostrarū, et tamen aduersus ingruētem temptationis procellam infractis animis consistamus, tuo freti præsidio, sine quo nihil possumus. Pateris tu quidem nonnunquam incidere tentationes, uel ut explores, spectata m̄q; reddas tuorum tollerantiam, quemadmodum tentatus est Job & Abram, uel ut huiusmodi flagellis castiges & emendes delicta nostra: sed quoties id pateris, rogamus, ut ille temptationis facias felicem exitum, ac uiires impartias ponderi malorum irruentium pares. Ingens periculis est,

**P**ER ERASMVM ROTEROD. 64  
est, quoties intentatur bonorum direptio, exilium, pro-  
bra, carcer, uinalia, diri cruciatus corporum, mortes  
horredæ. Sed nō minus discriminis est à prosperitate  
blandiente, quam ab aduersis terrorem ingentibus.  
Cadunt à dextris pariter ac sinistris in numeri. Alij  
metu pœnarum territi sacrificant dæmonijs, alijs fracti  
malis, blasphemis afflant adorandum nomen tuū.  
Rursus alijs uenenato poulo felicitatis mundanæ impe-  
briati, spretis tuis dotibus, reuoluuntur in uolutationē  
cœni prioris, uelut Euangelicus ille filius, qui proda-  
cta cum scortis omni paterna substantia, eò miseriæ  
perductus est, ut poras etiam suas siliquas inuidet.  
Scimus aduersarium nihil in nos posse, nisi tu permis-  
seris. Proinde non recusamus obijā quibuscumq; peri-  
culis, modo tua clementia, & aduersarij insultum, &  
nostras uires modereris. Sic enim fiet, ut etiā si quan-  
do fuerimus inferiores in congressu, tamē hoc tua sa-  
pietia ueritat in bonū nostrū. Sic uicit filius tuus semper  
adorandus satanam, sic carnem, sic mundum, ut  
quum maxime uideretur oppressus, triumpharet ma-  
xime. Ac nobis ille pugnauit, nobis uicit, nobis trium-  
phauit. Vincamus & nos illius exemplo, tuo præsi-  
dio per spiritum sanctum ab utroq; prodeuentem in o-  
mnia secula, Amen.

**SED LIBERA NOS A' MALO.**

**P**A TE Roipotens, tua gratuita benignitas nos Die Sab-  
semel à peccatis expiatos, ab impurissimo pa- bati,  
tre diabol

## PRECATIO DOMINICA

tre diabolo liberavit per Iesum Christum filium tuū,  
et in honorem nominis ac hæreditatis adoptauit: sed  
ita, ut quādiu uersamur in terris, perpetua lucta sit cū  
hoste, nihil nō moliente, ut nos quibus inuidet tuum  
beneficiū in suum ius retrahat. Horrescimus animo,  
quoties recordamur, quām fœdum patrē habuerimus,  
quām essemus mancipia peccati, quām infelici hæredi-  
tati futrimus destinati, quām immitti seruierimus domi-  
no. Nec ignoramus illius obstinatam maliciam, non so-  
lum uiribus, sed mille etiā artibus ac dolis instruitā  
in nostrā perniciem. Nūquam dormit, nunquā cessat,  
sed semper obambulat, ueluti leo fame rugiēs, captas,  
queritans, ac uenans quē deuoret. Nimirum tui pater  
est dissimillimus. Tu enim natura bonus ac beneficus,  
ouem erraticā reportas ad ouile, morbidā sanas, ex-  
tinctā ad uitā reuocas, inimicos etiā tuos blasphemos  
in sanctum nomen tuū, amore tuo præuenis, et ad sa-  
lutiē eternā inuitas. Ille odio insatiabili erga nos à quis-  
bus nūquā læsus est, nihil aliud molitur, quām ut quā  
plurimos sēcum in exitium pertrahat. Insignis cu-  
iusdā malicia est, gratis nulloq; suo cōmodo uelle per-  
dere, à quo quis non est iniuria laceſſitus. At hic suo  
etiam malo imminet in malum eorum, quos tu in tu-  
telam tuam ſeuocasti. Nō tu illum tamē condideras,  
sed eō maliā delapsus est, postequam ſibi placens,  
tuā maiestati ſubiectus eſe noluit. Proinde stimula-  
tus inuidia, primos nostri generis parentes, arte cir-  
cūuentos pellexit in mortē, inuidens illis paradisi uol-  
luptates,

PER ERASMVM ROTEROD. 65  
luptates, quum ipse sese cœli gaudijs spoliaisset. Nuc  
etiam aceroribus inuidiae stimulis uritur, quod paradi  
so exclusos subuehis in eœlum, quod morti destinat  
os per fiduciam in Iesum filium tuum ad beatam  
immortalitatem inuitas, quod ipsius etiam malici  
am uertis in cumulum tuae gloriae, nostræ salutis.  
Proinde quanquam ille multis merito formidabilis  
est, tamen consolatur nos tua bonitas, que plus po  
test ad salutem, quam uniuersa illius malitia ad per  
niciem. Agnoscimus nostram imbecillitatem, sed non  
expauscimus hostis incursum, siue uiuimus, siue mor  
rimur, quandiu te merebimur habere protectorē. Non  
metuimus exitium ab illo malo, quandiu continget  
adhærere bono. Hec uota filiorum tuorum pater æter Amen.  
ne si pia sunt, si iuxta formam à filio tuo Iesu  
proscriptam cõcepta, certa nos habet  
fiducia, tuam bonitatem præ  
staturam quod  
petimus.

DOMINICÆ PRECA/  
tionis per Erasmum finis.

## AD LECTORES.



Prouerbii.

V I sermones legetis R.P. Mat  
tini Lutherij de decē p̄eāptis,  
qui proxime sequuntur, memi  
niſe debetis ad populum fuisse  
dictos: cui niſi rudi, quod aut,  
Minerua res tradatur, ſic do  
ctorem audit, ut lyram aſinus.

Itaq; uel ſententiarum acumen, uel uerborum elegan  
tiam ne expeſtitis. Siquidem hi sermones ea diſtioniſ  
ſimpliſtate, nimirum extemporali, qua ad populum ē  
ſacra contione fuere Germanice pronunciati, hie tri  
uiali ſtilo ſunt editi, nō ut doctos delectent, ſed ut ru  
dioribus cum laicis tum ſacerdotibus proſint: quorum  
utilitatis p̄cipue rationem iſ habuit, qui inuulgādos  
curauit. Igitur quequid hoc eſt tumultuarium contio  
num, boni conſulite candidi lectores, & Luthe

Laus Marti  
ni Lutherij.

rium non minus purum ac synærū Chri  
ſtianæ pietatis doctore, quam uitæ  
prorsus inculpatæ uirū, amat  
te, & Bene  
Valete.

Decem



# CONTIO.

NES IN DECEM PRAE,  
CEPTA DOMI,  
nica.

## PRAECEPTVM PRIMVM.

Non habebis deos alienos.



RIMVM queritur, cur non  
præpit affirmatiue, sic: Habe  
beto proprium uel unum deū,  
uel adora me unicum deum? Se  
cundo, Cur nō imperatiue ma  
gis quam indicatiue dicit: Non  
habeto deos alienos?

Ad utrumq; simul respondeo, Quod omne præ  
ptum dei magis positum est, ut ostendat iam præte  
ritum & præsens peccatum, quam ut futurum prohibi  
beat. Siquidem iuxta Apostolum: Per legem nihil nisi  
cognitio peccati. Et iterū: Conclusit deus omnes sub  
peccatum, ut omnium miscreatur. Ideo præceptū dei,  
ueniens inuenit peccatores, et auget, ut amplius abun  
det peccatum, Ro.5. Leges uero hominum propter fu  
tura peccata ponuntur. Ideo spiritus, ut est benignis  
simus magister, magis loquitur indicatiue q.d. O mi Quid i præ

## CONTIONES DE PRIMO.

ceptis nobis ser homo ecce tuā tibi ostendo prauitatem. Talis esse loquatur de deberes, qui nullos deos haberes, non assumeres nomē us. dei tui frustra, S abbatū sanctificares, Non occideres, Non concupisceres &c. Nunc autem totus es alius & peruersus. Ideo denique & negatiue præcipit, quia negatiua est uehementior quam affirmatiua. Si quidem & Samaritani olim coluerunt unum deū, sed simul deos suos. Et nunc Iudæi atq; gentes, heretici & mali, imo omnis homo mundi, unum deum colit, quem omnes cognouerunt, ut Ro. i. Apostolus dicit. Sed ibi peccant, quod hunc sic colunt, ut simul & sua idola colant. Ita nullus est hominum in mundo, qui nō in aliquo gradu, quodlibet præceptum faciat, qui nemo est qui non aliquando nomē dei non in uanū assumat, qui non aliquando non occidat, non moecheatur, non furetur, sed simul tamen omnia etiam contra via faciat, ut uidebimus latius infra.

## COROLLARIUM.

**Idololatria duplex.**

Omnes filij Adæ sunt idololatæ, & primi huius præcepti rei. Verum scendum, quod idololatriæ duo sunt genera. Alterum exterius, alterum interius. Exterius, quo homo lignum, lapidem, bestias, stellas adorat, ut notum est ex V et. test. et libris gentilium. Hoc autem procedebat ex interiori. Interius, quo homo uel timore poenæ, uel amore commodi affectus, forsitan omittit culturam creature, sed intus manet amor & fiducia in creaturam. Quæ est enim religio,

non

PRAECEPTO DOMINICO 67

non flectere genua diuitijs & honoribus &c. & tam  
men cor ac mentem, nobilissimam sui partem, offerre  
illis: hoc est deum adorare in corpore et carne, intus  
aut adorare creaturā in spiritu. Hęc idolatria do-  
minatur in omni homine, donec sanctur per gratiam  
in fide Iesu Christi. Sicut dicit Psal. 80. Audi populus  
meus & contestabor in te, Israël si audieris me, Non  
erit in te deus reëns, neq; adorabis deū alienū. Quod  
est dicere: Tu studijs & uiribus nunquam eō perue-  
nies, ut deum alienum non adores, quia & si non co-  
les imagines, corde tamen mihi präferes creaturam.  
Tunc autem non adorabis alienum, si me audieris, id Si me audieris  
est, fides uerbi mei te faciet liberum à dijs alienis, & ris.  
uerum cultorem dei. Hęc enim abstrahet te à cupidis-  
tate & fiducia rerum, & trahet ad creatorem.

QVOMODO FIET ISTUD?

Ita fiet, Fides Christi tollit omnem fiduciam sapien- Quid fides  
tiae, iustitiae, uirtutis propriæ, docēs, quod nisi ipse pro in homine os-  
te mortuus esset, teq; seruaret, nec tu, nec omnis crea- peretur.  
tura tibi posset prodeesse: ac sic oritur omnium contem-  
ptus. At ubi audis quod proté passus est, & credis,  
iam oritur fiducia in eum, & amor dulcis, & sic pe-  
riat omnis rerum affectus ut inutilium. Et oritur cōfis-  
matio solius Christi, ut rei necessariæ uehementer, re-  
mansitq; tibi non nisi solus Iesus, solus satis & suffi-  
ciens tibi, ita ut de omnibus desperans unicum habeas  
hunc, in quo omnia speres, ideoq; super omnia cum di-  
ligas.

## CONTIONES DE PRIMO

ligas. At Iesus est uerus, unus, solus deus, quē cum habes, non habes alienum deum. Iudæi uero timentes ne alienum deum haberent, si hominem Christum adorent, eō peius adorant alienum deum, scilicet idola cordis sui, quae sibi deo fingunt. Recte ergo dicit: Si audieris me. q. d. impossibile est ut non adores alienum, si non audieris me, quia nō humiliaberis, nec auferetur tibi fiducia creaturæ. Nō humiliatus autem, non adorabis me, sed te & tua.

**Quinamim** Clare ergo patet, quod nemo implet hoc præceptū, pleat primū nisi credens in Christum, sperans, diligēs, nudatus ab præceptū, omnium rerum affectu. Quod sine gratia dei est impossibile.

At sunt multi, qui cum interrogantur, an alienū deum habeant, & idololatræ sint, constanter respondent, quod nequaquam. Hos ut reprehendas manifesto mendado, id obserua, Num sint rebus ita mortui, & in Christo ita securi, ut nec diuitijs inflentur, nec paupertate deijciantur, nec honore tumeant, nec ignorancia marcescant, nec uita letetur, nec morte terreantur, nec uoluptate gaudeant, nec passionibus tristentur. Et prorsus ita sint ad utrung; immoti & quieti, ut quoquo modo illa cadant, satis eis sit, quod Iesum Christum habeat, immo ut paupertatem ignominiam, passiones, mortem ament & optent, diuitias, gloriam, uoluptatem, uitam, fastidiant præ desiderio sui dei Iesu Christi. Sicut ille Psal. 4i. Quemadmodum desiderat cœrus ad fontes aquarum &c. Et sponsa in Canticis,

**Quomodo**  
dinoſcēdi ido  
lolatræ.

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 68

Canticis, Filiæ Hierusalem, nunciate dilecto, quia a  
more languore. Et Paulus: Cupio dissolui & esse cum  
Christo. Qui uero hunc in se affectū nondum sentit,  
confiteatur se nōdum esse purum dei cultorē, sed mul  
ta mixtū idololatria, quia dolet, cupit, amat, odit, non  
sicut debet, nec ea quæ debet. At hic dicitur, hæc per  
tinent ad perfectos, non ad omnes, non est necessaria  
tā perfectio. Respōdeo: Et nos scimus hoc esse per  
sectorum, (id est, non Iudeorū, sed Christianorum) Enītendum  
Non quod damnati sint omnes, qui tam perfecti non ad perfectio  
sunt, sed quod ista meta et finis est nobis propositus, nem oībus.  
à cuius affectione nemo excusat, nisi is, qui cum  
gemitu agnoscit, & cōfitetur sese non esse talem, &  
quotidie laborat, ut fiat talis. Et quod minus facit hu  
miler petit ignosci, dicens: dimitte nobis debita no  
stra. Et illud: Cor mundū crea in me deus. His, inquā,  
timoratis, & cōfidentibus, querētibus, petentibus, nō  
imputatur ista idololatria suæ mixtura, propter Chri  
stum, in quem credunt. Illis uero, qui sine timore, sine  
sollicitudine proficiendi in securitate stertunt, omni  
no imputatur, & sunt uere idololatri. Nec excusabū  
tur, quod nō sit neesse esse perfectū. quasi preceptū  
illud lapidibus aut lignis, ac non potius hominibus sit  
positū, & ita implendum plenè atq; perfecte, ut nec  
unum iota, aut unus apex sit prætereundus.

P R O clariore notitia, ita ut inferiores possint Peccātes con  
capere, q & quomodo cōtra hoc præceptū pec tra primum  
cent, latissime ponā exempla, non tamen omnia (nisi præceptū,

CONTIONES DE PRIMO  
uelim infinitum numerare) sed multa, ut eorum com-  
paratione possint reliqua facilius intelligi.

Primo, Sunt aliqui adeo rudes, ut uideatur diabo-  
lus non serio, sed uelut moriones suos ioco illudere, in-  
ter quos sunt. Sortilegi, diuini, maleficā, incantatores,  
superstitiosi. Et horū multiplex spēdes, sed in cōpen-  
dium eos redigam, atq; ut facilius teneat̄ur memoria,  
iuxta & tatum differentias distinguam.

Adolescen-  
tiā.

Gladius, te-  
lū, & similia  
ne lēdant.

Destructio/  
res.

Quid faciat  
amatorculi,

Prima est Adolescētia per se procluīs in seductio-  
nem hostis. Primo sunt, qui cōceptis uerbis, certisq;  
signis nouerūt consecrare, id est, execrari, gladios, te-  
la, boardas, & omne ferrum, ita ut nō possint lādi ab  
illis, siue in bello, siue aliās. Vidi ipse ego adolescentem,  
qui stricto gladio, in uentre nudum fixo, tam ua-  
lide urgebat aduersum seipsum, donec capulus refle-  
xus copularetur acumini superuentrem, & nihil la-  
sus gladium rursum remisit..

Secundo, Qui possunt hēc soluere, arculo descri-  
pto, ductisq; in puluere signis, & ita alter alterius sa-  
cramenta irrita fādens, sese occidunt.

Tertio, Sunt qui literas aut characteres super uit-  
rum scribunt & ad ignem ponunt, torqueri solis-  
ti hēc machina puellas ad sui amorem. At illæ rura-  
sum, aliæ ollam ad ignē ponentes, suos Adonides per  
multa miliaria uocare possunt. Aliæ caput asini in  
medio foco ponētes, urgent ad se uenire quotquot ua-  
lunt, sui mysterij uel æmulos uel cōsortes. Et mirū di-  
ctu, quod non sit salus nec remissio uenire coactis,  
donec

donec igne potiri eis licuerit, a simili capitis coctore.

Quarto habentur litteræ, multis sacris & uerbis Literæ Leo  
& signis replete, quas Carolo dicunt à Leone papa missas in bellum, quod ultra uanitatem, etiam menda cium est, ut ex Chronicis patet, cum non fuerint syn chroni Leo et Carolus. His tamē tātū tribuūt, ut nec occidi, nec lædi, nec iniuriā pati possit, q illas portaue rit, ita ut præsumat, et iniqs causis uictorias forenses.

Quinto obseruant menses pro uxore duenda, A- Quando ux  
lij ne nascatur proles, alij contra ut prole abundant, xor ducēda.  
Ita nō deo, sed mensibus tribuūt hominis creationē, in felici insipiētia, & tamē sunt libri his nugis referti.

Sexto, Sacra illa cera, paschalis cerei, à multis fur tim abaditur, nescio in quot & quanta uel maleficia, schalis, uel superstitiones.

Septimo, Sunt qui accepta aqua benedicta, cū pre calis suis sperant se in formicario ouum inuenturos, quod gestantes sint inuisibiles.

Octavo, furem querunt, dum suspecta nomina in Furem inquis chartulis inscripta, iaciūt in aquam benedictam, ut cu rere, ius nomen in imaruat, ipse sit fur quæsusitus.

Nono, Vxore ducta, stultis obseruatiōibus itendūt, Quis coniug  
uter utri sit superuicturus, ut qui prior obdormiat gū prius ma nocte prima, prior morietur. Item uxor primo ingress su domus uiri, superius limen tāgat manu, adiunctis uerbis, quibus se dominā uiri diuinet. Secundum hæc iudicentur similia, quanquam sint stulta magis quam mala, & ludus dæmonū, ut dixi, uidetur, sed qui tan

## CONTIONES DE PRIMO

dem in nimii serium uergat. s. ut assuecant ipsis ministris in creaturā cōfidere, et inde nec in magnis deo credat. Excusant se sanè, quod sint sacra signa, sacrāq; uerba, quasi nō ideo magis sint accusandi, qd' rebus, signis, uerbisq; dei, in re pphana et diabolica utatur.

## SECUNDA HOMINVM AETAS.

**S**ECUNDA est, iuuentus, et eorū qui cōiugio siam sunt astricti, ubi affectus proliſ & rerū mulierculas mire seductiles reddit in hoc opere diaboli.

**Quomodo**  
curent pueros  
**Albugo morbus.**

Primo, Curare nituntur infantes superstitionis quis busdam ritibus. Nam sunt, qui fascinatos curant pueros (quod malum apud nos frequentissimum est, adeo abundant pestilentes uetule, & dæmonum anallæ in hunc usum) ignoto quidam morbo, quem teu. die elbe, uocant. His quidam sacerdotes & editui rusticani à magicis meretricibus edocti, literas scribunt pensiles ad collum. Sed non communi atramento neque pa- pyro, nec omni die, nescio an & calamo & pulpito et loco usuali (habet enī res ea sua occulta mysteria) & fit tamen quod faciunt, quia credunt. Alij alium morbum, quem Teu. das hertz gespanjt, id est, pectoris di- stensionem, quem eo probant arguento, scilicet si mensura à cubito ad cubitū, nō sit æqualis mēsure, & poplite ad collū pueri. Deinde nescio quot modis murrandi angulo metientes, capitis dolorem mitigent, sic & alios omnium membrorum dolores. Hic ego uelle pueros intelligere et loqui ut matres suas tā insi gnis

P R A E C E P T O D O M I N I C O . > o  
gnis stultitiae arguerent. Non enim est dubium , quin  
resisterent, & sapientiores se matribus probarent.

Dicunt autem , Quis non misereatur infantis & fi-  
lij uteri sui? Respondeo, Miscrendum, sed nō usq; ad  
seruitutem diaboli, uel naturalem quere medicinam,  
uel deum exora in simplici fide . Cur eum quem deus  
creauit, diabolo seruandum & sanandum offers? Ve-  
rum deus ad temptationem incredulorum permittit ta-  
lia fieri in infantibus, per maleficos, ut diabolum qua-  
rant, qui deum neglexerunt. Neq; enim dubitandum  
est, in infantium eiusmodi vexationes, quandoq; non es-  
se naturales, sed dæmones per maleficos adiurati, ita  
cruat̄ parētes eorū, occulto dei iudicio, sed iustissimo,  
ut p̄bet fidē, uel illorū uel aliorū, aut utrosq; puniat.

Secundo, patres insufflat̄ paruulis in palatum, uel  
guttur, nescio quo morbo laboratibus, adducūt autem  
uerba ad adiurationem idonea septem uicibus.

Tertio, Qui pecora signant atq; sic seruat̄ a lupo,  
peste, aqua, igne, quin totam diuitatem uel domum ab  
incendio possunt ita seruare? Infelix lupus , iuste queri  
potest, portionē suam à deo datam , sibi erectam per  
dæmonū foederatos. Si Iob ita fecisset, sua pecora ser-  
uasset, sed non à deo laudatus esset.

Quarto, Eadem religione fructus in agris & hor-  
tis consignant, adeo stulti, ut qui imbreu & incremē-  
tum ex deo accepérunt, custodiā ex diabolo petant,  
uelut cōtra deum pugnātes , ne auferat, quod dedit.

Quinto, Ignē et aquā item serpentes nouerūt adiu-  
rare, me

CONTIONES DE PRIMO,  
vare, ne pecori noceant ullo modo, id est, ut res eorum  
non sit subiecta deo.

Sexto. Infirmi dum uouent sanctis uota, deinceps  
peccatum putant medicinis uti, ut, s. tētent deum suis  
stultis uotis. Atq; si qua mulier iniusta fuerit olei sa/  
cramento, eam per annum non nisi nigris uestibus o/  
portet uti, non saltare in chorea, non dormire cū ma/  
rito. Adeo diabolus familiare habet organum, sexum  
istum foemineū, ut ipsum in sua sacra asciscat, per ip/  
sum suas leges dicit, suas superstitiones seminet, p  
omnia contrarie deo, qui sacra et sacerdotium & uer  
**Mulier impi** bum suum, uiris imponit. Verum lōge præua let sacer  
**a dæmonis** dotium istud muliebre, repleteq; has terras innume/  
**sacerdos,** ris superstitionibus, benedictionibus, documentis fri/  
uolis. A quibus longe plus timent, quam à legibus &  
sacris sacerdotij uirilis ac diuini.

**Augures.** Septimo. Huc pertinet qui ominatio[n]es, auguria,  
ut croatatum coruorum, & aliorum gentilium portę/  
torum reliquias uel exempla obseruant.

**Dies Aegyptiacā.** Octauo. Qui dies Agyptios obseruant, in profe/  
ctionibus, in reditu, in edificijs, in negotijs, in uesti/  
bus nouis induendis. Hi si sic crederent, quod ignis  
in hyeme gratior est quam in aestate. Item quod in aesta/  
te conuenit foenum facere, fruges colligere &c. recte  
crederent. Aut quod omni mane bonum sit exire, si  
quis sanus sit et necessitatē habet. Malum autem, si  
agrotus sit. Quid enim aliud meretur illusor ille dia/  
bolus, quam ut rursum & nos eum rideamus. His nō lo/  
ge iun

PRAECEPTO DOMINICO >I  
ge iunguntur, qui incisionem uenarum, ablactationē Contra plas-  
puerorum, salubritatem balneorum, et oportunitatē netarum obti-  
seminandorum, non ex humorum & calorū opor- scruatorē.  
tunitate, uel corporū necessitate, sed ex influētijs pla-  
netarum & stellarum, nos docent. Cum optimi me-  
diā doceant, necessitatē hic eſe unicam regulam.  
Nisi forte parant nos fame occidere, dum non permits-  
tunt nisi paucis diebus nos seminare. Sed bene habet,  
quod iste nugae à nullis uel paucissimis (deo melius  
 cogitante pro nobis) obseruantur.

Nono. Sequitur lauta illa Astrologia seu Mathe-  
matica, quæ ualde cupit esse scientia, sed non potest  
stultitiam ingenitam exuere. Hæc est quæ nos docet,  
Quis, qualis, quantusū sit futurus, quisquis natus  
fuerit in horoscopis signorum, consiliarij sälicet diui-  
ni secreti, nec angelis noti. Vnum ego miror, quidnā  
illis accaderit, ut non inuenient stellam que porten-  
dat, quis iustus, quis peccator sit nasaturus. Quādo  
quidem suos horoscopos maxime in hominibus uale-  
re uolunt, tum nō est res tam parui momenti, iustitia,  
peccatum, ueritas, mendacium, sed nec tam rara, quā  
sit balneator, cātator, trapezita, piscator, orator, ama-  
tor, qui suos habēt horoscopos. Cur ergo nullū ibi iusti-  
tiae & ueritatis signum? Aut si est, Cur nunquā sorti-  
tur effectum? Siquidē omnis homo nasatur peccator,  
mendax, insipiens, licet nulla stella ad hoc fatum sit  
conficta, nec mutatur unquā, nisi supercoelesti gratia  
uisitetur. Aut est cœlū adeo infestum & incuriosum  
iustitiae

## CONTIONES DE PRIMO

iustitiae & ueritatis, ut uilissima balnea influat & la  
dos & Veneres, iustitiam autem omnino nesciat? Aut  
tam iniudus creator, qui nullū signum boni, sed tantū  
modo mali constituit: quippe cum nullus homo nasci  
tur bonus. sitq; natura sua cum influentijs perseuerat  
urus malus. Hos ego inter subtilem fatuos numeras=

sem, nisi rudibus essent rudiores.

Nulla nos. Sed pulcherrime soluunt obiecta. d. Influentia nō  
creatura ad necessitant, sed inclinant ad peccatum &c. quasi non  
peccatum inclit id ipsum impissimum sentire, quod deus fecerit crea  
turam ad inclinationem peccati. & non potius ad ere  
ctionem iustitiae, ut omnia cooperentur in bonum nō  
in malum, hominibus. Aut quasi ullus hominum neces  
sitate compulsus peccet, & non potius semper incli  
natione. Quis in uitum dicit peccare? Omnis mala in  
clination, nō extra nos, sed in nobis est. Sicut ait Christus: De corde ex eunt cogitationes male, Non quod  
intrat in hominem &c. Et B. Iacob. unusquisq; tenta  
tur à concupiscentia sua abstractus & illectus, que  
non fato, sed origine peccati uenit. Omnia enim que  
fecit deus, bona sunt, ideo ex natura sua, non pos  
sunt nisi ad bonum inclinare. Quale est unumquod  
q; tale & operatur. Quod autem ad malum seruit  
unt, non est natura, sed iniuria eorum, sicut Paulus  
ait: Omnis creatura subiecta est uanitati non uolens.  
Illi autem naturam eorum faciunt uanitatem, uolent  
es ex institutiōe dei illi habere, ut ad peccandum in  
clinent. Cur ergo Adam & Heuam ante serpentē nō  
inclinauerunt?

P R A E C E P T O D O M I N I C O . > 2  
inclinauerunt: cur non Christum: cur non Virginem?  
Pereat ea blasphemans impietas. Vox illa, uox patris  
Adam est, qui & ipse suam inclinationem ad mulie-  
rem transfusit, id est, creaturam dei. d. Mulier quam  
mihi dedisti: etc. Verum quām egregie mihi obstarent,  
si ullum sanctorum, uel martyrum his usum esse, aut  
scripsisse, aut approbasse possent ostendere. Nunc au-  
tem non modo non approbauerunt, sed etiam repro-  
bauerunt, præsertim B. Augustinus in multis locis.  
tam B. Greg. Et tamen inuenit ista languidula insipi-  
entia, languidores qui credant.

Abraham inquit docuit Aegyptios Astrologiā, ut testis est Iosephus, quasi Iosephus nusquam excesserit uerum, præsertim tam anhelus Iudaicæ glorie appetitor. Abraham sine dubio docuit Aegyptios deum colere, & ueram dei sapientiam. Sicut & de Ioseph dicitur psal. 104. Ut erudiret principes eius, & senes eius prudentiam docret. Non est credendū, sanctos illos uiros, nec astronomiæ, multominus astrologiæ operam dedisse, quæ iuuētutis sunt studia odiosa. Sed Iosephus uidens huius scientiæ opinionem apud Græcos extolli, & in gloria esse, fingere uisus est uoluiſſe, quomodo etiam in hac re Iudæi Græcis non impares, sed superiores essent, quod in omnibus alijs quoque facere conatus fuit, quæ ad uanam gloriam pertinent.

Deinde mirum est, demones non fuisse aliquando mutatos, qui tot seculorum influentijs subiecti, tum ex influentijs propiores non mutari.

## CONTIONES DE PRIMO

propiores quam nos , utpote in aëre habitates, sunt.  
Nō autem ueniisse stellarum influentias super eos, aut  
easdem stellas, eodem modo eis falsisse, absurdum ui-  
detur. Manent enim obstinati in sua peruersitate, nec  
ullo signo mutatur, cum nostræ animæ breuiissimo mo-  
mento influentiarum mutari dicantur.

In Ptolemei vltimo. Quid ad Mosen dicemus Deutero. quarto.  
Ne forte eleuatis oculis ad cœlum, uideas solem & lu-  
nam, & omnia astra cœli, que creauit dominus deus  
tuus in ministerium cunctis gentibus etc. Si in ministe-  
rium, quomodo in dominium ? At subtiliter euadunt,  
dicentes authoritate sui Magistri Ptolemei: Sapiēs do-  
minatur astris, ideo præuenire & impedire potest in-  
fluentias stellarum. Ergo non sunt in dominium sapi-  
entibus, sed insipiētibus tantum? Quid autē Moses?  
cūctis, inquit, gētibus in ministerium. Si cūctis, ergo  
uel sanctæ gentes sunt sapientes , & ita dominantur  
astris omnes, uel aliquæ tātummodo sunt sapientes,  
& fieri, ut non cūctis gentibus sint creata in mini-  
sterium. Vel Moses uerax, & tu mendax. Ut omittam  
quod si etiam uere sapiens esset dominus astrorum, ni-  
hilominus falsum dixisset Moses, utpote , quod astra  
non ministrent sapientibus etiam , sed magis impedi-  
unt, ita ut nisi illi sapientia præstarēt, non possint ea  
rum fata uitare. Non ergo in ministerium, sed in bel-  
lum sapientibus, & in dominium atq; tyrrnidem in-  
sipiētibus, dicendæ fuissent stellæ create. Quod est et  
Mosen mendacij arguere, & deum crudelitatis accusa-  
re, omni-

## PRAECEPTO DOMINICO >3

re, omninoq; blasphemare. Sed hæc alij latius tracta  
runt. Sat sit indicasse uanitatem hæc prohibitam. Hie  
re, deamo. Luxta uias gentium nolite dicere, & à si  
gnis cœli nolite metuere. Solus enim deus timendus  
est in omnibus. Cætera omnia ut ministeria in bonum  
electis cooperantia eſe, debemus intelligere.

## TERTIA AETAS

**T**ertia ætas proprieſtate ueterinarū, aut similia il  
lis operatiū, ut qui cum dæmonibus pāſſan  
tur, de quibus paſſim habetur notitia.

Primo, Maleſicijs poſſunt oculos ledere et excera  
re, corpora infirmare, ſagitare crura, imaginib⁹ deſ  
uouere, et prout libet uel occidere, uel lenta & incur  
bili plagi tandē coſumere, ut uidi plures talia paſſos.

Secundo, Poſſunt tēpeſtates, tonitrua coātare, per  
dere fruges, occidere pecora. Itē butyrū, lac, caſeu alijs  
furari, id est, ex poſte uel bipēne, uel mātili, mulgere.

Tertio, Huc pertinēt, qui ſcientiam querunt per  
artem Notoriā, de qua in iure ſatis dicitur. Item, Qui Ars notoria.  
occulta querunt per Crystallum, unguem, uel eburne  
um capulum, tamen prius conſecratum. Nec id poſ  
ſunt, niſi puellæ uel pueri uirgines, in circulo inclusi,  
ne deſit ſpecies bona pefſimo illi operi. Dicitur tamē  
huius in ſpectionis myſterium fallaciſſimum eſe. Hu  
ius generis ſunt, qui uirga diuinationis, occultos  
querunt theſauros, Maxime autem hi, quos uulgo  
uiros & mulieres ſapiētes (id est, Magos et Phytonis  
Virga diuina  
natoria.  
k ſas) uo

## CONTIONES DE PRIMO

fas vocant, quorum oracula ex diuersis & longinquis locis petunt. Si quis aliquid amiserit, uel quodcumque passus fuerit, cuius ignoret authorē. Mirum hos, ab Episcopis permitti, impune talia publice audere.

Quarto, Creditur à multis, quod equitē super scobam, alijs super hircū, alijs super alias nugas, ad quēdam locum, ubi ad conuiuium conueniant eius mysticij consortes, quod non solum prohibitum est fieri, sed etiam credi, uerum esse, ut infra latius. Sicut et illud, quod uetulæ mutentur in feles seu catos, & nocte uagentur, prohibitum est credi, uerum esse.

Hulde. Quinto, dicitur apud aliquos, quandam dominam alios Herodiaem, alios dominam Hulde, alios venem, per annum circumuehi, ac uelut lustralē Februū peragere, quæ hospitiis suis relinquat, uel carbones uel quisquilitas currus sui, quæ postea inueniuntur esse aurum & argentum, ut etiam in latina lingua sit prouerbium de carbonibus & auro, hinc forte natum.

Lares familiares. Sexto, Habent quidam domesticos quosdam dæmones, uelut Lares familiares olim habebantur, qui aliquando per diem apparent. Hos uulgo vocant alijs nichtelen, alijs helckeppelin. Et creditur domus fortunatissima esse, que talibus dæmonum illusionibus occupata fuerit, & plus timent offendere eos dæmones, quim deum & totum mundum.

Septimo, Aliqua ut diabolum inueniant, Ecclesiā circumueunt

P R A E C E P T O D O M I N I C O . > 4

ārāmēunt uersis uestigijs & contra quam solitum Quo pa  
est fieri . Et inuenio illis obuiu se se tradunt ei in pa= clo mulieres  
ētūm . Ex horum genere esse putande sunt , quæ ma/ quærant de/  
lum omen eſſe putent , si mane obuium habuerint ſa= monē.  
cērdotem , ſignant enim ſeſe cruce , ne mala eius diei  
incurrant , quæ primo occurſu ſacerdotis ſibi porten-  
dunt , magiſtro diabolo , futura .

Octauo , ſunt Incubi & Sucubi dæmonum , de qui  
bus latius statim .

Nono , etiam uſq; ad ſacramentorum iniuriam pro-  
ficit iſta nequitia ſatanae . ſunt enim , qui baptizandis  
pueris , uerbenam , caſeum , nescio deniq; , quæ nam  
alia , alligant . Et quidem uerbenā illa , nominatiſſima  
eft ſuperſtitionum ministr. , miris cœremonijs hanc ef- Verbena .  
fodiunt , deinde consecrari faciunt . Et horrenda teme-  
ritate tot nomina dei & ſanctorum ſuper eam inuo-  
cant . ſ . ex aliquo Iudeo præſtigioso ſeducti .

Omitto hic mēſtrua mulierū , qbus aliue philtrea Menſtrua  
iſſani amoris , ſepiuſ mortis conſiaut . Aliquæ in abū mulierum .  
porcorū miſcēt , quo ſaginētur felicius . Omitto qđ in-  
fantibus , tabe uel macie laboratibus , ita ſolēt cōſule/  
re , ut poſitos in caldare , igne ſuppoſito in aqua calida Aduerte muſ  
modeste coquāt , alia fœmina aſtāte , alia arcū domū ter lierum uerſa  
currēte , et per foramē interrogante , quid coquissilla tu niam .  
reſpondente , coquo carnē ueterem , ut noua fiat . Item ,  
qđ ablactatos eo periculo timet relactare , quod pue-  
ri exinde ſint futuri maledici , & lingue maligne .

## CONTIONES DE PRIMO

Omitto monstra quæ agūt in periculo partus, Religiosissime legendam S. Margarethæ legunt, & ipsi passioni Christi præferunt. Aliæ femorale uiri, patenti in collo suspendunt, alijsq; nugis delirant.

Sunt præterea stultæ quædam, quæ cum ioco ali quotes dictū audierit, si quid amiseris, et reperire uolueris, da eleemosynam, calidam. s. similam, et pone salem benedictum desuper, & mox inuenies. Quod ille ludens sic uoluit intelligi, pone salem desuper. s. super rem amissam & inuenies. Illæ uero intelligunt super similam. Non quod hæc magna sint, sed quod indignum sit, diabolum sic eleemosynas & salem benedictum in ludibrium uertere. Eiusdem sapientie mulieres sunt illæ, quæ simili ioco illusæ, frondes illas, quæ in die S. Marci, per viā processionis prostratae fuerunt, acipientes, super sata pisorum et fabarum uerrunt. s. quia dicitur, quando talibus frondibus uerruntur sata, salua erunt ut gallinæ, aut uolucres cœli, et nō tollant. Non intelligentes, quādo (id est, eo tempore quo) uerrunt, nō facturas id uolucres. Et quis huius seductilis sexus oīa ludicra, ridicula, falsa, uana & superstitiona recēseat? Ex prima Heua eis īgenitū est, falli & ludibrio haberi. Ex ijs similia pensentur.

Sed quia sunt qui horum aliqua fieri posse nō credunt, alijs nimis credunt, ideo parūper de ijs uidendū.

**P**RIMŪ, Nō credūt aliqui, posse Magas & Phytomissas istas tantū, ut tempestates comoueāt, corpori no-

Frondes s.  
Marci.

P R A E C E P T O D O M I N I C O . > 5  
pori noceat, pecoribus, rebus, filiis malū inferat &c.  
Habentes hanc sue sententiae causam, quod non cre-  
dunt eas, in creaturis dei habere tantam potestatem, Dæmones  
nec dæmonibus tanta à deo permitti. Et tamen, cum permittente  
sic omnia à deo inferri credat, non ad deum confugit deo, noere  
unt, talia quedam passi, ideo persuadendi sunt ut sci posunt.  
ant dæmones talia omnino posse permittente deo.  
Quod ex scriptura satis probari potest.

Primo, Job primo, Vbi ignis de cœlo ædit, & Job.  
pecora cum seruis occidit. Et uentus irruit, & domū  
euertit, filiosq; eius oppressit. Item, tandem in corpo  
re eius percussit ulcere pessimo. Nouissime autem in a  
nima eum tentauit, grauissima desperationis tentatio  
ne. Et tamen textus ibi clare exprimit utrumq;. s.  
quod diabolus hæc operatus fuerit, accepta licentia à  
deo. Et quod deus hæc eadem fecerit, sicut ibidem di  
cit, Ignis dei cecidit de cœlo &c. & ipsem et infra,  
Dominus dedit, dominus abstulit &c. Cum tamen do  
minus ibi dicat ad diabolū. Ecce in manu tua sunt o  
mnia que habet, & ipse, tantum ne in animam eius  
extende manum. Si ergo ignē & fulgura de cœlo po  
test satā iacere, & tanta mala facere, deo permittete,  
cur nō et nunc idē nō possit, ad pacū suū adiuratus?

Secundo, Aegyptiorū plagas, per angelos malos  
esse factas, testatur psal. 77. Misit iram & indignati  
onē, immisiones per angelos malos. At illæ plагæ fu  
erunt maiores, quā nunc faciūt ullæ maleficæ.

## CONTIONES DE PRIMO

Tertio, Qyot obſeſſi recitantur in Euangeliō? quot animas quotidie occupat erroribus et peccatis? An minus est, animam immortalem perdere, quam membrum moriturum, aut aērem uexare?

Quarto, Nōnne omnes sanctos martyres, ipſe perſecutus est & occidit? Deniq; ipsum dominū aſſūpsit, & de deserto in montē, de monte in pinnaculū tēpli trāſtulit, Item cum Michæle et angelis eius pugnat.

Quinto, Passio Christi hæc omnia fortius probat. Si enim filius dei tanta sustinuit à dæmonib⁹ & mēbris eorum, quid mirū, si horrea nostra possit deſtruere, & membra percutere, eadem permissione dei:

**Abusus rerū hominibus & dæmonibus, à deo permittitur.** Sexto, Illud uide, quomodo deus dat tam multis malis hominibus potestatem abutendi rebus, diuitijs, potestate, dominio, in aliorum perniciem & suum peccatum. Multo magis dæmonibus permittit rerum abuſum contra nos, siue ut puniat, siue ut eruditat nos.

Verum est autem, quod sine dei permissione nec ſolū arboris mouere poſſit, quia ut Christus ait: Sine uoluntate patris ſui, nec arboris folium cadit in terram. Ideo Christianos oportet noſſe hæc mala per dæmones, & magas ſuas quidem inferri, ſed tamen à deo ſic ordinari. Bonum facit deus per ſeipſum, malum per malos. Vnde Iob (ut B. Augu. ait) non dixit dominus dedit, diabolus abſtulit. Sed dominus qui dedit, idē abſtulit. Sed de ijs latius inſra.

Secundum,

**S**ECUNDVM, Nimiū credunt, qui uetulas Anicularum mutari in catos posse credunt, aut quascūq; alias metamorpha formas, & ad coniuia uehi nocte. Et ad hoc est ex-  
pressus textus. 26. q. 5. c. Nec mirum, ne ullus eredat.  
Sunt enim illusiones diaboli, non autem res uera. Si-  
cūt pulchre patet ex quodam exemplo, quod Ioannes  
Keyserperg recitat: Quod quædam uetula, ut prædi-  
catorē argueret mendacijs, qui talia docuit esse fal-  
sa, sero eo uocato, & in oculis eius sese ungens,  
sedens que in lintre pistorio, iamque uolens uehi,  
ecce statim obdormiuit, & quibusdam gestibus mo-  
uebatur, donec caderet de scanno & uulnus in ca-  
put acaperet, tandem reuersa ad se, conuicta est, de  
illusione ex uulnere & casu quantumlibet uidisse se  
iactasset mirabilia sua.

Idem patet ex Vitis patrum, de uirgine à parenti-  
bus ad S. Macariū ducta, quæ ab eo uisa est esse puel-  
la, cum alijs uacca uideretur. Et tales præstigijs plus  
res hodie quoque fiunt, ut ille, qui Iudeo debebat &  
dormiens, p̄sbus est sibi crux totum à corpore rapi,  
ut Iudæum confunderet. Idem de Monacho quodam  
refertur, qui plastrum fœni propè consumpsit &c.  
Multā de ijs ubiq; referuntur. Potest enim diabolus  
se mutare de persona in personam, et miris modis  
ludere sensum, de quo in legēda S. Martini. Vbi unus  
omnium sensus illusit, eccelesi quadam ueste, à diabolo  
sub nomine Christi donatus. Simile de quadā Mo-

Præstigia.

## CONTIONES DE PRIMO

niali, quæ in suo cubiculo sedens, uisa est ab alijs lat  
anioso pallio seminuda, & bubulo stercore caput ue  
lata, quæ tamen sese credebat in fulgentissima ueste  
ac aurea corona sedere, à Christo decorata. Item et  
illud in legenda S. Andreæ, quomodo in forma spes  
dosæ mulieris tantum uirum illusit. Item de Eque  
stre illo, qui sero in hospitium ueniens, iucundo conui  
uio inter pueras & choreas & epulas sibi uisus, ma  
ne iacuit in profundo luto, & equus eius ad arborem  
ieiunus ligatus. Sed omnium efficacissimum est qd' in le  
genda S. Germani Altisiodorensis Episcopi legitur.  
(Vide Catalogū sanctorū li. 6. c. 9) Cum enim aliquā  
do hospitatus fuisset, et iam dormituri adhuc mēsam  
pararent suis (ut requisiti ab eo dicebāt) uianis in no  
cte futuris. Tandem ille, uenientes adiurauit, excitā  
to patre familias cum suis, percōtatus an noscent istos:  
Illi uero afferentibus, iubat, ut ad uicinos irent uide  
re, an domi essent, & inuenti sunt omnes dormien  
tes in lectis suis, & sic euidenter illusio dæmonum &  
patuit & disparuit eo iubente.

Mulieres in  
Catos.

At ut cōtentiosis quoq; satisfaciam: Dicūt enī mu  
lieres in Catos fuisse mutatas, eo argumēto uerū esse,  
quod quidā audaculus in uacua domo dormiens, plus  
res vulnerauerit tales catos, manc autem facto, multæ  
uetule sint inuentæ sic vulneratae. Vel enim id fictum  
est, uel dæmones uere uetulas ipsi vulnerauerunt, ut  
rei mendaci fidem faciant, ac si uere uetulas ille vul  
nerasset,

**PRAECEPTO DOMINICO >>**  
nerasset, qui catos (id est, dæmones) uisus est uulnerare, potest in qua fieri, ut uetulæ, in somno uel extasi di scurrere, uulnerari sibi uideantur, cum tamen in lecto iacent quietæ, & uere uulnerentur à dæmonibus, ut postea credant se uere discurrisse, et ab alio uulneratas esse.

Tale est quoque de equitando super scopam.

De Herodiade & Laribus satis manifestū est sc̄ licet esse dæmones.

**T E R T I O** de Incubis & Succubis tradunt ini  
signes authores, quod potest satan in specie mu  
lieris succumbere uiro, & accepto semine, rursum in= Suacubi.  
cumbere foeminae, & ita generare. Sic enim sollicitas  
uit quandam eremitam usq; ad obscenitatem, & po  
ste a euauit, ut recitat S. Ioannes primus eremitarū  
apud Hieronymum. Quin dicitur, quandoq; diabolus in specie infantis fuisse, & uix quinque nutrices  
ei satis fuisse.

**V A R T O** de ijs qui uehuntur pallio, prop̄  
dubito. Potest fieri ut uehantur paruo spacio, In pallio uer  
nescio an in longinquō, saltem tam breui tempore ut  
dicitur. Hoc sao etiā si non uere uehantur, posse cū  
sic ludere omnem sensum, ut ille, qui uebitur, sit quic  
tus, et tamen existimet se uehi ad dominam suam, atq;  
cum ea omnia peragere, quæ tamen mera sint phan  
tasma.

Simile iudicium mihi est de afferentibus à longe

k s cibos

## CONTIONES DE PRIMO

Afferētes à/ cibos & potus, nec obstat quod postea agnoscant ue  
bos. re loca, ubi fuisse se dicant, quia potuit similes spe  
cias sensibus in gerere.

Sic etiam de ministris quos adduāt, cuius id indi  
Ministri dæ/ cium uidetur, quia nō permittitur aliquis eos alloqui,  
monum. ne uidelicet euaneſcant ſicut fumus.

Vltimo de ijs, quæ in Crystallis uel ebore uel uni  
Imagines in que uidentur, certum eſt eſſe præſtigium diaboli, figur  
Crystallo ap ras fingenſis in Crystallis, quantum ſibi permittitur,  
parentes. non enim ſemper nec coram omnibus id potest, ut ſa  
tis compertum eſt.

Sed ex ijs cætera iudicentur. Infinita enim ſunt,  
& quotidie augescunt eiusmodi portentorum gene  
ra, defectu operariorum in uinea domini.

Hæc autem omnia faſiliora & leuicula ſunt apud  
diabolum, puta quibus carneos ſenſus & phantalias  
illudit, infinitas partes hominis. Sed maiori ſubtilita  
te, ut & maiori periculo illudit mentibus & intelle  
ctibus. Et quanquam ſunt plurimi, quorum ſenſus il  
lusionibus eius patent, tamen multo plures illudit men  
te, ſcilicet doctos in scripturis, ſanctos in operibus, ita  
ut ab Apoſtolo proprio titulo inſigniatur, Corru  
ptor mentium, ſicut Heuam ſeduxit aſtitia ſua, adeo  
ut & in angelum lucis ſeſe transfiguret, unde & B.  
Ambroſius ſer. de pont. Supplantatores inuiſi per o  
mnes uias extendunt laqueos, innumerabilibus mortis  
bus expauescēdos. Animalia puſilla cū magnis, et re  
pūlia

Corruptor  
mentium, aſco  
dæmonis epi  
thetum.

## PRAECEPTO DOMINICO >8

ptilia quorū non est numerus. Ita ut impossibile sit ul-  
lum hominē esse tutū in quocūq; opere, sensu, intelle-  
ctu suo, nisi qui assidue sibi ipsi suspectus timet in o/ Omnia ope-  
mnibus, & cū lob omnia opera sua ueretur. Sed heu ra debent no-  
et prob dolor, quām securi sumus hodie tam infimi q bis esse su-  
summi, docti pariter & indocti, tāquam diabolus sit specta.  
mortuus, adeo ut pro nostris opinionibus, etiam crue-  
tissima geramus bella, aut sine fine litigemus & con-  
tēdamus. Sic meruit iniquitas nostra, ut in sensum re-  
probū traderemur. Igitur de ijs qui rudioribus &  
sensualibus deceptionibus seducuntur, hæc sint satis.

## D E I I S Q VI S P E C I E B O N A de apīuntur.

**S**E Q V I T V R aliud genus trāsgressiōis, nem illusi spēcie  
spe eorum, qui spēcie bona illuduntur. Quorum bona,  
rursus due sunt species. Altera eorum, qui arca reli-  
quias & uenerationē sanctorū exceedūt. Altera eorū,  
qui sapientia & iustitia propria superbiūt cōtra deū.

## D E P R I O R E I N P R I M I S D I C E N .

Duobus modis coluntur à nobis & inuocantur Quo pacto  
sancti. Primo, propter temporalia & corporalia à nobis col-  
duntaxat. Et hi false colunt sanctos, immo magis se-  
ipsos in illis, quia sua querunt, nō ea quæ dei sunt. Ac  
ideo sanctos propè in idola sibi transformant. Hos sa-  
nē B. August. non penitus reiçit, sed ita duntaxat  
comendat, ut eos meliores asserat, quām eos qui per  
pacta

## CONTIONES DE PRIMO

pacta diaboli, temporalia querunt. Melius est enim etiā temporalia à deo petere, quām à diabolo. Sed per hoc non sunt commendati, imo nec Christiani. Modis ea laus est imo magnum uituperium, non esse bonos, nisi pessimis omnīū comparentur. Et tamen deus qui dat etiam pullis corvorum escas, in hoc cultu eos exaudit & largitur petita, ut per scripturam probatur.

Primo, per Naaman Syrum toti Syriae salutem dedit, licet ille esset Idololatrus, tamen magnus apud regem Syriae.

Secundo, Samaritani ubi cœperunt deū colere simul cum dijs suis (quod impossibile est placere deo) liberati sunt à leonibus quibus deuorabantur.

Tertio, Achab & alijs multis regibus Idololatris et malis, dedit multiplices uictorias, et beneficia propter aliqua opera externe hominibus apparentia.

Quarto, B. Aug. li. i. ciui. 8. differit Romanis concessum à deo tam ingens imperium, propter insignes quasdam eorum uirtutes, cum tamen deo placere non potuerint, sed apud homines id tantummodo merebanur.

Quinto, Iudæis solo timore pœne peccatum uitantibus sape peperat, licet essent populus semper errans corde, & dissplicens deo.

Sexto, & nunc quoq; pestes, bella, fames saepius auertit deus propter emendam solo timore inceptam, Coacta pœnæ cum tamen non placeat deo coacta pœnitentia, quæ minus

minus est quād dimidia poenitentia, quod sanè patet, nitentia deo  
quia remissa plaga, mox redeunt ad ingenium & mo displicet, ex-  
res priores, imò peiores. Hi omnes sicut deum colūt audit tamen.  
& bene uiuunt propter temporalia, ita receperūt mer-  
œdem suam. Ita & cum sanctis dei agimus, quos non Necessitatis  
ultra colimus quād pes aut caput dolet, aut marsupiū tempore san-  
cteget. Et quanquam hæc sint nobis iniūlia & stulta cōs colimus  
apud deū, nec deo, nec sanctis placita, tamen prosunt  
ad gloriam dei, qui ex omnibus potest elicere bona. Cu-  
ius deniq; naturæ est etiam stultis, imò inimicis & bla-  
phemis benefacere, pluere super gratos & ingratos,  
ut eo ipso nos doceret, hæc non esse ea, propter quæ sit  
colendus ipse uel sanctus quisquam, cum uiderimus  
ea non rogatum neq; cultum pessimis quibusq; co-  
piose largiri.

QVOMODO ET QVAM OB CAV  
sam nonnullos ueneremur sanctos.

**A**T QVE quo hæc clarius intelligantur, ali-  
quot enumeremus sanctorum, quorū superi-  
stiosus cultus omnibus notus est.

Primus est S. Antonius, qui pro igne sacro à mul-  
tis, alioqui nunquam cognoscendus, colitur, & ita coli-  
tur, ut eo propè uentū sit impietatis, quod ipsum san-  
ctum uirum posse credant suis uiribus seu dono sibi à  
deo collato, istas curationes tribuere. Adeo non à deo  
per intercessionē sancti Antonij, sed uelut ab ipso solo  
Antonio

## CONTIONES DE PRIMO.

Antonio petunt quod uolunt, nihil memores intercessiōnis. Deinde hanc gratiam curationis ita apud hūc solum querunt, ut aut nescire aut non credere uideantur, deum posse idem per quemlibet alium conserre. Interim autem nullus planè auditur, qui id à B. Antonio imploret, ut & ipse mereatur lētitiam spiritus, ceterasq; uirtutes Antonij imitari, de quibus tamē in legenda eius memoria est, nihil prorsus de igne.

S. Sebastianus. Secundus est sanctus Sebastianus, unus omnium, qui propter pestem colitur, nisi quod nuper sodum admisit S. Martinū & S. Rochium non ingratæ prorsus uitæ & authoritatis. Horum trium sanctimoniam & fidem, prorsus nemo est qui curet postulare. Et sanè ut & ego ineptias suffictionis meæ effutiam, uideri potest, nonnullos sanctos mera nominum allusione p̄æ ceteris in hæc officia inuocatos. Siquidē S. Tonij Italica allusione propè sonat, ac si sanctus ignis, id est, sacer ignis diæres, quasi is propter nomen suum, sacro igni sit remediabilis patronus, quo modo et Gentiles Romani Febrem & alias allusiones rerum, dijs tribuerūt. Sic & Sebastianus sanctus Pastian, quasi pro peste, idem ualeat solus, cum nihil in eorū uita de pestilentia legatur. Vnde & in Italia, hi duo p̄æ ceteris non secus honorātur, ac si inter gentes uideres numina læua placari.

Iam sanctus Rochius nomē habet, quod Germanice vindicta sonat, & iram, quasi ipse ideo utilis sit vindictam.

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 80  
uindictam dei auertere, quia Rochius uel uere uocatur uel singitur. Huius tamen legenda, si reapitur talia quædam narrat.

Tertius Valentinus, morbi caduci præfectus, quem S. Valentus cum nihil legimus egisse acm hoc morbo, propè iura nus. rem ex allusione Germanica, eum in huius auxilijs sortem uenisse. Nā cädere, uallen significat, quod ad Valentiniū quām proxime alludit. Nec mirum, cum & sanctum Vincentium superstitione mulierculæ deputauerint rebus perditis inueniendis, eadem du- & allusione. Germanice enim inuenire, uinden di- catur. Atque ideo Vincentium serum peritarum re rum & custodem constituerunt.

Nec est magnum nec mirum, quod deus hæc fieri permittit, & continuis adhuc beneficijs eadem prosequitur, & ecclesia similiter approbat, præsertim de S. Antonio, quia ut dixi, deo parum cura est de his tribuendis, quæ etiam hostibus tribuit, & sinit uel stultos uel infirmos in fide, interim istis gaudere bonis, dum non sunt melioribus digni, uel donec meliorum capaces fuerint.

Quartus est Christophorus, ex legēda nō tam apocrypha quām suspecta, tantum tamen habens honoris, ut nullus Apostolorum sit cum eo conferendus, etiam si in media Biblia eius gesta scribantur, nec tamen ideo honoratur, quod hominibus remissionem peccatorū & fidem gratiam ue dei impetrat, sed sicut extant

## CONTIONES DE PRIMO

Quæ imagi extant uersiculi hoc cultu dignissimi.

ni Christo= Christophore sancte, uirtutes sunt tibi tantæ,  
phori ascri/ Qui te mane uidet, nocturno tempore ridet.

bantur. Nec Satanas cædat, nec mors subitanea lædat.

Primum, uide ut hic impius uirtutes tantas non  
deo, sed imaginis lignæ & pictæ tribuat, non saltem  
fidei tribuit, quæ sola facit, si quid impetrant sancti,  
ut acapiamus.

Secundum, uellem doceri, quæ scripture, quibus  
miraculis probatum sit, id posse imaginē Christopho-  
ri præstare. Ita sub pietatis specie, dum sacerdotium  
Notati epi/ ecclesiæ dormit aut lucris inhiat, ingressum est ingēs  
scopi. pelagus superstitionum, nemine prohibente.

Tertium, Cur potissimum uesperi ridet, qui mane  
spectauerit? Quid si uesperi spectaret? Adeo ne uirtu-  
tem suam matutinæ inspectioni alligauit, ut qui ma-  
ne fuerit oblitus, aut tardius uenerit, quocunq; deinceps  
dies tempore spectauerit, frustra spectauerit?

Quartum, Cur non qui fidem tuam imitatus fue-  
rit, semper ridebit? Qui passus fuerit tecum, tecū gau-  
debit? Sed absit ut imitari uelint, qui illa querunt. Ab-  
sunt etiam ut ulla querant, aut ita querant, qui imitari  
nolunt.

Quintum, Cur non Crux Christi inspecta facit ri-  
dere inspectores, quæ habet autoritatem scripture?   
nisi melior forte imago Christophori quam Christi,  
cū crux Christi, ipsa sit uera sola qdā Christophorus.

Sextum

## PRAECEPTO DOMINICO SI

Sextum, omnium pessimum, quod hac ratione ho- Plus sanctis  
mines plus diligunt, plus colunt, diligentius in spe- quam deo tri-  
stant, plusque in ipso confidunt quam in ipsum Chri- buimus.  
stum, ut ostendit, se non laudare deum in sanctis eius,  
sed seipso, quia non gloriam dei, sed suum commo-  
dum, atque id palam perficataq; fronte plane confite-  
tes se morborum gratia querere. Melius erat sanctos  
imitando, subita morte praeuenium saluari, quam no  
imitando naturaliter morientem damnari.

Videtur & hic sanctus a militibus & nobilibus et  
generosis primo repertus, quippe qbus in bellis mors  
subita, Teu. geende todt, est formidabilis, maxime re-  
pertis Bombardis. At no cogitant quod frequetius ibi  
dem moriuntur stante morte. Teu. des steende todts, & Prosonomas  
non solum des geende todts. sia Germani

Septimum, Quod homines ex hoc securi querunt a.  
esse, et sine timore dei uiuere, cum omnis cultura san-  
ctorum pro timore dei sit instituta, ut homines ad poe-  
nitentiam prouocet, memoriam mortis suggerat, ui- Sanctorum  
tam futuram ostendat. At illi solum ut fugiant hæc et cultus.  
teneant illa. Quare dicendum est Christo, ut uerbum  
suum retractet, quando dixit: Vigilate, quia nescitis  
diem neq; horam. Quia inuenimus Christophorū, qui  
pro nobis stercentibus uigilet, & integrum diem securi  
habeamus, nedū horam nesciamus. Quod si & Chri-  
stophorus aliū inuenisset Christophorū, quo in specie  
et ipse tutus fuisset ne deus eum percuteret, quomodo

## CONTIONES DE PRIMO

ad martyrium peruenisset: siquidem eo usque tandem  
haec iam non infirmitas, sed impietas procedit, ut eti-  
am deus suo imperio priuetur, ut qui inspectores  
Christophorinos, nec aqua, nec igne, nec ulla creatu-  
ra posse eo die occidere.

**S. Laurentius.** Quintus est sanctus Laurentius, quem, ut seruet  
domum ab igne, ieiunio primum honorat, deinde in  
festo eius, nec scintillam ignis rotâ die in domo pati-  
untur, in alijs tamen domibus utuntur igne, quo abos  
coquant. Ac sic nō Laurentium, sed ignem potius ti-  
ment & colunt. At forte tam stulti sunt quod ignem  
**S. Laurentio** inuisum credunt, quia sit in illo adustus  
& tostus, ut ubi ignem uiderit, recordatus iniuria ira-  
scatur in eos qui eum habent. Quod si ita esset, nul-  
lum Christianum liceret aliquo die ignem habere. An  
quia superauit ignem, ideo dominus ignis factus est?  
Quod quidem uerum est, immo & diaboli, peccati,  
mudi, & carnis, et omnium malorum. Cur ergo pro  
solo igne colitur? Aut cur non eundem colis, pro im-  
pietate & furore, ira, superbia, quibus in Decio &  
ministris suis operatis, igne tostus est, quas denique  
superauit, et ad hoc in te superare potest preabus suis?  
Sed haec etiā alibi quā in **S. Laurentio** queri poterat,  
ideo sit ipse tātum ignis obseruator. Cui adiunctus  
**S. Florianus.** est socius **S. Florianus** & ipse ignotæ uitæ & nomi-  
nis, nec apud ipsos ullo modo cognitus, quam quod in  
papyro uident eum pictum, effundere aquam in ar-  
dentes

PRAECEPTO DOMINICO. 82  
denter domum, hoc enim contenti sunt, quia & hoc  
solum in eo querunt.

Reliquos breviter traximus. Sanctus Vitus suā sor S. Vitus.  
tē habet in misera illa saltatione. Sanctus Erasmus  
auarorū patronus, sic tamē ut certo numero orationū S. Erasmus.  
et aereolis colatur, tū sanè inundabit diuitias. Quid  
enī aliud ageret tā ociosus? Sed et S. Luduicus de or/  
dine Minorū, quoniā semel aereisīa curauit in uita,  
iam mortuo & beato, aliud agere non licet penitus.

Sanctus Vuendelinus paster, iam utilior est omni/  
bus canibus aduersus omnes lupos. Et uiuus sua uni/  
us hominis pauit pecora, mortuus omnium cogitur pa/  
scere. Adhuc nō pudet nos Christianos, ita in sāctos  
partiri negotia rerū tēporaliū, ac si eßet nūc facti ser/  
ui, & māopia artificum, ita ut pro pē redierit ea Ler Lerna super/  
na superstitionum, ut rursus Romanorum illud Cha stitionum.  
os deorum, & quoddam Pantheon denuo extruxeri  
mus, atque hoc ipsum non pro alia causa, quām ut  
hic tantummodo bene habeamus.

Iam aliquot etiam fœminas sanctas subiugamus,  
inter quas ut recensior simul & antiquior, ita merito  
prior est S. Anna, cuius legenda, cum sit dubiosissi- S. Anna,  
ma, hoc tamē fuit & est nomine uel gratissima, quod  
noua uenit, quia fasidire cœpimus uetera, et ea que  
certissimam habent authoritatem. Sed multo gratiōr,  
quod non uenit uacua, sed diuitijs plena, nihil prorsus  
promotura, si paupertatem adduceret.

## CONTIONES DE PRIMO

Noua fe-  
sta ueteribus  
præferuntur.

Secundo, quod ipsa penè supra quam B. Virgo ex tollitur. Sic semper noua festa derogant pristinus, & extollimus recentia, magis ducti vulgi concursu, quam fideli deuotione.

Tertio, quod planum & apertum est, eam cœpisse coli propter diuitias ex apocrypha illa & uehementer suspecta legendis, ubi lusor ille de pauperatus, rursum, etiam de cœlo, curatus est, ut diues fieret. Hoc enim solum in tota ista legenda notauit oculus nequam auaritiae. Et ob huius sanctæ matris festum, nunc omnium aliorum sanctorum festa, non nihil obscuritatis accipere necesse est, præseruum apostolorum, forte, quia paupertatem docuerūt. Atq; utinā S. Annam ita pro diuitijs colerent, ut & alia quæ spiritus sunt quæ rerēt, quo modo ecclesia faciat, ut collectæ quas uocat, eius diei ostendunt. Sed pro his credunt se satis multa festa habere, usq; ad fastidiū etiā iam diu frequētata.

S. Barbara.

Secunda est sancta Barbara, ad cuius legendæ similitudinem multiæ aliae fabricatæ, ut Catharinæ, Dorotheæ, Margaretæ. Eam uero qui religiosissime colunt, id querunt, ne sine sacramento moriatur, qd' nō adeo dñabile foret. Alij ne prægnans periclitetur in partu.

Vita Barba-  
ra.

Hec enim & alia legitur eadem S. Martyr in transitu suo oratione, ut si quis eius memoriam ageret, hec obtinaret. Primū, omnium testimonio, legenda illa & apocrypha est, & suspecta, præsertim cū scribatur suis discipula Origenis, & tate uirginis nō meminerit

Eusebius.

Eusebius. Deniq; in legēdam S. Catharine, multa es vita Catharī se uel intermixta, nemo nō sentit, nisi cui nullus est na<sup>r</sup>inā. sus. Id uero ego miror pro mea temeritate, an sanctæ illæ martyres pro Christo morientes, tantam arrogan<sup>t</sup> validissimæ tiā uel habuerint uel simulauerint, ut optarint ab ho argumentū, minibus colli, aut certæ sciuerint futurum, ut coleren<sup>t</sup> adulterinas tur. Sed & illud uide, ipse morientes nō orat pro suis esse quorū cultoribus, ut iusti & filii siant, sed ut dinitias, sanita dā sanctoru<sup>m</sup> tem, securitatē, quæ omnia per mortē ipsæ cōtēnunt, historias, obtineant, fortasse nō eadem bona alijs prouidentes, ad quæ ipse iam pergunt. Inde nimtrum factum est, ut memoria passionis Barbarinæ, & similiū diligētiū peragatur, quām ipsius Christi, quæ uirtus est omnium illarum passionum. Sed sine, ceci<sup>e</sup> esse studio co<sup>n</sup>namur, alioqui palpare possemus & agnoscere, qd<sup>d</sup> hodie in ecclesia hi sancti plus habet honoris, quorū legendæ plus habent fabularū, aut lucri aut cōmodi. Feramus ergo nos quinq; illorū infirmitatē donec erudiātur et formetur in meliore sensu.

Tertio, sancta Julianæ et Othilia ophthalmicæ sūt, S. Julianæ. quia à nullis coluntur, nisi qui oculis laborat, nec plas. S. Otilia. vē propter aliud quā oculos, uolenies ex semel facto miraculo ius naturale, et infallibilē cōsequētiā facere, qd<sup>d</sup> certe nō longe mihi à tētatione dei uidetur abesse.

Sancta Apolonia pro dolore dētium, perpetuo cul tu honoratur, atq; pro alio nullo Annosam eius uirginitatē & ardentissimā fidē, nemo est qui meminerit.

## CONTIONES DE PRIMO.

S. Scholastica    Sancta Scholastica, domina facta est ionitruū. Et planè hanc fidem in mulierculis sāo regnare, quod in quacunq; re audierint aliquē sanctum uersatum, hūc in eadem credunt plurimum ualere, ac uelut dominū constitutum. Et sacerdotes aliquot hanc superstitionē nō reprimunt, maxime si & lucrum odoretur.

Igitur sicut dixi, permitit hæc deus, & largitur ea que petuntur, non quod magna sint, sed qui a bonus & clemens tam infirmos ita souens, quam indignos ita remunerans, quorum ignarus animus nesciat melius verus dei et rā & eterna petere, quæ uerum deum decet & dele= sanctoruū aul̄ etat peti & largiri. Nam qui rite deum & sanctos ad lūt, querētes primo gloriam dei in illis, et imitationē, sicut facit ecclesia in suis collectis, talia non petunt, imo si habēt auferūtur ab eis, ut sola sapiat spiritua= lia. Nec meliori signo cognoscuntur et discernuntur, ueri cultores à falsis, quā si illis auferātur, istis cōferantur copiae temporaliū. Sicut enim deus iustitiae exteriori cō fert exteriora bona, et auferit interiora, ita iustitiae in= teriori cōfert interiora, et auferit exteriora. Quod in o= mnibus sanctis patet, quibus si nō in effectu, tamē in af= fectu absulit temporalia. Ideo licet tales nihil mereātur in cœlo, tamē merētur in terra. Et in hoc bene faciūt, quod nō a diabolo hæc petunt. Sic enī & sacerdotes et religiosos multos, pinguiter et suauiter pascit, q̄ tū mē in tota uite nihil agūt, q̄ qd' horas canonicas et fri= gide et in uite legūt semp̄, et orant nunquā; in quo ut

sibi

P R A E C E P T O D O M I N I C O      8 4  
sibi satis fecisse uidentur deo, ita deus sibi quoq; satis-  
fecisse uidetur, si eos uelut altilia saginet in hac uita.

### O B I E C T I O .

Sed ogganiunt hic aliqui contentiosi, me temerar-  
ium esse, qui pro necessitate corporali sanctos inuoca-  
ri prohibeā, cum ecclesia quoq; oret à periculis men-  
tis & corporis per eorū intercessionem liberari, ut ibi:  
Et ab aduersitate liberemur in corpore, & à prauis  
cognitionibus mundemur in mente, & similia.

Deinde adornant suam piam, ut uocant, intentio-  
nem, quod temporalia nō quærunt, nisi quatenus per  
ea commodius spiritualia quærere possint, & diutius  
ideo uiuere uolunt, & sani, ut poenitere, & boni fie-  
re possint.

Tertio, quod nonnullis sit persuasum, ut Ioan. Ger. Gerson.  
son sentit, sanctis in cœlo, sic esse distributa dona eius  
modi, sicuti in terris habuerunt dona diversa spiritus,  
iuxta illud. 1. Corinth. 12. Alij gratia curationum &c.

### R E S P O N S I O .

Primo illud Christi oppono, Primum querite re-  
gnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicietur  
uobis. Et iterum: Hæc enim omnia gentes inquirunt.  
Si Christus eos appellat gentes qui talia quærunt, spe-  
ro mihi licere eos infirmos Christianos appellare, au-  
certe ignavos & pusilli desiderij homines.

I 4      Secundo,

## CONTIONES DE PRIMO

Secundo, Nec prohibeo sanctos inuocari pro temporalibus, sed quod solū pro temporalibus id faciat, damno, neglectis eorum uirtutibus et exemplis. Ostende tu unum ex omnibus sanctis, qui pro humilitate, uel alia uirtute, tanū habeat concursum cultu & nomine, quantum habet sanctus Valentinus pro morte aduoco.

**Nota bene.** Tertio, fateor, qd' ecclesia in letanijs à fulgure & tempestate, alijsq; corporalibus necessitatibus, se liberari orat. Sed ordine recto id facit, primū misericordia, et remissionē peccatorū. Nā & Paulus iussit orari, ut pacem & tranquillitatē haberemus in uita. Sic tu quoque fac, & uiues, atq; ex me nihil audies contrarium tibi.

Quarto, fateor, infirmis in fide licere, ut sanitatem, & uitam petant, quo deinceps melius uiuant. Sed duo hic dicā. Quis scit, aut de seipso audet affirmare, tam purum se habere cor, ut tam simplici intentione illa petat? Quod maior pars simulet potius emendationem uitæ, exitus probat. Nam ferè & semper efficiuntur

**Salutifera res dei castigationis.** peiores, qui ex plaga, aut castigatione dei liberantur importunitis suis uotis, ut hoc ipso deus stultitiam nostram uideatur testari, scilicet nos non intelligere, quod dum flagellat, sanat, & dum remittit manum ad nostrum uotum, potius magis sinit ægrotare.

**Quando uita** Secundo, si uis uitam emendare, nūquam id me emendanda. Ius fecris, quam si in flagello, id est, uerissima emen datione,

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 85

datiōe, & medicina uite, cōcepto pseueres usq; ad mōrem. Hæc enim emendatio uitæ, tanto est solidior, et cōstantior, quo non ex te, sed ex deo longe uotum tuum p̄euenciente cœpit. Aut quomodo possum nunc recitare omnem gloriā & dignitatem uitæ passiuæ? Stulti sumus omnes qui uitam presumimus emendare in bona ualitudine, quom in aegritudine non intelligamus eam esse emendari cōceptam, et longe esse excellentiorē, quam omnem uitam actiūam. Quare Christianis id potius suadendum esset, ut non modo aegritudines libenter ferrent, sed & ipsam mortē quantoā optarent uenire. Nihil utilius Christiano, quam mori uelo cōfīme, ut S. Cyprianus doct. At nos iuuenalē magis audimus: Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano, non sic B. August. Quando nos sumus sani, tunc maxime concupiscentiæ morbus est insanus, non quod querenda sit mala ualeatudo, sed quod illata per deum, ut optimus nuncius dei sit exāpienda: quia nul. Notandum bonum sine uoluntate dei querendum est.

Quinto, hoc ipsum quoq; deus optime prouidit, ut aliqui sancti habeantur formidabiles, & uelut uincices, propter obstinatos et duras cœrueces. Sicut S. Antonius, & nonnulli alij. At nos, Christianos doemus, quorum est fiducia, ut sanctorum consortio aliquando copulentur.

Sexto, sā nouam illam opinionem eorū, quod sicut in uita sancti diuersis donis spiritus erant dotati,

## CONTIONES DE PRIMO.

Ita & nūc in cœlo eosdem habere, differentes gratias auxiliandi, sed ego non video, quomodo id possint probare, nisi arguendo à simili, quod argumentum in ijs quæ sunt fidei, est nocentissimum. Quid enim aliud facit diabolus, quum in angelum lucis sese transfigurat, quam quod arguit à simili: aut quot errores in ecclesiam inundauerunt sub nomine Christi, & sanctorum eius, sub specie sanctitatis, sub pia, ut dicitur, intentione, & zelo catholice fidei, id est, à simili: immo quot ueritates recesserunt sub pietate aurium nimis tenera sub nomine scandali?

Id ego video, quod ecclesia non dicit: Sancte Pauli cura mea uulnera, sed, Ora pro me. Ideo sciendum est, quod oës sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi à deo dari, quantum credis te accepturum. Quare oia tua cõmendes ei, in quem magis es affectus, primum peccata tua & necessitatem animæ, sicut S. Cealix factus in nuptijs suis. Omnes sanctos per ordinem inuocans, pro sua castitate seruanda apud deum.

Quod sane etiam B. Aug. in quadam epistola sentit, quod uidelicet deus per unum sanctum, immo in uno loco facit, quod in alio non facit, non improbo. Quis consilium dei nouit? si ipse distribuerit, recte distributum est. At nō ideo tibi salutare est in sanctos partiri negotia pro tua sumptio. Vide non dixit, qd' martyres alia & alia dona acceperint in gloria, sed ait: Nō voluit fieri in oibus memorij sanctorum ista que in illo

Quomodo  
se cõitten-  
dum sanctis.

illo fiunt &c. Etsi, ut dixi, deus ita suffert infirmos, qui talia solum querunt in sanctis, donans pro sua uoluntate, quod querunt, nostrum tamen est, Christianos erudire, & ad perfectionem inducere, & ea quae sunt salubria, & meritoria docere, ne aliquando ad id labantur erroris, ut ex sanctis dei sibi idola fingant. Neque enim est meritum sanari corpus, aut pecuniam augeri, sed infirmari ut egere, id demum est pulchritudo meritum prudenter tulleris. Hæc de externo sanctorum cultu dicta sufficient.

## D E I N T E R N A E T V E R A S A N-

ctorum honoratione.

**S**E C V N D O coluntur sancti uere et interne. Verus sanctus. Hic autem cultus consistit in laude cordis primi, eorum cul-  
deinde in uoce et opere foris, id est, quando deus lauda-  
tur in sanctis, & sancti laudatur in deo, sicut scriptus  
est: Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum secundum  
dum multitudinem magnitudinis eius.

Sic Paul. Galat. 1. fecisse scribit primitios Christianos: & in me, inquit, clarificabat deum, sic facit Psalmus. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Vult enim dominus enarrari gloriæ suæ, et annunciar opera manus suarum. Sicut dicit: Ut annuncient in Sion nomine domini, & laudem eius in Hierusalem. Et rursus: Narabo omnia mirabilia tua. Item: Ut enarrem omnes predicationes

CONTIONES DE PRIMO  
prædicationes tuas in portis filiæ Sion. Et multa alia  
in Psalterio, ideo enim operatur tot & tanta in san-  
ctis, ut ipse glorificetur. Rursus dicit: In domino lau-  
dabitur anima mea. Et alibi: Laudamini in nomine  
sancto eius. Et Psal. 16. Lætabimur in salutari tuo,  
& in nomine domini dei nostri magnificabimur. Sic  
enim Apostolus docet: Quod qui gloriatur, in domino  
glorietur. Quare non est dubium, quin sancti nolint  
in seipsis laudari & glorificari, sed in domino, &  
minimum in se. Et iste modus colendi non modo erit  
deo gratus, & ipsis sanctis acceptus, uerum & tibi  
salutaris, et incomparabiliter utilior, quam si propter  
te & tua eos colueris, immo solum ille est salutaris, &  
alius quilibet noxius.

Quo pacto Vnde ut pro rudibus demus modum, ille saliet co-  
sancti in deo lit uere sanctos dei in deo, qui opera & gratiam dei  
colendi. in illis intuitus, & meditatus, mouetur & soluitur in  
dulcem affectum erga deum, quod tanta, & talia lar-  
giri in illis dignatus est, uelut diceret: Benedico te ex  
gratias agno tibi piissime deus, quia æterna misericor-  
dia tua. Sanctum enim hunc præuenisti & de peccati  
perditionis q; massa, tam eximiu glorie uas tibi per-  
fecisti. Sic deū laudasti in sancto suo. Rursum & sanctum ipsum in domino ita laudabis, O' sancte dei. N.  
benedictus tu in filiis hominū, qui dignus deo uisus  
es, tam ineffabilis gratia, et gloria dei donis ornari.  
Quemadmodum S. Elizabeth benedixit beatam uirg-  
inem,

PRAECEPTO DOMINICO. 87

ginem, dicens: Benedicta tu in mulieribus. Beata quæ credidisti, perficiantur in te, quæ dicta sunt tibi à domino. Oportet enim ut diuine gratiæ odorē, effusum in sanctos eius papias, & guttulas bonitatis eius prægustes, ut & tu in amore dei succendaris. Quid enim aliud sunt sancti, nisi uelut guttulae roris, seu guttae noctium in ananis & capite sponsi, sicut dicit: Aperti mihi soror mea spōsa, quia caput meum plenum est rore & cinanni mei guttis noctium. Sic enim Misericordia sanctos appellat rorem, dicens: Erunt reliquie Iacob in medio populorum multorum, tanquam ros à domino. Quia totū quod sunt & faciunt, ros & gratia cœlestis est, spirans suauissimam dei misericordiam super filios hominum. Sic sic oportet omnem gloriam sanctorum referre in deum, qui dedit eis hanc potestem. Vide ecclesiam, quæ de B. Virgine canit: Benedicta filia tu, sed, à domino, quia non à te, sed per te fructum uiue communicuimus. Et in omnium sanctorum festis, Ecclesia orationem dirigit non ad sanctos, sed ad deum cum nominibus sanctorum, eorum merita ex deo uenisse protestans, deinde per eadem, preces suas deo commendans. Isto enim sacrificio laudis primum rite peracto, tunc deum subnectenda est petatio nostra, primū pro simili dei gratia, nouissime pro temporalibus. Si tamen temporalia petere potest qui sicut spiritualia.

Verum ista inuocatio, & cultura sanctorum adeo est Verus fana neglecta

## CONTIONES DE PRIMO

**E**cclorū cul⁹ neglecta, ut non solum non meditentur opera misericordiæ dei in sanctis suis, sed etiam nesciat eorum gesta, imo & nomina, sicut ille, qui sanctam trinitatem nominavit dreyfälken, adeo non quid deus boni in illis fecit, ut glorificetur, sed quid boni nobis faciunt, ut nos lætemur, consideramus. At spiritus sanctus

**F**estidies sanctorū ad festis sanctorum, scilicet eleuare cor nostrum in deum, & diuina opera, & parare fiduciam ex contemplatione gratiarū in illos collatarum, sicut Christus Mat. 5. Sic luccat opera uestra bona. Ad quid? ut crux mea non doleat: non: sed ut glorificant patrem uestrum qui in cœlis est. Hic B. August. ut non desperant, inquit, etiam sibi, si uoluerint, posse præstari. Et sancti quidē hac regula, & eo fine, uixerunt, & bona fecerunt, ut lucerent ad gloriam dei. Et sit diabolo operante, ut eorum uita & opera non eo fine prædicentur aut celebrentur. Ipsi per omnem uitam quæsierunt, quæ dei sunt. Nos vero nō solum in nostra, sed & in sanctorū uita, non nisi quæ nostra sunt, quærimus, nihil solliciti de gloria dei. Et passim prædicatur solum quid & quantū possint in nostris commodis, nō quantum fuerit misericors deus in ipsis. Inde procediur ad

**T**emeritas de sanctorū præstitia cōtendentium, extremam temeritatem & audacem contentionem, uter sanctorum in cœlo sublimior sit eorum deo, quia si ipsi aliqd fecerint ac nō potius deus. Oculos omnino in carnem mersimus & à deo auertimus.

Imo

Imò nostra ètate (quod detestabilius) eò redactus  
 est cultus sanctorum, ut melius fuerit, neq; festa san=  
 ctorum agi, neq; nomina eorum sciri. Quod ut cognos-  
 cas percurre superstitiones stulti uulgi, & uide, pa-  
 trocnia illa diuersa diuersorum artificum. Auras  
 rij fabri sanctum Elogum, sutores Crispum & Cris- Opifidorū,  
 Spinianū, fullones S. Seuerum, pictores S. Luçā, medi disciplina-  
 ci Cosmā & Damianū, iuristæ S. Iuonem, artistæ S. rum, natio-  
 Catharinam, aliquando & Aristotelem habent patro numq; patro-  
 nos. Alij alios. Et Franci suum Kilianum, quælibet nas nō  
 tio suū. Sed quomodo hos honorent, aduerte. Pri-  
 mum nihil eorū opera uel exēpla curāt, deinde quan-  
 do ad summum honoris itur, mane missam celebrant,  
 & eo toto die feriāt, nec alio quoq; indicio nisi ue-  
 ste & oīo, tantū feriā simul intes potius quām agētes.  
 Cæterū lasciujs, cātibus, moribus, corde nunq; tā alieni. Quomodo fe-  
 no à deo, quām eo die, tēpus perdentes, imò sanctos stos dies p̄/  
 illudentes, ac si Bacchanalia uel Saturnalia agerent: gant Christi  
 atq; hæc usq; in alterū dicem potando, ludēdo, & brevi stiani hoc p̄/  
 uiter usq; ad cædes aliquādo insaniendo, perdurant. ditiſſimo ſea-  
 Hæc enī eſt gloria festorū dierū his p̄ditis tēporibus. culo.

Ita ut nec Anubis aut ullū portentū gētiliū deorū sit  
 foedius de honestatū, imò nec porcus tuus ita ſe colli-  
 ſuſtineret. Sed ita præualuit ira dei, et tradidit in ſen-  
 ſum reprobum, ut ſint omnia peruersissima.

Quanto rectius erat, humili & quieto corde, paci-  
 taq; domo parce refici, & pauperibus uocatis ministrare.

## CONTIONES DE PRIMO

strare prandii, imò melius erat laborare & omnia  
opera scrulia perficere, quām ita feriari. Nō enim eo  
tumultu pompæ & luxuriae, sed quietudine ( unde &  
sabbatissare dicitur) & charitate in proximum serui  
tur sanctis. Quod si turpissimum tu ipse iudicares, si  
quis in festo paschæ uel natali Christi talia perpetra  
ret, cur patronum tuum eo honoras, quem tunc maxi  
me proposuisti honorare? An qui totū annū fuit quie-

In quo Chri-  
stiani Turas  
peiores.

tus & securus à tuis irrisio[n]ibus & ignominijis hoc  
die, quo minime oportuit, c[on]isdem uexatur? Cur execra-  
mur Turcas quod imagines Christi & sanctorum fœ-  
de cōspurcare dicuntur? An nondū intelligimus quod  
illorum figura ostendit nobis deus, quām sibi dispiac-  
at, quod nos Christiani sanctos suos in ueritate et fœ-  
dius confipcamus? Quām pulchra religio et pietas,  
sanctos dei nemo fœdus blasphemat, quām ipse cui-  
ius est patronus, nec id alio die magis quām eo, qui  
cultui eiusdem sacratus est. Finge an tu talem sustine-  
re possis ab infimo homine cultum, id est, illusionē.

Hic itaque Pontificibus esset summe uigilandum,  
imò saluberrimum foret, omnes dies festos abrogare,  
Festī dies op paucissimis seruatis, in quibus mane uerbum dei au-  
probrium ec diretur & missa. Nihil enim sunt sabbata nostra, nisi  
clesie.

opprobrium ecclesiæ, & nō eusebia, sed asebia in de-  
um, ut satis nimis ualde doct experientia. Potest &  
nobis deus multo amplius quām Iudeis dicere: Odi et  
proicci solennitates uestras, et illud Isa. i. Sabbata ue-  
stra

stra & Neomenias uestras odiuit anima mea.

**S**uper est adhuc geminus abusus in cultu sancto  
uanā . Primus est in superbia et abusione p gloriā  
dum quisq; eum qui uel sui studij uel ordinis fuit, niti  
tur ita celebrem facere, ut eum ceteris omnibus p rē  
rat, non tam quod uelint sanctos dei honorificari quā  
seipso, qui tales habeant patronos . Horum uanitas  
& si late patet, & plurimos occupet, non tamen aus  
deo latius prosequi , tū qđ pulcherrima specie ador  
nati, facile me temerarium iudicem proclamare aude  
rent, seq; purissime excusare, tum quod ipsos proces  
res & optimates ecclesie quoque ea res tangit, qui  
sunt multo impassibiores, quam cōlum ipsum . Nā  
coepit & hinc fermē turba fraternitatū quādam  
oriri, & nescio an tot fraternitatibus tandem effici  
ant, ut nec fratres nec sorores retineant. Sed sit hic  
aliorum iudicium. Species est bona, non licet acrius ta  
xare, donec clarius seipsum prodat negocium.

Huc dicerem pertinere eos, qui festum Conceptio  
nis beatæ Virginis uolunt esse primum & summum  
omnium, & qui nouorum festorum dignitate, priuile  
gijs, indulgentijs, replent totos sermones. Nec frustra  
nos quoque uixisse uidebit posteritas, quia nouis fe  
stis fecimus uetera uere ueterasse, si nihil aliud feci  
mus, hoc unum satis est dignum æterna memoria.

Spero futurum quod adhuc festum Abrahæ etiam  
m celebrabitur,

## CONTIONES DE PRIMO

celebrabitur, quia in fide eius fuit origo salutis et promissus Christus. Si enī Abraham non promisisset deus, non fuisset Christus natus. Et forte diem Adæ & Hæc quoque celebrandum, est prædestinatum. Itaque uenerunt dies in quibus omnia libetissime docemus & audimus, præter ea, quæ sunt antiquæ & solidæ ueritatis, ut Apostolus ait: A ueritate quidem auditū auercent, ad fabulas autem conuertentur, coaceruant sibi Magistros pruriētes auribus. Non quod damnem affectum pium ad noua festa, sed quod uidea non paucā agi & extolli, ad inuidiam usq; aliorum. Non clementia sancti nostra superbia & discordia, immo non ipsi, sed nos idola ex nobis faamus, & sub nomine sanctorum nos ipsos colimus.

**Nota.**

### 2. Abusus Auaritiae.

Alter abusus est auaritiae. Eriguntur passim erectæq; sunt ecclesiæ super imaginibus non cōsecratis, præsertim ubi concurrit seductilis turba vulgi, nec ipse ecclesiæ cōsecrantur, in quibus præter specie et nomen pietatis, nihil nisi questus queritur. Si enim sub nomine Christi diabolus mittit Pseudochristos, quanto magis sub nomine & imagine Mariæ aut alterius sancti, potest operari errorē & illusionem? Atq; eo liberius, quo neglectius nos Pauli consilium habemus, Omnia probate, quod bonum est tenete. Et illud Ioan. Probate spiritus utrum ex deo sint, nos uero spe ac bona contenti, statim sine probatione accurrimus.

A diabolo si Fasit hos discursus diabolus.

unt huiusmodi discursus. Primo, ut populum à locis sacratis trahat, & affec-

ctum

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 90

Etum eius alienet à sacris, prophaniq; distrahat, dū  
nous semper & alienis accedit curiosumq; facit.  
Hoc enī meruerūt, qui fastidūt ecclesiā suā domesticā.

Secundo, ut per hoc accipiāt occasionem uelut iu-  
stam, negligendi uerbi dei & parochialium officiorū.  
Omitto quod per vias perdunt tempus, & substan-  
tiam profundunt, peccatis multis se se onerāt, dum ua-  
na fabulantur, uel audiunt uel uident, & domum, re,  
familiam, negligunt, hoc est, frustra laborant & mul-  
ta mala committunt.

Quod autem tales concursus sint ex diabolo, præ-  
ter ea que dicta sunt, ipse etiam præceps concursus  
uulgi declarat. Ferunt enim uxores & famulos in-  
ter laborandum aut operandum raptos fuisse, ac ue-  
lut relinquere opus coactos, quod à spiritu sancto fit  
nequaquam, sed est euidentissima dæmonis illusio. Spi-  
ritus sanctus non est spiritus temeritatis & præcipi-  
tationis, sed spiritus cōsiliij, nec reuocat præceptū suū,  
quo præcepit mulieri esse sub potestate uiri, sine cuius  
cōsensu etiā uota sua nulla sunt. Et seruis, ut domi-  
nis suis fideliter seruiant, nihil fraudantes, quomodo  
ergo nunc eosdem raperet ad inobedientiā tā rigide  
prohibitā? Unde audiui, ubi tales ecclesiæ fuerunt con-  
secratae, & legitimo dei cultu ordinatae, cessasse  
talem concursum. Sed & nunc dicuntur aliquæ ideo  
nō consecrari, ne desinat concursus, & arescat lucru.  
O Christianos, q; ea impictate lucru querūt. Hoc ne  
ex deo est, quod crucem & benedictionem sustinere

CONTIONES DE PRIMO  
non potest? Quis unquā crederet poſſe Christianos,  
uel ab astutissimo dæmone in hunc erroris barathrū  
præcipitari?

**Historia.** Sed & ego noui hominem qui simile excelsum illu-  
ſionis cœpit prostituere, sub nomine uirginis Marie,  
quæ ſibi in ſomnis apparuerat ( adeo ſancta &  
di-  
gna ſibi ſuperbia uidetur ) ſed à maioribus eccleſie  
prohibitus, ſtatiu- ibi quieuit diabolus, & migravit  
aliò, & ibidem præualuit erigere lupanar ſuum. Ve-  
re hæc ſunt ſigna & idola proſtitutionis, quæ domi-  
nus per Prophetam arguit, in quibus fornicantur a-  
nimæ fideles à ſuo Christo, qui, prohibuit ne crede-  
remus hijs, qui cum obſeruatione locorū nobis p̄a-  
dicant: Ecce hic eſt, aut illic eſt Christus, Nolite in-  
quit credere, ece p̄adixi uobis. Quare tibi ſit merito  
ſuſpectum tāquā negocium perambulās in tenebris,  
quātumlibet ſpeciosum fuerit quod in locis illis pro-  
phanis agitur. Non enim fruſtra eccleſia iuſtituit  
eccleſias & loca earum ſanctificari per uerbū & ora-

**Quomodo** reſtinguen- tionem. Quod ſi cuius uxor uel ſeruus uociferetur,  
dus appeti- ſeſe arripi tali peregrinandi ſpiritu, audi consilium.  
tus peregr/ arripe & tu quernam aliquam crucem, & ſanctifica  
nandi. dorsum eius aliquot iſtibus fortiter, & uidebis quod  
hoc digito dei ejactetur dæmonium illud. Mulieres enī  
ut ſunt ſeductiles, ſolet familiarius iſtis nugis illudere.

**Dedicatio-** Tertio. Vbi non habet potestateſ (ſicut uere non  
nes frequen/ ubiq; habet) in locis pphanis, facit hoc in locis ſacris.  
tare, inſtin/ Hoc autem facit quando relictā matrice eccleſia, pere  
etus diaboli, grinarī

PRAECEPTO DOMINICO 91  
grinari sollicitat ad dedicationes & patrocinia aliarū  
ecclesiarum, uel in deserto uel pagis positarū, ubi ta-  
men uidcas tot tabernas & ganeas, ut Babylonē cre-  
dere possis (sic enim hodie agunt dedicationum &  
patronorū festa) uesperi uero domū redeunt pleni in-  
dulgentij, id est, circuisia, luxuria, & alijs portentis  
peccatorum, quibus ibidē scruerūt. Si tamen redeunt:  
nam sermē est uelut regulare, aliquos occidi, aut sal-  
tem grauiter vulnerari in dedicationibus, adeo ut in  
proverbium transferit. Indulgentias dedicationis di-  
stribui sero, cū sese trucidauerint, aut saltem læserint. Proverbium  
Germanicū.  
Has diabolus miserrimas nobis assidue auget igno-  
minias, & adhuc melius ducimus esse tales dedicatio-  
nes non tolli, quam illas fieri det dominus Episcopis  
nostris aliquādo gratiā, ut has indulgentias una cum  
dedicationibus reuocent, & non sinant diabolū etiā  
de cōde nostra nobis illudere, cui nimis fuerat permis-  
sum, qđ erroribus nos illuderet.

At hic mihi obiectūtur, receptae ille peregrinationes Obiectio.  
ad S. Petru in urbe, ad S. Iacobū, ad Hierusalē, ad Tre-  
uerim, deniq; in diuersa loca ad honorandas reliquias  
sanctorū & indulgentias obtainendas.

Respondeo, Non peccaret, qui omnes eas omitte-  
ret & domi maneret, non præcepta sunt sed uolu-  
ta, i.e. assumpta. Tamen ego non resistam tanto iam Sententia au-  
usni & consuetudini præualidae, eant sanè qui uolūt, thoris de pe-  
dum modo id discant, sese interim eisdem sumptibus regninationi  
posse incomparabiliter melius deo scruire, & sa'utē bus.

## CONTIONES DE PRIMO

suam operari si domi seruant pauperibus, immo sibi  
commissis, ut uxori, filiis, familie, dominis, deinde si  
flagella dei patienter tulerint, & quascunq; aduersi-  
tates. Quasi uero non satis nobis pugnae relictum sit  
domi cum diabolo, nisi & foras cu Dina egressi plus  
oarisionum corruptionis queramus. Quanti enim re-  
sistunt cauillationibus & curis, quibus in domestica  
ecclesia impungnat corda nostra? deinde crapulis lu-  
sibus, et ociosis per omnes dies nos uexat, oia tentans, ne  
purus sit apud nos dei cultus, & integra salus nostra.

**Missas aureas** erexit au-

Id quoq; nuper inuentū est à nostra philargyria,  
quod sepiē aureæ missæ (scilicet ab auro nummo sic  
dictæ quo persoluuntur) certis cereolis, æritisq; alijs  
ritibus celebrantur, nescio pro quo certissimo euētu,  
ita iniquissimus hostis, nec hoc saltem sacrificiū no-  
bis reliquit syncerum.

**Saccus auaritiae** sacerdo-  
ta lis, pertusus.

Quid si saccus ille auaritiae pertusus & insatiabilis  
huc pertineat? ubi ad structuras ecclesiæ offertur,  
mendicatur, corraditur thesaurus sine fine, & reli-  
quijs & indulgentijs in hanc rem uaferrime utuntur,  
ut ubi cōgesta fuerit pecunia, nec structuræ, nec pauperibus,  
sed pro bello, aut litibus uel præsentibus ex-  
pendantur uel futuris reseruentur?

**Clavis Christi** ad questū steriū, tamen sub sanctissima pietatis specie, ut aureos  
abutuntur.

Sic enim & clavos Christi fecerunt auaritiae mini-  
stri ad questū steriū, tamen sub sanctissima pietatis specie, ut aureos  
et argenteos nūmos perforēt. Cur si sola deuotio qua-  
ritur, nō potius papyrus aut tabulā perforant? Sed  
quid ego lernā auaritiae in ecclesia describere tēto, de-

qua

PRAECEPTO DOMINICO. 92

qua propheta ipse desperans, omniaq; in unum concludens dixit: Omnes sequuntur avaritiam à maximo usque ad minimum. Sit tādem summa summarum, Omnes hiī sanctorū cultores cōtra hoc p̄imum pecant praeceptum, quia non quæ dei, sed quæ sua sunt, in ipso etiam deo & sanctis eius querunt, suntq; sibi ipsis huius operis sui ultimus (ut dicitur) finis, & idolum, utentes deo, frumenta scip̄sis, de quibus potest illud dici Psalmo. 77. Cum occideret eos, quererent cum & reuerterebātur, & diluculo uenirebāt ad eum, & rememorati sunt, quia deus adiutor est eorum, & deus excelsus redemptor eorum est, sed quo corde id fecerint, sequitur: & dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum nō erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Et illud Christi Ioann. 6. Amendico uobis, queritis me, non quia signa uidistis, sed quia mandauistis & saturati estis. Eadem causa & illum repulit, qui dixit: Magister, sequar te, quounque ieris. Ipse uero: Vulpes, inquit, soucas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suū reclinet, scilicet ostendēs, quod nō propter Iesum tantū, sed propter suā cupiditatēm hæc dixisset ille.

Stat ergo sententia fixa: Qui uult uenire post me, Quid Christus abneget, non pecuniam, non uestem, non deniq; sanitatem, sed seipsum, & tollat crucem suam & sequatur fieri uelit. Item: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Item: Qui non

CONTIONES DE PRIMO  
odit patrem & matrem, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Porro cum illi etiam corpus suum querant, & quo corporis sunt, certum est, quod non sunt digni Christo, sunt tamen digni aliquibus donis meritoriorum, sicut filii Abrahæ ex Cetura, sed non hereditate cum Isaac. Si autem non sunt digni Christo, clarū est, quod non faciunt uoluntatem eius, ergo nec seruant mandatum eius.

Non hæc dico, quod uelim omnes esse damnatos, qui tales sunt, sed ut discant solū suā miseriā, & non se ideo Christianos esse confidant, quia sic honorant, & colunt deum, & sanctos, imo imperfectum suum uidentes intelligent quid ille gemitus significat, quem nos Christus docuit confiteri, deinde iussit orare nos: Dimitte nobis debita nostra. Et: Fiat uoluntas tua, &c: quia scilicet tales non sumus, cum tamen esse debeamus.

**Bona tempo** Ideo si consilium dei liceat capere, non ista bona ralia quo cōsi dat ut ipsi uelit satiare, sed magis irritare paruis his lio det deus. ad maiora petenda, uel ipsos imperfectos, uel saltē filios suos, quibus talia non tribuit. Et hæc sat sint de hac materia.

**V E R V M** ne Pighardi heretici infelices, suas partes à me adiutas confidant, qui præ nimia ruditate nobis Teutonicis (superbissimo fastidio indignati) imponūt, quod sanctos dei colamus, et id la faciamus, & ideo contra nos acerū uersuum scripturæ

**Retus a Bohe**  
morū in nos  
ignominia.

PRAECEPTO DOMINICO. 93  
pture cōgregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis  
nisi unum deum, & ut nobis apud suos iustissimā in-  
uidiam conflare uideantur, insidiosissime omittunt,  
quod scribitur rex David & Salomon & multi aliij  
adorati, simul impij peruersores scripture, & subdo-  
li calumniatores nostrae pietatis. Ita enim rustici illi  
nos tandem docent, quod solus deus sit adorandus, et  
gloriantur, ac si nos idipsum negauerimus unquam,  
cum tamen negare non possint, frequenter aulicos re-  
gios honorari, ac uelut adorari, ut facilius ad regem  
perueniatur. Propter horum itaq; rudissimam &  
insulsissimam rusticitatem. Dico ego, ad sanctorum  
suffragia recurrentem omni modo, sicut in Iob dici-  
tur, & ad sanctorum aliquem conuertere. Et sicut Sa-  
lomon suum patrem allegat: Memeto domine Dauid,  
& omnis mansuetudinis eius. Sed & Iacob patri ar-  
cha dixit de Ephraim & Manaße: Inuocetur nomen  
meum super pueros istos, et nomina patrum meorum  
Abraham, & Isaac. Sed de ijs suo tempore, si deus uo-  
let. Hic fiducia quoq; indulgentiarū tanxanda fuiſ-  
set, nisi iam plus satis illa, multis modis à me taxat  
ta eſſet.

DE SECUNDA PARTE EO-  
rum qui specie bona falluntur.

NUNC de altera specie trāgressionis dicen-  
dū, scilicet corū, qui pro uero deo, idolū sapi-  
entiae & iustitiae suæ colūt. Hi sunt filij superbiæ quo-

CONTIONES DE PRIMO  
rum rex, Behemoth ille diabolus uocatur à deo. Iob  
41. Horum est libero arbitrio confidere, non esse ma-  
le habentes, non egere medico. His solis Christus gra-  
tis est mortuus, quia sine ipso possunt bene uiuere. Sic  
olim Pelagiani præcipue, deinde hæretici omnes per-  
diti sunt. Porro hodie quoq; sunt, qui Pelagiani qui-  
**Quid Pelagiani obser-**  
dem non sunt, sapiunt tamen idem uel peius, quam  
Pelagiani. Nam Pelagiani deo saltē id tribuerunt,  
quod per doctrinam legis, erudiret liberum arbitriū.  
Hi uero habent dictamen recte rationis quæ depreca-  
tur ad optima, ut legis eruditioē, non pro necessitate,  
sed pro cōmoditate tantū utantur, dissentunt tamen  
à Pelagianis quod sine Christo, non posse bene uiui  
meritorie concedunt: & ita Christus non est mortuus  
propter peccatū, sed propter nō meritū. Nō fuisset ne-  
cessē eum mori, ut inferni pœnas solueret, sed tantum  
ut mereri cœlū contigeret. Nam singe parvulum ado-  
lescere sine peccato mortali actuali (id enim & si dif-  
ficile, tamen asserūt possibile) huic nō est necessarius  
Christus redemptor de potestate diaboli, sed adiutor  
duntaxit ad cœlum, quia si is moreretur, nec ad infer-  
num, nec cœlum ueniret. Qua theologia mihi uiden-  
tur assere, neminem nasci filium iræ & filium dia-  
boli, nisi filium iræ diaboliq; dixeris, id esse, quod nō  
meritorū. Et dum sacerdos exsufflat satanam in par-  
vulis baptizādis, ut locum det spiritui sancto, intelligi-  
tur, solū facere ex uase non meritorio, meritorium: sic  
enī uasa iræ Apostolus cogitur nūcdemū intellexisse.

Et baptismi

## PRAECEPTO DOMINICO 94

Et baptismi sacramentū confert gratiā non in remissione peccati, sed initiu meriti duntaxat. & illud symboli: Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, noua glossa oportet intelligi, non de peccatis damnationis, sed de peccatis non meritorij. Ac sic peccatum originale nullum damnum intulit mundo, nisi quod priuuit merito et uisione dei. Et ea priuatio uisionis, id est, omnium bonorum, non est malum, nisi uoce tantum, scilicet priuatue. Sic enim Theologizamus hodie. Et Christus pro nobis factus maledictum & peccatum, ut de maledicto & peccato nos liberaret, non aliter intelligitur, quam quod est factus non meritorum, ut de non meritorio nos liberaret: denique uocabulum illud, peccatum, per totam scripturā, nouam accipiet significationem, id est, scriptura inducit confusionem. Sed mittamus has tenebras, aliisque temporis reseruemus, quia & alias sepiissime de his diximus & egimus.

Igitur, sicut supra diximus: Cum simus iuxta B. Aug. una massa perditiois, nemo iustificatur, nisi per puram sine meritis gratiam Christi. Ideoque necesse est, ut superbiat, sibi quis aliquid esse videatur, qui nondum de se, sua ratione, pia intentione, suis operibus internis & externis desperauit, & ad thronum gratiae tremit & miser accessit. Nam omnes illae uirtutes mora virtutes molles, & scientiae speculatiuae duplo malo coſciunt hominates et saenem. Primo, quod non sunt uerae uirtutes et scientiae, tiae speculatiuae peccata et errores, quia sunt necessario ex corde male peccata pli, & nondum sanato per gratiam, quod non potest nisi bantur seipsum

CONTIONES DE PRIMO  
scipsum querere in omnibus, & sic faciūt hominem  
vacuum inanem.

Altero, quod fallūt & inflant, ut homo sibi nō mā  
lus nec stultus videatur. Quibus sit, ut sit securus.  
& nihil, vel minus sollicitus de gratia querēda, dum  
scit se nihil mali facere, licet fateatur se nihil merit  
in tot bonis facere.

Inde procedit malum latius, ut omnes despat, iu-  
dicet, damnet, mordeat, zelet, arguat, detrahatur, qui  
sibi dissimiles fuerint, quia cum p̄narisēo nō est sicut  
ceteri hominum, nec unus ex ipsis. Hi sunt quidam  
cum suam super harenam edificant, horrendo pe-  
rialo & eterna ruina casuram.

**Iusti non te** / Veri autem servi iustitiae sciunt & confitentur se  
mere iudicat toto esse peccatum, totumq; suum bonum, non intra se,  
**proximum**. sed extra se, in deo & misericordia eius sitū esse uol-  
lunt, quia iustus ex fide uiuet. Non autem iustificatur  
in conspectu dei omnis uiuens: unde suis malis pres-  
si, neminem iudicant, nisi seipso: nulli detrahūt, ne  
minem contemnunt, nisi seipso, & implent hāc dif-  
initionem iustitiae. Iustitia est accusatio sui in prin-  
cipio, & iustus primum est accusator sui. Hi habent  
uere unum deum, ex quo, per quem, & in quem iustifi-  
cātur, & sunt sine peccato per misericordiā dei igno-  
scēt, non per suam iustitiam operantem. Sic glori-  
fiatur deus, & colitur uere, dum cius operibus tribui-  
tur quicquid sumus, imò dum opera nostra nō sint no-  
stra, sed dei, sicut Christus ait: Doctrina mea non est

mea,

PRAECEPTO DOMINICO. 95

mea, ita nihil nobis relictum est, nisi peccatum, stultitia, malitia, perditio, & confusio: ac per hoc non possumus nobis in ullo placere, aut idolum facere, redacti in nihilum, ex quo & uenimus, remanente solo deo, omnia in omnibus.

Sed quando hec dicimus, obijciunt, ergo non sunt Obiectio, facienda bona? Sicut Apostolo quoq; hæc ipsa docent, obijciebantur, faciamus mala, ut ueniāt bona, quorum damnatio iusta est.

Ideo illis respondendum, Primum, quod nō prohi bentur, sed quam maxime docentur bona fieri: controversia duntaxat in vocabulo, bona, cōsisit. Nam sine fide impossibile est placere deo, & omne quod nō est ex fide, peccatum est. Illa sanè bona, quæ illi uocant, naturaliter & moraliter facta, ideo sunt mala coram deo, quia non sunt ex deo, nec propter deum, id est, Quare natu non cognoscuntur nec referuntur in deum, sed homo raliter et mo sibi eatribuit, & in eis tanquam suis, placet, cum non raliter facta sint sua. Illud enim additamentum Leviathan, facit, non sint deo ut omnia sint apud deum mala, quantumlibet spacio accepta. sa sint corā hominibus, unde Paulus libera uoce tam super gentes quam Iudeos clamat: Non est iustus, nō est qui faciat bonum, omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Ut autem homo agnoscat opera sua esse dei solius, gratia eum illuminat, natura non docet. Inde fit ut talis homo sit patiens & mitis, siue uisuperentur siue laudentur eius uerba & opera, sc̄ens, quia nihil amittit, cum non sint sua. At natura furit,

ubi

## CONTIONES DE PRIMO

ubi uituperatur, & insanit, ubi laudatur. Ratio omniū est, quod fides & spes non habet aliud fundatum, nisi solum deum Iesum Christum, petram ipsam, & nullam proorsus creaturam. Ratio autem & natura habet fundamentum harenam, opera sua bona & sapientiam suam. Inde fit, ut homo ruenibus suis operibus bonis, si per diffamiam, irascatur, si per con-  
Merita ex scientiae & iudicij diuini reuelationem, desperet in spe ueniunt, aeternū. Iustus autem etiā si cadit resurgit, & contra con-  
non contra. scientiam, in dei misericordia nititur, sicut scriptum est: Quoniam rex sperat in domino, & in misericor-  
dia altissimi non commouebitur.

Quocirca diffinitio spei apud Magistrum Senten-  
tiarum, uel est falsa, uel est obscure, & non intelligibi-  
liter posita, quia spes nō prouenit ex meritis, sed con-  
tra, merita proueniūt ex spe, quia sicut fides, ita spes,  
ita charitas, necesse est, ut sint ante omne opus meriti  
priorēs. Prōuenit enī spes nō nisi ex misere-  
rente & in-  
fundente deo. Nec habet obiectum uel materiā seu fun-  
damentum aliud, quam ipsam nudam dei misericor-  
diā, nequaquam opera nostra, quae sunt potius obie-  
ctum, & ex quibus prouenit desperatio. Christus no-  
bis uixit, & meritum nostrum est, si credimus in eū.  
Credentes autem in eo, iam non sibi uiuunt, nec sua  
merita cumulant, sed Christo seruiunt, & uicissim  
Christo merentur. Sic enim Apostolus docet Ro. 14. Si  
ue uiuimus, domino uiuimus, siue morimur, domino  
morimur, ipse spes nostra, et nos, ut ita dixerim, spes  
suis

## PRAECEPTO DOMINICO 96

seu expectatio eius, sicut filius est spes patris, et pater  
spes filij, cui omnia prouidit et thesaurizavit.

Quomodo autem de superbia rerum spiritualium Cōfidere in  
dixi, ita et de corporalium rerum superbia intelliga corporalibus  
tur, ut sunt diuitiae, forma, gloria, potentia, fauor, gei impietas est.  
nus, uoluptas et similia. In ijs enim qui cōfudit, et su  
perbit, aliosque fastidit sui dissimiles, manifestum est,  
quod hæc sua facit, deoque rapit, et sibi in idola trans  
mutat. Que si solius dei esse cognosceret, non distin- Superbia re  
gueret inter se, et quemlibet perditissimum hominem, medium effi  
nihilque plus se se habere fateretur, nisi quod solus Ie  
sus Christus eius fiducia est. Sic fieret, si hoc prece  
ptum seruaretur, ut nulla superbia, id est, nulla radix,  
nullum initium peccati, ac per hoc nulla peccata essent.  
Sed pax, amor, mititas, largitas, patientia, et omnium  
uirtutum plenitudo, quod non in hac uita sperandum est,  
ideo semper manemus peccatores, et huius precepti  
transgressores, solo hoc sacrificio salvi, quod hæc trans  
gressionem non ignoramus, neque negamus, neque cum  
impiis uerbis malitia in peccatis nos excusamus, sed  
confitemur, et gemimus auxilium gratiae, et regni  
futuri accelerationem. Quia humilitate meremur no  
bis ignosci, in ijs que minus facimus, sicut B. August.  
ait: Omnia mandata impleniur, quando quicquid non  
fit ignoscatur. Ignoscatur autem cōsentibus, quia hu  
milibus deus dat gratiam.

Vnde caueda est illa perniciosa et adulatrix' glos  
sa, immo totius humilitatis expultrix, et uastatrix, qua  
dicuntur

## CONTIONES DE PRIMO

Pestilens dicitur. Deus non requirit hoc preceptum impleri in  
glossa. hac uita, facit enim haec glossa securitatem nocentis  
simam, dissoluit manus, & remittit genua strenuorū  
bellatorum. Et est unum de puluillis, & cerialibus,  
que in Ezechiele damnat dominus. Nisi sane intelligi  
gatur, scilicet quod nō requirit quidem ab ijs qui ipsi  
a seipsis requirunt eiusmodi plenitudinem, & dolēt,  
atque confitentur sese non implere, & ideo festinat  
egredi, & cupiunt dissolui, ne sint diutius cum pecca  
to, & inobedientia huius precepti, sed cum Christo &  
iustitia, et plena obedientia precepti. Iis, inquam, nō  
imputat, nec requirit. Verum qui ipsi non requirūt,  
& exigunt a seipsis, sed consuunt sibi puluillos sub  
manibus, & sine timore incedunt, certi, quod non re  
quirantur, ab ijs certe exiget usq; ad nouissimum qua  
drantem. De ijs dicit Psal. 9. Propter quid irritauit  
impius deum? dixit enim in corde suo, non requiret.  
Qui enim non agnoscit se præceptū non debere, quo  
modo se agnoscet esse peccatorem? qui autē nō agno  
scit se peccatorem, quomodo timebit deū et iudicium  
eius? qui autem non timet, quomodo humiliabitur,  
qui non humiliatur, quomodo gratiam conse  
quetur qui gratiam non consequetur,  
quomodo iustificabitur? q nō  
iustificatur, quomodo  
saluus erit?

Præceptum.

## PRAECEPTVM SECUNDVM.

Non assumes nomen domini dei tui in uanum.



Oc præceptum, sicut & omnia alia, fluit ex primo, seruato enim primo, & hoc facile seruat, imò seruatū est. Quia ideo ponitur, ut cæstati nostræ manis festetur in sapientia nostra, cum non eſet necessarium, si Adam stetisset, omnia enim illa sciuissemus. At nunc nec ipsa scimus, quæ necessaria sunt foris fieri, nedum intus. Igitur in primo præcepto, cor & interior homo erga deum institutus est, in hoc os instituitur. Tribus enim rebus peccamus, corde, ore, opere, contra deum: ideo super singulo, singulum est præceptum, et sunt omnia tria negatiua, sive prohibitiua. Nec est in toto decalogo, nisi unum præceptum affirmatiuum, scilicet. Hono unum tatum rapatrem & matrem etc. Nam tertium, quod est: Sab præceptum batum sanctifaces, ipſe dominus exponit negatiue, dicens: Non facies omne opus in eo: quod & nomen indicat, sabbatum, id est, requies, id est, uacatio ab operibus. Nullum enim opus in illo præcipitur, unde & solum lectioni legis intendebant illo die. Igitur malū in omnibus prohibet. Ideo et nullum aliud habet promissionem, nisi unum, scilicet affirmatiuum de honore parentū. Cætera uero, quia malum prohibent, pœnam minantur.

n Ideo,

## CONTIONES DE SECUNDO

Ideo, si autem qui corde non peccat, nec ore, nec opere peccat. Ita qui corde peccat, nec ore, nec opere iuste facere potest. Qui primum præceptum non seruat, nec secundū, nec tertium seruat. Qui uero primū seruat, & secundum & tertium seruat. Non enim est metuendū, quod qui in deū suā fiducia posuit, deū super oīa diligit, sperat, querit sicut, nomē eius in uanū et irreuerēter nominet. Sicut nō est timēdū, quod subditus principē diligens, nō etiā nomen eius uelit ubiq; clārū facere & habere. Vnde & pro maiori parte, in primo mandato dicti sunt, qui contra illud peccāt, saliat duplias generis homines rudissimi et stultissimi, per omnia similiter hic dicenda sunt. Hoc enim præcepto nō prohibetur maledictio, nisi quando fit p nomē dei, sed nec blasphemia in hominē, nisi fiat per nomē dei, sed infra. Non occides.

**Tetragrāma** scđ. **I**D autem in primis notandum, quod hoc præceptum subindicit affirmatiue, nomē dei esse assumendū in os uere, uel in necessitate salutis, & quod solū ibi phibetur, ne in uanū assumatur. Vnde in scripturis frequenter præcipitur nomē domini inuocari, laudari, cōfiteri, benedici. Sic Ro. 9. Omnis quicūq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Vdeamus itaque primum rudiiores, inter quos primo occurruit superstitioni, sortilegi, & quidā ex Iudaīas fabulis superstitione quædā de nomine tetragramaton fingentes. Quod ij nomen domini inuanū assumat, patet, qd nec ad salutē animæ nec ad gloriam dei assumunt nomen dei. Sed ad curi

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 98

ad curiositatem suam, ad pactum dæmonum, in signis, uerbis, gesibüs, ut supra dictum est. Non enim id cu-  
rant an salutem animæ inde consequantur, multo mi-  
nus an deus in hoc glorificatur, sed tantum ut sue satis  
fådant concupis cetiæ. Igitur sicut illi deum abiecerunt  
de corde suo, et uanum fecerunt in semetipsis, contra  
primum, ita et nunc nomē eius polluunt in ore suo,  
¶ frustra assumunt.

Frustra autem et uanum dicitur, quod sine necessi-  
tate eō causa fit. Est autem necessitas uel utilitas nomi Ad quid assu-  
misi dei assumendi duplex, scilicet salus nostra, ¶ glo- mendum no-  
ria dei, immo sola gloria dei, quia nec salutem no- men dei.  
stram debemus per nomen eius querere, nisi ad glo-  
riam ipsius. Assumere autem intelligitur, ut cum ali-  
quis sumit uel intendit facere, uel dicere, ¶ ad hoc ad-  
hibet nomen dei. Sicut in corde assumit per fidem gra-  
tiam dei ad salutem suam. Ita in ore assumit, per reue-  
rentiam nomen dei, ad salutem suam ¶ aliorum. De-  
istis ergo satis persuasum est ut absineat, in præcepto  
primo. Nec per hoc se se excusent, quia sancta uerba,  
¶ orationes adhibent, cū per hoc magis turpiter pec-  
tent, ut in simili. Nónne furiosum putas eum qui sa-  
cris uestibus, officijs diuinis aptatis, ad choreas, spe-  
ctacula, uel bella procedat, ¶ iocum huiusmodi ex eo  
serio faceret. Si ergo hunc grauiſſime reprehēderes,  
cur nō multo magis reprehēdis te uel illum, qui sacerdo-  
plus quā omnes uestes, imo quo sanctificatur et uestes,  
¶ oia, non ad choreas sed ad stupra, ad dæmoniac-

**C**ONTIONES DE SECUNDO  
opera abutaris, uel saltem ad corporis salutem, con-  
tempta anima? Talis est ergo illorū excusatio, qualis  
est eius, qui sic sacrī abusus corripitur & dicit: Eia-  
res tamen sacra et bona. Quid enim huic dicetur? quā  
illud quasi ego nesciam, eam esse bonam & sacram.  
hoc me nunc doces? cum ideo te arguam, quod sacrī  
ita abuteris. At nos nunc iij sumus Christiani, qui cal-  
**A**ttende. eos nouos ne polluamus, calopodia emimus, et uestes  
bonas nullo modo in lutum trahimus, nec aureis ua-  
sis contumeliam facimus cum urina, immo aqua im-  
munda. At sacrum dei nomen ad quæcunq; indigna  
trahimus, sine omni fronte. Quod si hoc nullus in suis  
facit, finge aliquem ita furiosum, ut in suis idipsum fa-  
ciat. Quid si de alienis? et eius qui uult sua munda ha-  
beri? Quanquā gratam rem faceret, qui principis titu-  
lum, & nomen, & insignia ad lutum traheret, &  
inuolueret, ipso sciliat uidente, & prohibente, immo  
præcipiente in sublimi loco statui. At nos cū audimus  
Turcas templa prophanare, altaria & omnia sacra  
polluere, miro stupore accendimur ad iram, & cogita-  
mus iniuriam bello uindicare, & querimur, quod  
Turcam quis principes nō contra Turcā bellāt, sed palpa sinū tuū,  
que in sinu & Turcā palpistū. Interim deus eo magis, in poenam,  
suo palpat. principes in mutua bella tradit, ut nos magis, quam  
Turcas puniat, quia peius polluimus sacra quam illi.

**D E P E R I V R I S.**

**S**ecundo, nobis occurruunt periuri, mendaces, do-  
slosi, fraudulēti, & qui ainq; ueritatē relinquunt.  
abi deum

## PRAECEPTO DOMINICO 99

ubi deum testem adhibent & nomen eius , immo &  
per deum male dicentes , iniuste excommunicantes , iocosi  
quoq; ac blasphemi in deū , de quibus supra aliqua di-  
cta junt , & infra plura dicētur . Hic uero uideamus qui  
iurando peccant in nomen domini . Notandum itaq; iurare quem  
quod duplex est iuramentum , Bonum de quo Deut . 5.  
¶ 10. Dominum deum tuum tibi mebis , & ei soli serui-  
es , & per nomen illius iurabis . Ita enim deus ipse i-  
rat sepius in prophetis . d. viuo ego dicit dominus .  
Et psal . 109. Iurauit dominus , et non poenitebit eum ,  
¶ 131. Iurauit dominus David ueritatem . Sic Christus iurat in Euāgelio , et patriarchæ , prophetæ , apostoli , & omnes sancti iurant , ac iurauerunt . Et hoc est  
opus meritorium , quia sit in ijs quæ pertinent ad salu-  
tem . Vnde quoties aliquis dicit uel facit , quod expedi-  
dit ad salutem , ut creditur , ubi timetur non credi , des-  
bet iurari . Sic iurat Apost . ad Ro . quod s̄epe proposu-  
it uenire ad eos . Quæ ratio iurādi ? nisi quia expedi-  
uit eis id credere ad salutē , ut cum fidelē pastorem .  
nō quæstuarium agnosceret , & charitatem uerā in eo  
esse considerent . Sic psal . 62 . Laudabuntur omnes  
qui iurant in eo .

Ratio , quare hoc iurare placeat deo , quia per ipsū  
inuocatur ueritas eius & creditur in eū , ac propter  
eum fit pax & concordia iurātum , i' eo sancte colitur  
in eo opere , quia destruitur opus diaboli . s . d . f̄esio et  
lis . Quia qui tibi nō credit , nec quiescāt , pp̄ter nomen  
dei tibi credit , quod inuocas , & quiescāt , ideo hunc

CONTIONES DE SECUNDO  
honorem soli deo debemus. Vnde Apost. Heb. Omnis  
controversie finis est iuramentum.

**Iuramentum** Aliud est malū, Et hoc duplex. Aliud enim est quod  
malum ex cō ex consuetudine fit, et hoc est malum, quia sic uile sat  
suctudine, assiduitate reverentia nominis dei. Sic Teuto. Bey  
Gott, werlich, vorwar, als war als gott im himel ist,  
Bey gott vnd allen heyligen, per deum uiuum, per de  
um sanctum, auff mein teures creutz. Auff mein teures  
blüt. Bey dē creutz gottes. Es iſt marter gross. Mar  
ter schon, id est, per passionem Christi ita est. Item sic  
detestari, der teufel hol mich, brech mir den hals, ,  
gotthelff mir nymer meer, als mir gott helff. Auff  
mein seel, In conscientia mea, bey meiner trew vnd  
eer, bey meiner priesterschafft. Ista & multa similia  
heu proh dolor, tam sunt aſſidua multis in ore, ut pro  
pē secundum uerbum sit, iuramentum huiusmodi. Hic  
patres & matres familias uigilare super liberis, et ser  
uis, ac familia deberent. Quia est pessima consuetu  
do, & contra hoc præceptum.

Sed propter rudes queritur. An nomen dei tangatur,  
quando iuratur in hac uerba, uere, ueritatem dico  
&c. Respondetur quod sic. Quia ueritas est nomen  
dei, cum ipse sit ueritas. Sic enim Apostolus iurat Ro  
ma. nono, per ueritatem & conscientiam suam. Et  
quamvis hoc ideo posset uideri prohibitum, quia con  
scientia non est nomen dei, cum & que sit peccatum iu  
rare uane, & non iurare per deum, seu per aliud  
qua deum etiā uere, tamē Christus Matth. 7, hoc rotio  
refert

PRAECEPTO DOMINICO. 100  
refert ad deum, quando dicit: Neq; per cælum, quia  
tronus dei est, neq; per terram, quia scabellum pedi  
eius, neq; per Hierosolymam, quia ciuitas regis ma  
gni est, neq; per caput tuū iuraueris, quia non potes  
unū capillum facere album aut nigrum. Ex quo patet,  
quod qui iurat per ea quæ dei sunt, uel ei applicata, eli  
am per deū iurat, ex quo, in quo, per quæ omnia sunt.

Alterū est iuramentū falso. Vbi quis ex proposito Quid iurat  
iurat & scilicet falso secundum formas predictas, mentum fal  
hoc est uehementer graue peccatum. Et raro transit sum, quamq;  
hoc peccatum impunitum, etiam in hac uita. Quid si graue sit.  
dubitatis, interroga periuros. Sed grauissimū est, qua  
do hoc sit in facie ecclsiæ, cum solennitate & præscri  
pta forma, ut faciunt contrahentes matrimonia clande  
stina, & in poenam peccati, postea odientes sese sepa  
rantur periurio, horribilis culpa, sed horribilis et poe  
na. Vnde inter omnia mandata, solum hoc habet addi  
tam peine minationem, d. Non enim habebit in son  
tem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei  
sui frustra, licet & primum habeat comminationem,  
quod in quartam generationem uisitent iniquitates eos  
rum, qui oderūt. Sed quia Apostolus promissionem,  
qua in hoc continetur non numerat, sed qua in quar  
to, quam dicit primā, ergo & hec comminatio primi  
precepti, non uidetur numeranda.

Et grande peccatum est profecto periurium, qd' pri  
mo patet ex detestatione scripture, qd' præcipit domi  
nus in lege, nō peierabis. Et prophetæ uehementer periurij gra

## CONTIONES DE SECUNDO

uitas ostendi arguunt, unde Osee. q. non est ueritas, non est miseri cordia, non est scientia dei in terra, maledictum & mendacium, & homidium, & furtum, et adulterium in undauerūt, & sanguis sanguinem tetigit. Deniq; adeo sanctum id uoluit, ut etiam regi Babylonis non seruatum à Zedechia vindicaret. Item nec Gabaonitis licuit noare, licet falsi ab eis iurassent. Item nec filijs Beniamin, filias suas dari ausi sunt, propter iuramentum, et potius gentilem sanguinem permiserunt misceri fraterno sanguini, quam iuramentum soluerent.

Secundo ex re ipsa. Quia iurare, est deum testem adhibere, & medium, quo uniunt sese discordes. At sic falso iurans, deū ludibrio exponit, imò quod horre dum est, quando dicit: Sicut deus est, uiuit, uerax est, corde diat quod non sit ita uerum. Ac per hoc deum negat ore, imò & corde, quo consentit in negationem oris. Et ista negatio est pessima, quia scit deum esse, & corde credit, & tamen simul etiam corde consentit in negationem eius, quia non negaret foris, nisi uel let negare. Et tamen contra cor suum, & conscientię negat, ideo grauißimum est hoc mendacium, & dire cte contra deum, quia uult deum non esse, ut suū mendacium stet firmum.

A simili.

Tertio, à simili, Si prināpem permoueres, ut profide tua literas & sigillum suum appenderet, in tua causa, ut sic pro nomine eius tibi crederetur, & tu postea nequiter denegares, & prināpem in confusione relinqueres, qd putas de te cogitaret? An putas, quod fideiūs forē

PRAECEPTO DOMINICO. Ioi  
fidei usorem habeas? Aut si, ut adeset pacto tuo cum  
alio, rogares, & in fidem uenientem neges esse prin-  
cipem, & proijcas? At deus quanta maiestas, solus do-  
minus est.

PRO planiori intelligentia notandum, contra hoc Periurium in-  
mandatum in iuratione dupliciter agi. Primo, in curritur du-  
iurando. Secundo, in soluendo iuramento. Iurando, ut pliciter,  
qui scienter in actu peierant, dolose dicentes se facere,  
quod nolunt facere ut liberentur, uel negantes dolos/  
se quod sciunt, ut sit in negotijs, depositis, quaestioni-  
bus iudicibus. Hi grauius peccant, quam supersticio  
si illi: quia iij nomen dei assumunt in uanum, hi autem  
ad mendacium, quod longe grauius est, & hoc in ne-  
gationibus fit potissimum. Psal. 23. Nec iurauit in dos-  
lo proximo suo.

Soluendo, ut qui sine dolo quidem iurauerunt, sed  
tamen postea mutantur, & non soluunt, quod in affir-  
mationibus fit, ut Psal. 14. Qui iurat proximo suo &  
non decipit. Verum si non potest soluere, non ideo per-  
iurauit. At dicens: Quid? nisi iurem damnum uel peri- Obiectio.  
culum, uel mortem incurram? uidetur quod redimen-  
dus sim, ut si latro, uel hostis cogit fateri, quicquid ha-  
bes. Respondetur: Nullum peccatum est faciendum Solutio.  
pro quacunq; re, & neq; pro aeterna, quanto minus pro  
temporali. At dicens: quis mihi reddet? Respondetur,  
deus, pro quo ueritatem dixisti. Sed non omnes ca-  
sus huius monstri percensere possum, quia uere ho-  
dei inundauit & nihil curatur. O' si paucitate saluan  
n 5 dorum

CONTIONES DE SECUNDO  
dorum attenderemus, & timeremus, quām cito ista  
securitas de salute cessaret à nobis.

Dicit itaq; dominus Matth. 5. Auditis, quia dictū  
est antiquis: Non periurabis, reddes autem domino iu-  
ramenta tua. Ego autē dico uobis, Non iurare omni-  
no. Hoc loco sudatum est à multis, an liceat iurare. Et  
Christianis alij quod à malo poenae, alij à malo iurantis sit, si iure  
non iurandū tur. Sed inspiciendo Christi sensum, uult utiq; nequa  
omnino. quam iurari, quia dicit: Non iurare omnino. Est ergo  
sensus, Iudeis præceptū est ne periuraret: iurare aut  
tem permissum est ad libitum: uobis autem præcipio,  
nullo modo iurare, neq; per ecclum &c. In quo utiq;  
hoc uult, ut nullus uoluntate sua iurare debeat unquā,  
libidinem scilicet & uoluntatem propriam iurandi  
prohibuit, & in quantum in eo est, non debet iura-  
re quis. Ideo si ultra dicat quām est, est, nō, non, pec-  
cat, & malum est.

Requisitus Per hoc tamen non prohibet, quin exactus iurare  
iurare po- debeat quilibet fidelis, siue inquā exactus ui alterius,  
test, aut necessitate fratri. Quin potest ex me extorque-  
re uel hostis, uel amicus, ut iurem, ut faciam omnia  
que uult, dummodo sint licita, sicut dixit sequenter,  
quod auferenti pallium, et tunica dimittenda, & etiā  
alia duo milia passuum eunda. Nam enim non ipse iu-  
rat, quia non est suæ uoluntatis, sed seruit per humili-  
tatem alienæ uoluntati, uel per charitatē alienæ ne-  
cessitati. Cessantibus ergo ijs, nullo modo licet iurat  
re, quin sit peccatum et à malo; quia ex mera uoluntate  
iurat

iurat, sine necessitate. Christus enim eo in loco instituit hominem interiorē, qui nō taniū periuriū, sed etiā iuramentū uitare debet. Iudæis prohibetur, ne falsum iuret, Christianis autem etiā ne uerum iurent, quia perfectior & integrior esse debet honor nominis dei in noua lege, quam ueteri.

Secundo, Quia Christianus temporalia non debet amare, ideo propter ea non debet iurare. Quoniam qui non debet querere quae sua sunt, quomodo etiam pro eis iurare permittetur, pluris itaq; nomen dei quam sua estimare debet: quod tunc apud Iudæos dissimulatum est. Vbi uero alteri seruendū fuit, ibi sine scrupulo, tamen cum timore dei frater fratri teneatur facere, quae sunt pro eius necessitate facienda. Et ratio est prohibitionis, quia scit quod nos non assumimus nomen domini, nisi in uanum semper, præterquam ubi in tum iurare, charitate & humilitate pro alijs, uel sua salute assurmitur, quod fundamentū est huius prohibitionis. 1. Corinθ. 7. Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto &c. vel melius: Non iurare omnino, diciuntur contra eos, qui effugium querunt, quia iurant, sed non per nomen domini, sed per cœlū, terrā, Hierusalem, caput, animā, quasi ideo non sint rei, si periurēt, quia nō per nōmē dei iurant, ac sic iurare eiusmodi, quasi pro nō iurare reputant. Qd' hæc sit mens Christi, uidetur ex hoc quod statim secutus exponit, quomodo non uelit iurari omnino scilicet neq; per Hierusalem etcetera.

Non iurans  
dum propter  
temporalia.

CONTIONES DE TERTIO  
PRAECEPTVM TERTIVM.

Memento ut diem Sabbatum sanctifiæs.



OC est præceptum meum, ut diligatis iniucem. Ioan. 14. Chritas plenitudo legis, ait Apostolus: Quia habita, nulla est lex necessaria, sine qua nulla lex satis est. Igitur in hoc tertio præcepto, iam opus præcipitur, immo quies, ut non offendatur deus operibus. Neque enim aliquid in eo præcipitur opus. Quare hæc tria præcepta parari hominem deo, uelut puram materiam, ut quieteat corde, ore, opere, id est, interiori & exteriori & medio homine, qui sunt sensualis, rationalis, spiritualis, & sit pura quies. Hic ante omnia duo notanda sunt.

Primum, Quod Sabbatum fuit Iudeis præceptum in figura, sicut expresse significat Apostolus Colos. 2. Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Vnde opera seruilia seu manualia, cum sint utiq; bona, significant opera peccati, & illicita ueteris hominis. Nam sicut quedam animalia erat immunda, tantum significatiue in seipsis bona, munda, sana, quæ creata à deo, & tamen immunda & mala significabat. Ita & opera corporalia, quæ de se sunt bona, tamen prohibita sunt, ad significationem futurorum, id est, malorum

malorū reuelandorū. Sic sabbatū significat ipsum sp̄i Sabbatum si rituale tēpus, qd' sol iustitiae Christus illuminauit, qd' gnificat sp̄i, non habet noctē. Vnde Esaiæ. 66. Erit mensis ex men rituale tem- se, Sabbatum ex sabbato. Et Apostolus Galatas ar= pus Euange guit, quod dies & menses obseruarent, & tempora, licea legis. Annos secūdum ritum Iudaicum, id est, externe tan tum. Ideo istud præceptum cessauit propriæ, immo o- mnia, quo ad perfectos Christianos. Quia iusto non est lex posita.

Veruntar en ecclesia festa retinuit propter necessi Vere Christi tatem uerbi dei, pro imperfectis: nam iustus uerus, sic anis quilibet deiformis est, ut sicut deus in differens est ad omnem dies festus ē. diem, omnem locum, omnem personam, ita & ipse: Festi dies omnis dies est illi festus. Verum infirmis, qui nōdum sunt propter sunt mortificati secundū ueterē hominē, illis opus est, imperfectos. ut aerius officijs, diebus, modis occupetur, uigilijs, ieui nijs, laboribus, orationibus, disciplinis, & similibus, quibus perueniant ad profectum interioris hominis, ut ubi corpus castigatu, & in seruitutem fuerit redas etum, & mortificatæ passiones, tum ipsa cesserent pau latim, & tanum minuantur, quantum proficerit inte rior homo, adeo ut si perfectus fuerit, illa omnino ces sare debeat, hoc est, quod Apostolus ait: Lex pedago gus noster fuit in Christo. Nihil enim ad perfectum duxit lex. Ioannes autē præcessit parare domino ples bēm perfectam.

Proinde, qui illis operibus factis, uelut magnum Non standū aut totum se feasse putat, & ibi stat, confidēs in illa, in exteriori securus, opere.

### CONTIONES DE TERTIO

securus, nec aliud pere quaerens, ipse est uetula Ephraim docta diligere trituram, qui hoc putat esse bonū hominem, bona operari scilicet cum hoc sit, honestum parari ut bonus sit. Est enim baptismus aquæ tantum. De quibus in tota scriptura multa, immo serè omnia dicuntur, sicut enim hypocritæ iustitiae, qui et scripturam ad hæc torquent, nescientes (ut ait Apostolus) neque de quibus affirmant, neque quæ loquuntur. Sicut artificij cuiusque discipulus, ea facit, quæ artifex non nisi libeat faciat, sed per hæc ad magisterium proficiat: quod si in ijs stet, uelut omnia sciens, stultus & ridiculus omnibus erit. Sic hic per bona opera, non effiamur boni, sed præparamur. Non enim operando, sed patiendo boni sumus, cum patimur diuinæ actiones, quieti ipsi.

Igitur hoc præceptum Ecclesia, & multa alia figuralia tenet pro infirmis exerçendis, ut proficiant, non ut ibidem stent, ijs factis securi.

Secundo notandum, quod B. Gregorius querit: Quare dominus id unum mandatum adducat, cum omnia scripta plena sint mandatis. Verum oīā mādata (ut dixi) requirūt charitatē, cū sine charitate, id est, facili, prōpterea, hilari, libete, uolūtate, si implētur, nō implētur manet enim in uita, ideoque & rea uoluntas, licet opus faciat manu & extra. Sic enim: Qui offendit in uno, facilius est omnium reus. Sic Psal. 1. Beatus uir dicitur, cuius uoluntas in lege domini sit (id est, qui habet charitatem, et diligit proximum.) Et Psal.

Quo pacto  
perficiēda præcepta.

PRAECEPTO DOMINICO 104

109. Populi tui spontanei. Et Apostolus: Hilarem datorem diligit deus. Non enim placent deo coacta seruitia, sed libera, & voluntaria, ut Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. Voluntas ipsa est charitas secundum beatum Augustinum.

Quare ergo non dedit, & sufficit in uno illo?

Respondeo, sufficit quidem, sed ostendendum fuit homini, in quibus charitatem habere deberet. Ne falsa opinione & fiducia seipsum seduceret, charitatem sese habere putans cum non haberet. Facile enim optima de nobis, & pessima de proximo sentimus, cum debeamus contra. Ideo decalogus praeceptorum uelut speculum est, in quo homo seipsum consideret, in quo & quantum deficiat aut proficiat. Nam in illis omnibus, non oportet attendere, ut faciat, sed omnino quo corde & uoluntate faciat. Data sunt inquam in cognitionem nostræ uoluntatis, deinde & in exercitationem eiusdem, quæ omnia fiunt in onus ihs qui inuiti, & difficiles sunt. Nam ecce ut id ipsum declareremus, primum mandatum omnia alia in se continet. Qui enim hoc seruat, omnia seruat, & qui aliquod non seruat, hoc non seruat, quia cor eius aliud quam solum deum respicit. Verum Adam ille uetus noster adeo peruerse superbus est, ut sapientius uelit sapientior & sanctior uideri, quam omnes sancti. Iecirco fratre posita audet dicere, se primum mandatum seruare, & sibi non esse conscius. Non idolum habere, nihil iuxta deum amare; ideo remittendus fuit ad opera & uerba

### CONTIONES DE TERTIO

Uerba, quæ ei testimonium perhibeant de scipso,  
et cum conuincant superbae temeritatis, uel medacij.  
Ut si præsumit quod non habet deum alienum, quæ  
rat linguam, si iuret: si in uanum assumat nomen dei?  
Quia ex abundātia cordis os loquitur, facilis est error  
in opinione cordis, et lubrica temeritas. Neq; facile  
potest sciri an seruet primum, nisi opera et uerba in/  
Cōnexa p̄r̄ terroget. Igitur si iuret, aut uane dēū nominet, sciat  
cepta omnia, se mentiri, aut falli. Si dixerit se deum amare, et pri/  
mum præceptum seruare, non recte discussit et pro/  
bauit cor suum. Sed ecce, seruare uideatur sibi et se/  
cundum. Non est sibi conscius, interroget se in tertio,  
an prompte sanctificat sabbatum, an auide uerbū dei  
audiat, oret, meditetur, legat, disputet de deo, intersit  
diuinis. Si hæc nō facit, uel difficiilius facit, quam alia  
sua, si dixerit se seruare primum et secundum, falli-  
tur: opera enim testimonium perhibent de eo. An po/  
test fieri, ut quis assumat nō uane nomē dei, q̄ ipse ua-  
nus est? Quomodo uanus aliud agat, q̄ uanū? Vanū lo-  
quitur, uanum cogitat, etiam si deum cogitet, loqua-  
**Vanus homo** tur. Vanus autē est, qui alia agit, quam quæ dei sunt,  
et inuitus quæ dei sunt, p̄r̄ ijs, quæ sua sunt. Et o/  
mnis homo uanitas.

Tertio, uideatur sibi et hoc seruare, crassius signū  
probet, uideat quomodo suscipiat uicarios dei, quos  
uidet, parentes inquam, et præsidentes, si hos uili-  
ter estimat et contemnit, quos uidet, quomodo audet  
dicere, se deum estimare, et non aliud p̄r̄ illo, quem  
tamen

PRAECEPTO DOMINICO. Ios  
tamen non uidet?

Quarto in ijs, quæ ad proximum, quem diligi uti  
q; est uoluntas dei, quæ in primo præcepto intelligi  
tur semper. Si dicas quod diligis proximum, & eum  
odis, mordes, detrahis, ledis, despicias, occidis, maledi-  
cis, contumeliaris, ecce opus tuum testimonium dat cō-  
trate. Idem, si non defendis Iesum, excusas, benedi-  
cis. Quia dilectio facit hæc, si est uera. Vide ergo hoc  
speculum bene.

Quinto, Si nec ex illo te cognoscis, sicut uere nō Concupiscē  
satis ex illo cognosci potest, quia uaria est concupisē tia uaria.  
tia, & nulli satis etiam suipius cognita, ideo per  
multa, immo per omnia, ducenda, examinanda. Igitur  
non leſisti proximum in corpore & persona, quid si  
in corpore uxor is suæ, quæ eadem caro est? Si eam cō-  
cupiscis, impudice inspicis, tractas, alloqueris, aut ta-  
lia facientē nō reuocas, adiuuas, reducis, quomodo di-  
ligis eum quæso, sicut te ipsum? cum hæc omnia uelis  
tibi ab illo fieri, quia sic utiq; te diligis, tibi faues.

Sexto, Esto & hic tibi non sis consāus, & Adam  
tuus sibi totus integer uideatur, sicut solet secundum  
cœratatem suam, cum in nullo sit purus, cogita quid in  
bonis eius externis pecces. s. an fureris? id est, quacun-  
q; fraude ad te aliquid perducas? falsaq; mera, pecu-  
nia, mensura, usura, dolo, rapina, furto, consilio, con-  
sensi noceas, aut nocueris.

Septimo, Quid in bonis famæ? An detrahas, mor-  
deas, & nullo lingue peccato in eū reus sis? An gau-

## CONTIONES DE TERTIO deas alios facere, quod ipse omittis?

Octauo, Si in operibus & uerbis intiger es (quod rariissimum est) intra nunc, discute cordis secreta & pondera desyderia eius. Et nisi mentiaris, inuenies, quod sis plenus concupiscentia. Nec dicas tibi: Non concupisco, quia contra scriptura diat: Quis gloriabitur, se mundum habere cor? Nullus est mundus intus. nam non satis est, ut concupiscentiam frenes, sed & non concupiscere debes, de quibus suo loco latius. Ideo ultima duo præcepta sunt maxima, quæ sola Apostolus ad Romanos adducit, dicens: Non concupisees.

Vbi charitas ibi madatorū obseruatio. Quare qui dilectionem habet, id est, sanam & plement uoluntatem in legem dei, & diligit eam, hic implet legem dei. Non enim est timendum, quod diligens deum, nomen eius inhonoret, aut aliud deum querat, aut polluat sabbatum. Et qui diligit proximum, non est timendum, quod contemnat parentes, occidat, moechetur, furetur, falsum testimonium dicat, aut etiam concupiscat. Cum potius querat, ut beneficiat proximo. Dilectio, inquit Apostolus, proximo malum non operatur, neque uerbo, neque facto, neque uoto.

Paulus. **V**erum ad materiā huius præcepti tertij reuertamur. Sabbatum dixi, olim fuisse, sicut et nūc, figurale & ceremoniale propter infirmos. Nunc uero omnem diem esse festum, in quorum nullo sit peccandum. Quia si ille olim lapidibus obrutus est, qui ligna collegit in die sabbati, Nume. 15. quid erit, q̄ in tempore

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 106  
pore gratiae, enormia perpetrant crimina: maxime etiam festis diebus. In terrorē nostrum hoc scriptū est.  
Quia ligna colligere, non est malum tantū, sed significat malum, sicut et alia opera eiusdē diei seruilia.

Primi igitur sunt, qui crasse et ruditer peccant Sabbatū uō in die festo. scilicet luxuria ebrietate, ludis, ira, homiciū latur peccan dīs, maledictis, rapinis, insidiis, fraudibus, dolis, et do similibus, de quibus dicit Mala. 2. Dispergam super uultum uestrū stercus solennitatum uestrarum, et as sumet uos secū. vide, stercus appellat solēnitates talium, quia et steroorāt in illis, sicut porci immundi. Et Amos. 5. Odi et proieci festiuitates uestras.

Hij enim similiter cum iudeis (de quibus hic loquitur) totum decus festi statuunt in ornātu uestium, et in etiis splendore, et ocio laboris. Quae tria si sola sunt, sine eo quod significant, iudaicam solennitatem faciunt, et non nisi prouocamenta sunt libidinis, et uiciorum. Nam uenter repletus, et anima ociosa, deinde obiectis ornamentiis, coram oculis, quid faciant, nisi ut in luxuriam ducant et mala desideria? Et non cogitant, qui sic sabbatizant, quod si hoc essent sabbatizare, quilibet meretrix hoc posset, et quilibet Turca, aut paganus, immo equus et sus. scilicet comedere et bibere, deinde ociari, tandem pompose adornari.

Hic inuenias aliquos, qui uigiliam ieiunent, non nunquam in pane et aqua, sed diē in crapula, et luxuria consumūt. Et factū est uniuersaliter, ut sabbatū celebrius agatur, quam dominica, quia abstineatur a carnis

## CONTIONES DE TERTIO

Saltem & ocio, & pompa, que in dominica prodige aguntur, et uniuersæ uigiliae sunt sanctificatores quā ipse dies celebritatis, mera scilicet peruersitate.

## M Y S T E R I A .

Quid myste-  
rii feria ha-  
beant.

Ocium corporale significat ocium spirituale, ut cesseret à cupiditatibus et cogitationibus malis, ut capax possit esse uerbi dei, quod requirit animā uacuā. Quare quilibet Christianus se debet interrogare, quare hodie ocias? Et sic monumentū & memoriala sibi habere, quod uacandum ei sit, ad deum audiendum.

Ornatus uestimentorum, significat bona opera, ut audire missam, orare, eleemosynas dare, & alia misericordiae opera facere, ut Christus contra phariseos docuit, de quibus latius infra.

Lautus uictus signifi-  
cat meditari, legere } Beneficia dei.  
Passionem Christi & rumi-  
nare uerbum dei.  
Peccata propria. De quibus infra

Laborando  
uiolatur fab/  
batum.

Sicuti sunt, qui operibus aliis licitis, operatur, sicut sunt opera necessitatis et substantiae nostre parandæ. Et iij minus peccant quam præcedentes, & adeo minus, quod etiam in multis casibus excusentur.

Necessitas  
excusat.

Quorum primus est Neces-  
sitatis quomodo intelligenda sit ambiguum est, quia mi-  
re uariat. Est autem nō melius estimanda, quā secun-  
dum regulam saluatoris, qui in Euangilio dicit, non  
esse peccatum, asinum uel bouem de puto leuare &  
Regula. adquare. Ex quo sumitur talis regula. Quid si da-  
mnnum

P R A E C E P T O D O M I N I C O 10>  
mū immineret tantum, uel etiam minus, quantum a si-  
nus uel ualor eius pensatur, potest opus fieri, quo tale  
damnum cauetur. Quod tamen intelligitur, si tale  
aliquid, non uoluntate eligente, sed necessitate casus  
accidente contigerit. Hoc enim additur, ne auari sibi  
licentiam datam arbitrentur uendendi, uel emendi,  
quia salicet si non uenderent uel emerent, eius diei tā-  
tum lucrum periret. Sie enim nullus esset ponendus  
dies festus, quia quilibet fraudat lucrum, dum impedit  
negotia lucri & labores. Probatur regula. Quia si il-  
lud Iudeis permisum est, & non fuit peccatum, quan-  
to magis Christianis, qui liberiores sunt à cœmonijs  
iusticialibus. Ex ijs nunc particularia cestimentur. Ut  
si mercator in die festo, emerit uel uendiderit, quod  
altero die uel hora, non sine magno damno emere  
uel uendere potest, ut quia emptor aut uendor trans-  
sitorius est, neque expectare uult, hic ideo excusa-  
tur, quia non quesiuit opus & lucrum, sed oblatum  
acepit, ut damnum caueret, aliâs non facturus ex in-  
tentione, malens quod altero tempore offerretur. Tūc  
enim sicut oblatum est in sperate, ita potest & cito ex-  
pedire, & ad feriandum reuerti. Par ratio est de qui  
busunque alijs damnis etiam minoribus, sub ea tamē  
conditione, ut diuina scilicet missa & uerbum dei  
non omittantur, nisi sit necessitas magna, quam arbi-  
trium boni uiri exauset. Sed ut dixi, de damnis intel-  
ligitur, que non propter non usum negotij ueniunt,  
eu propter intermissionē negotij, sed casu. Nam dat

## CONTIONES DE TERTIO

mnum, intermissione negotijs, potest omni hora fieri.

**Coquētes &** Secundo, de coquentibus, & parantibus uictum, parantes uis, hec enim necessaria sunt, & non est hic Iudaica suetū excusare persistente insaniendum, qui non coquunt die sabbati, licet uarent, crapulentur, & luxurientur. Sic etiā afferri potum & cibum licet, & ut nostris moribus acēdā, vas ærueis in cellarium locare, non est peccatum: hoc autem magis est peccatum, quod tot modi & cantharis educitur, ut etiam usq; ad uomitum inebrientur. Sic maius est peccatum, ex coquina & alario nimis afferri, quam inferri, hoc Iudei non auerant, illud autem curant, quos sequuntur multi. Mira autem stultitia, quod abūm non parant. Cur non et amictum omitunt & nudi incedunt? quandoquidem induere est labor & opus. Deinde cur ambulant & uadunt, stant? Cur non sedent, dormiunt? cur comedunt & bibunt? An hec non sunt opera? Quomodo ergo sabbatizant, id est, quiescent? Deinde, nō est parvus labor, stare ad missam & sermonem, & diuina officia, quod probo per omnes, qui inuite hoc faciunt, quorum multi sunt hic & alibi. Ergo dicunt illi, feriandū mihi est, non laborandū. Et ex præcepto contra præceptū agunt: huc enim peruenit sapientia Iudaica.

**Iudei Culis** Sic enim aliqui desanderunt ad minuta, ut etiam cēcolant, & ferta facere, dicāt prohibita. Quod si intelligent de ijs, elephantum qui uendunt illa, uerum est, virgo autem bene potest deglutiunt. mane facere scrtū suū, pro deore suo, quia potest illud rupiū refaciēre ergo et efficiēre. Immo uestes induere et ornare

PRAECEPTO DOMINICO 108  
ornare se, uestes excutere & purgare pro induendo,  
componere peplum, & alia ornamenta, non est con-  
tra hoc praeceptum, nisi fiat more quarundam, quæ à  
speculo nō possunt recedere, & sic per hæc diuina ne-  
gligant. Quæ uero ad superbiam, uel concupiscentiā  
se se ornant, nō contra hoc peccant præceptū, sed tan-  
to grauius peccant, quod cōtra aliud præceptum dei,  
in die sancto peccant.

Tertio de animalibus prouidēdis in uictu & stra Pecorū cura.  
to, mulgendo, pascendo, curando &c.

Quarto, de tabernarijs, lanijs, pistoribus, piscatori  
rebus, & alijs artificib⁹, pro uictu & amictu aliorū  
agētibus. Non peccant hi⁹, nisi ubi ebriosis & luden  
tibus, per hæc patrocinetur, et auxilietur aut faueat.

Quinto, in cōmuni utilitate, ut in refiendo ponte, Bonum com-  
prohibendo fluui⁹, repugnando hosti, incendio extin-  
guendo & alijs publicis necessitatibus prouidēdo.

Sexto, de medicinis, cursoribus, nuncijs necessaria In necessaria  
ferentibus, fabris equos sufferrantibus, molendinis rijs occupati.  
&c. Hæc omnia in necessitate excusat, dummodo  
tamen per hæc diuina non negligantur.

Septimo, de nundinas quærerentibus, quia alio tem= Nundinae:  
pore non possunt. Et ex his iudicetur de similibus.

Verum hic mouetur questio, An Vuitenbergens  
ses sint excusati, quod die festo exercent balistarum Balistarij.  
artem pro aue deſcienda dc hastili erecto, cum id  
a que possint alio die facere, cumq; non sit hic neſ  
titas, nec pietas, nec modicitas, ac dimidiis ille dies

## CONTIONES DE TERTIO

festus post prandium, possit deo dari, sicut & ante  
Armilustrum prandium. Simile iudicium de armorum ostensio-  
ne, quasi non & alia die fieri possit & que bene. Hic  
domini consules uigilare deberent.

**Paucitas ex-  
cusat.** Alterum est modicitas seu paucitas. Ergo omnia  
opera hic facere licet, quæ alijs diebus, dummodo sint  
paucæ. Ut si tutor par uel duo paria calæorum sande-  
ret, sartor tunicam, mercator uenderet aliquid, quod  
non exposuit uenale. Sic de similibus per omnia offi-  
cia & opera curre.

**Pietatis ope-** Tertiū est, pietas, ubi subuenitur pauperibus et in-  
tra sabbatum digentibus, item ecclesijs. Sic enim balnare infirmū,  
non uiolat. lauare immundum, uestes, lectum eius lauare, para-  
re, seruire in uictu, & obsequio, est etiam sanctum,  
alioquin & eleemosynas petere & dare non liceret,  
cum id fratres mēdicantes, nunquā nisi in diebus festis  
agant, similiter & alij omnes. Sic uehere eis frumento-  
rum, ligna, potum, abūm, est licitum: dummodo tamē  
fiat ex pietate, & non ex cupiditate retributionis aut  
gule, ut nunc passim habetur mos.

**T**E R T I I sunt, Qui sanctificant diem literali-  
ter, sed nō spiritualiter, ut q̄ faciunt quidē ope-  
ra externe sanctificationis, sed sine corde. Et quan-  
quā satisfaciant ecclesie, et minus peccant, quām p̄r-  
**Cainistæ.** edentes, tamen sunt Cainistæ, offerentes non perso-  
nam, sed opus personæ, tantum cauent scandalum, et  
utinam tamen omnes tales essent, qui peius agunt.

**In ferijs sunt** Sunt autem quinq; facienda pro sanctificatione fe-  
sti, ut

P R A E C E P T O D O M I N I C O 109

stū, ut colligitur ex decreto, saliat audire missam, au- quinq; seruā  
dire uerbum dei, orare, offerre secundum aliquos, & da.  
conteri de peccatis.

Primum, Audire missam. Hic nūmīum sulte qui- Audire mis-  
dam interpretantur canonem, uolentes ideo missam le sam.  
gendam altiore uoce, quod non uideri, sed audiri sit  
præcepta, quasi non magis præceptum sit, Canonem  
missæ, qui solus propriæ est missa, pressa uocæ legi, ne  
audiatur: cætera autem sunt orationes & paramenta  
ad canonem missæ. Quod si propter Euangelium uo-  
lunt eam altius legendam esse, cur non cogitant, quod  
aliud est præceptū de uerbo dei, & aliud de missa. Sed  
cessent isti uana somnia, cum per omnem ecclesiā nul-  
lus, nisi sacerdos solus, missam audiat totam. Magno  
scilicet eo sacramento, quod Christus uerus sacerdos,  
quanquam multa operatur in ecclesiā, per externa sa-  
cramenta, & uisibiles ceremonias, in quibus ei fideles  
condiunt & cooperantur, sicut clerus nunc facit sa-  
cerdotti, in cantu, oratione, reffonsione, tamen plurima  
agit inuisibiliter pro nobis apud deum, quæ populus  
& ecclesia eius non uidet, neq; perapit.

Deinde anæps questio est, an satis sit, audire mis-  
sam maturam. Item: An satis sit, in monasterijs eam  
audire. Hic distinguitur. Si est necessitas (de qua su-  
pra dictum est) tunc satis est audire maturam priuatā,  
uel etiam monasticam missam. Quia necessitas non  
habet legem.

Vbi autem nō est necessitas, distinguitur ferè semper,

### CONTIONES DE TERTIO

per, quod si non omittatur parochiæ ex cōtemptu, sed ex deuotione petitur monasterium, licet in monasterio audire. Sed meo iudicio dicam, salvo uniuscuiusq; sensu, in hac perdita temporis miseria, prorsus non est Simpliciæ nō tutum, relinquuntur unumquenq; præsentim simplicioris sunt suæ de & rudioris animi hominem, suæ deuotioni & discreuotioni relinquitioi cōtra apertos Canones. Cuius ratio est, quia ideo quendi.

sunt positi Canones patrum, ut dirigant populum. Et debet unicuiq; sua deuotio semper esse suspecta, & tanto magis, quanto magis placet, cum est contra communem usum, uel decretum patrum. Cum sciamus, quod angelus satanæ in lucis angelum sese transfigurans, summe sit timendus & cauendus. Qui sub specie deuotionis facile omnia decreta solueret. Et illud Deut. 12. & Iud. 19. ubi præcipitur, immo prohibetur, ac reprehenditur, ne quilibet faciat, quod sibi rectum & bonum uidetur. Alioquin, primo auferatur timor ab hominibus, & reuerentia ecclesiæ suæ, & communilitatis. Deinde nutritur securitas etiam paucatim ad maiora alia permittenda.

Tertio, Redit illa antiqui populi licetia in excelsis. & lucis, & extra tēplū religio, que summe prohibita fuit. Nā de facto uidemus, hac deuotiois licetia pmisa, nō tantū parochias, sed etiā monasteria auitatis dimitti, & ecclesias cāpi, et uillarū, eadē deuotionis simulatione præferri. Et sic ecclesiæ cultū, in tabernariis redigi frequentiā, ac nundinarū negotiatiōne, prætexta dedicationis, patronorum, uotorum &c.

Dico.

## P R A E C E P T O D O M I N I C O . II

Dico igitur mea sententia, Quicquid sit de alibi audienda missa, nulli esse licitum in hoc ipso suum iudicium, suam opinionem, suam deuotionem sequi, sed auctoritatem ecclesie, & captiuandum sensum in obsequium Christi, quia scriptum est: Stultus est qui confitit in corde suo, Et ecclesia non potest errare, quilibet autem potest in sua deuotione errare, cum et multi prophetæ, sancti, reges similiter errauerint, nobis in motionem & terrorem. Ne ergo ulli credas glossæ, super decretum istud: qui enim sic glossat, ignorans est in lege dei, & nondum cognovit, quid sit diabolus & homo, multo minus, quid sit deus. Et mira perueritas glossæ, quæ uagam concedit deuotionis licentiā, quam textus data opera, uoluit coercere. Imò semper, quicquid tibi reipsum dederit ac permiserit, tene suspectū tuū, quod facit ut inueniatur uoluntas tua in ieiunio tuo, ut dicit Esa. Sic illusit Micheas Achab dices: asebi sit in quos de eccl. Quicquid autem tibi reipsum abstulerit, hoc seque cuncti dele. Matth. 6. Esto consensio aduersarij tuo. Mich. 7. Ab etatus fucamico custodi te. Itē: Ois amicus fraudulenter incedit. ris.

Secundum, Est audire uerbum dei, quod iterum Audire uerbum sub praecpto est, in parochia audiri, sicut et missam, bū dei in parochiis ubi intermittitur propter dedicationem aliarum parochiarum, uel monasteriorum. In quibus post prandium audire, est de consilio quidem ecclesie, sed tam de praecpto dei, qui uult uerbum suum omni deuotio ubique audiri. Et hoc secundū est magis necessariū, quoniam primū, imò primū est ppter hoc secundū,

ut ex

## CONTIONES DE TERTIO

ut ex Christo patet, qui dicit: Quotiescumq; hæc facies, in meam memoriam facietis. qd. non celebrabitis missam, nisi prædicetis Euangelium. Et Apostolus: Quotiescumq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annundabitis &c. Ideo non licet missam perficere sine Euangelio, priuatam Olim excom priuato, publicam publico. Imò in primitiua ecclesia, muni cati nūs etiam excommunicati, penitentes, catechumeni, energus intererat meni, intererat missæ usq; post Euangeliū, quæ et missæ usque post sacramentum uocabatur, ut ex Dionysio patet, qd' Euāgelium. utinam adhuc hodie fieret, ut saltē uerbum dei audi rent excommunicati, quo failius intelligerent, ac compungere ntur. Atrox esset nimū excommunicatio, etiam ab auditu uerbi dei, quod tamen omnibus creaturis præceptum est prædicari.

## HIC ITERVM QVAESTIO EST.

An satis sit  
audire Euā-  
gelium mis-  
se priuatae.

An satis sit audire Euangeliū missæ priuatae. Respondeatur, quod sit satis, si est intelligēs simul, & coactus proficisci. Alioquin etiā si intelligat, tenetur tam uocale audire solenniter: alioqui cuilibet licet publicam prædicationem relinquere, & fieret ipsa contemptibilis. Imò si fuerit necessitas profida, etiam si non intelligit, imò si non audit, est excusatus. Debet tamen quilibet non solum cogitare, quanta necessitate cogatur absens esse, cum sit corporalis, sed etiā quantum necesse uerbum dei sit habendum, cum sit spiritualis. Ideo pietas cœlestis debet semper uimere appetitatem

PRAECEPTO DOMINICO. III  
peditatem terrenam.

Hic tamen notandum, quod si populus tanto rigore, ad audiendum uerbum dei est astrictus, quanto quo<sup>s</sup>o sunt astricti sacerdotes, ut etiam uerbum dei dicant, & dici procurent? Quod cum sit super omnia præcepta instantissime mandatum, nescio qua miseria, hodie nihil minus curatur, in multis locis penitus obmittitur, in pluribus ea prædicantur, quæ omitti salubrius erat. In alijs locis prædicantur humana, & doctrinae iuris ac philosophorum.

E V A N G E L I U M, id est, memoria Christi tara, ut horrorsit hoc attendere. Cogitur populus ad parochiā, et nō obedit, quia coguntur sacerdotes euangelizare, & non faciunt. Quid ergo mirum, si uagetur populū licetia superstitionis ad alias ecclesias, quando sacerdotes nugantur, crassa ignorantia, per fabulosas & uanas doctrinas? Tu non prædicas Euangeliū, & grāde crimē putas, quod populus discurrit ad idolorum excelsum? Cum tu absis ecclesiæ, & officio & in sacerdotio uerbo, quid sequetur, nisi ut populus absit & obserues non docē quio & auditus? Tu ad literam es intus inutilis, spiritu tes Euangelioris. Ideo et populus corpore migrat foris pariter et lium. spiritu, tanto minus peccans quam tu, quanto promptior est audire Euāgeliū si doceres, imo si didicisses. Tui occasione igitur euacuatur ecclesia, & pascua et uictum ouibus, dum cogis pecus in caulas, negas. Ideo disperguntur oves Christi in montibus, quia non erat pastor, dicit dominus.

Tertium

## CONTIONES DE TERTIO

**Orare.** Tertium est, Orare. De oratione multa sunt dicenda, hic tamen de uocali uult intelligi, quod nō est negotandum, sed tamen ea debet esse minor & modica

**Oratio quid ad orationem spiritualem.** Oratio enim est ascensionis in deum, uerba sunt scale, sed uox est apparatus scalarū. Ideo dixi, quod hi sanctificant diuinam literam tantum liter & male, qui uoce tantum orant, immo nō orant, sed orare, nō est orationes tantum proferunt aliorum, nō aliter quam si orare. aut liber, alterius scriptiones & uerba ipse mortuus Organum nihil intelligens. vel sicut organū profert cātum celeruntur clerici, ipse nihil sentiens, aut intelligēs illum, quod hodie magnum est mysterium: quale est enim in organū, talis & clerus, id est boator sine sensu, uox sine uerbis, sicut organū nō nisi uelut mutā, et elinguē uocē, ac sonū refert. De spirituali aut oratione postea in quinto.

**Oblatio pri  
mitiuæ eccl  
sie.** Quartum, secundū quosdā est offerre, sed hoc abolutions est, licet in Ecclesia primitua fieret hæc oblatione panis & escarum in cōmuni, de quo offerebatur: et reliquum in pauperes conferebatur. At nunc uice huius, dotatæ sunt ecclesiæ, monasteria, hospitália etc. pro pauperibus.

Quintum, quod est maximum et omnium primū; scilicet reconciliari deo, per examinationē conscientię, & contritionem peccatorum. Hæc autem contritiō sic paranda est, ut non tantum ex odio, quantum ex amore. Contrito pere procedat. Ex amore autem procedet (ut rudibus exemplarū ex ampli gratia dicā) si homo secū ruminet beneficia dei in more. se per totā uitā collata. Tum illis opponat suā ingratitudinem,

titudinem, & uitia, in abuso talium bonorum: ut quod dedit quinque sensus, tot periculis seruauit, tot bona corporis, mentis, rerum dedit. Quae omnia non bestijs, non lapidibus, non denique plurimis hominum dedit. Post Modus uera hæc fiat ascensus ad spiritualia, quod filium suum misericordiam. sit in carnem, crucifigi, mori, & alia infinita dignitatis, tandem promissa æterna bona. Hæc omnia ruminata, & peccatis composta proprijs, mire excitat odium ac detestationem sui, amore uero & laude dei. Hæc est uerissima contritio, uiua & efficax, ubi illa, de timore inferni, & peccati turpitudine, est literalis, facta, et breui durâ, quia non radicata amore, sed incussa timore tantu. Sic de quodam legitur, qui per totam uitam pessime uiuens, miris tamen beneficijs, ac donis dei prouerbatur, tandem etiam ad episcopatum proiectus est. Tunc ad se reuersus, & admiratus dei benignitatem erga suam indignitatem, exclamauit: Vicisti domine, & conclusisti me nimia bonitate tua, ideoque Ecce amo do totus tibi seruiam, & ita fecit. Neque contemni debet rudis ille ascensus a primis corporalibus bonis &c. Nam legitur in historijs, quod tempore concilij Constan. duo Car. ad Concil. equitantes, pastorem in agro flentem uiderunt. unus autem eorum animo misericordiore, non possum, ait, abire, nisi audito illo homine & consolato: & accedens, causam fletus percunctatur. Ille dissimulat tristis, instat Card. & cogit fateri. Tandem, ecce inquit, hanc bestiam (buffonem intuitus) tam eximiam creaturam fecit me deus

Historia.

Historia de duobus epis copis.

hominem

## CONTIONES DE TERTIO

hominem erectum, decorū, rationalem, & nunquam  
gratias egi, quod non me quoq; tam deformem buffo  
nem fecerit, hoc est, quod amare fleo. Tunc Card. m/  
solita cōtritione hominis percussus, & sua maior abe  
nefia, maiore ingratitudine sua, subito conspiciens,  
de mulo exanimis cecidit. Tandem leuatus cura fami  
lorum, et in ciuitatem perductus, semper exclamauit  
O' Augustine sancte, quam uere dixisti. Surgunt ins  
docti & rapiunt cœlum, & nos cum doctrinis nostris  
uolutamur in carne & sanguine.

Hæc sunt opera uerae sanctificationis, quæ signifi  
cantur oībus exterioribus: Sic Tren. 3. Memoria mel  
mor ero, & tabescet in me anima mea. Sine ijs duot  
bus, non acceditur mens & cor: corde autem non suc  
cesso, oīa alia frigide, uane, & noxie fiunt, quia sine  
fructu. Et hæc duo debent ex Euangelio audiri, au  
ditaq; ruminari. Sunt enim hæc duo, scilicet dei bo  
na, & nostra mala, scala ipsa in deum, in qua desen  
dimus in nos, & ascendimus in deū, sicut figuratum  
est Gene. 28. Sunt etiam duo illa sacrificia, laudis &  
cōfessionis, de quibus, Sacrificium laudis honorifica  
bit me: & quod ille sit ascensus in deum, sequitur. Et  
illuc iter, quo ostēdam illi salutare dei, id est, reuelabo  
ei æternam salutem. De altero, cōfessionis salutet,  
sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum  
& humiliatum deus non despicies. Et hæc duo simul  
oportet offerri, ut sint eo perfectiora.

Præceptum

Scala in deū

Sacrificium  
laudis.

Sacrificiū cō  
fessionis

## P R A E C E P T U M Q V A R T U M.

Honora patrem & matrē, ut sis longævus  
super terram.



Oc præceptum Iudei fecerunt irritum per traditiones suas, si Iudei. cut & omnia alia. Quia hono rem hunc exponebant solum in uerbis & signis, irritatores facti uerborum legis. Quia enim honorare significat signum res uerentiae exhibere, acceperunt illud secundum huius significationis corticem, ut solo exteriori signo honorandos docerent. Sed ut sepius dixi, Lex domini est spiritualis, inimaculata, conuertens animas, ac interiorem instituens hominem. Ideo cor primum obligat & requirit. Quare procedamus secundum huc dupli tem sensum, scilicet litera & spiritus:

Honor parentum spiritualis, est exhibitio cordis, & reuerentia promptæ uoluntatis. In quo inclu duntur duo.

Primo prompta obedientia ac uoluntas ad omnia, quæ uolunt parentes. Secundo, digna aestimatio & opinio parètum. Honor enim cordis, est magna pietas (& maior quæ charitas in proximū, quia charitas solummodo diligit) prompta seruire proximo, & præ ciosum cum existimans. Ideo istud præceptum statim post præcepta prima tabula ponitur, quia est de illis,

Honor parè tum spiritua lis obedientiam & uene rationem in cludit.

P qui sunt

## CONTIONES DE QVARTO

qui sunt uicarij dei. quare sicut deus colendus est honore & timore , ita uicarius eius . Patet itaque , quod qui spiritualiter honorat parentes , exhibet eis primo promptam obedientiam & uoluntatem . Ac per hoc non solum succurrit eis in necessarijs , sed etiam in omnibus obedit eorum beneplacatis . Et qui tale cor suis parentibus non exhibet , sciat se non implere hoc præceptum , quanquam & nunc quoq; in ista intelligentia cæci , in nuda superficie uerborū laboreū plurimi . Ergo honor a dicit , scilicet corde intimo , & affectu pleno , parentes tuos &c . Quomodo enim parentibus inobediens sit , qui cor eis non solum obtulit , sed & cum honore obtulit ,

Secundo (quod in iis est) exhibet reuerentia (nō in litera foris , sed in spiritu intus) id est , magnificam opinionem in corde de illis habens . Et hoc potissimum in hoc præcepto commendatur , per quod et differt (ut dixi) à charitate , qua quilibet alteri obedire & servire iubetur Gal . 5 . Sed unde nascitur illa sublimis opinio de parentibus in filiis ? Maxime , cū quandoq; sint pauperes , ignobiles , infirmi , de formes , aut alias minus reputabiles . In iis enim multi offenduntur , ut fastidiant , & erubescant parentes suos , dolentes , quod nō de diuitibus , potestibus , nobilibus &c . nati sunt . O cætas magna . His tradenda est regula .

Opinio parentum grandis fit respectu dei , & uoluntatis eius . Sic enim pius filius cogitabit , Ecce si summa maiestati nō fuit indignū uisum , quod talē hominem noluit

PRAECEPTO DOMINICO. N<sup>o</sup> 4

uoluit parentem meum esse, cur mihi indignum uides? Quid cogitatur? Si deo summo placuit in illo operari, & me crede dum bono fit, res, cur mihi displaceat in illo fieri, aut factum esse in illo, quo suos Nam quid faciunt parentes ad formationem filij? qui parentes placent nec si sit masculus, foemina, oculatus, auritus, pedatus, ris fadat, tuis, viuus, mortuus, albus, niger, capillatus siue non futurus unquam cogitant. Ergo officina dei mei, artificis mei uerborum. Non aduertam oculos in paupertate, de formitate, ignobilitate parentum, sed in deo operorum. Sic sic fluit reuerentia ex deo in parentes, non ex parentibus, dum altius intuentur, quam ut sunt caro et sanguis, sed ut officina summa maiestatis. Quis enim cōtemnit officinam principis? quod fabrefactum opus Parentes officina dei, edit officinam suam in qua factum est? Cū igitur deus uelit parentes honorari, & iustissima sit causa, sed licet, quia uicaria officina dei est. Solo hoc differt istud mandatum a praecedentibus, quod deus in illis honoratur ut in seipso. In isto, ut in alio scilicet regentibus, qui sunt sedes, officina, altare, propitiatorium eius. Hic ergo est uerus honor.

Honor parentum literalis, est in uito corde, & non Honor parentis tempore animo, sola scilicet formidine poenae, exterix tum literalis us signo honorare parentes. Nam qui sola formidine poenae honorant, scilicet ne confundatur coram hominibus, uel puniatur hic, aut in futuro, tam diu honorat, quādiu timet, & poenam cogitat. Semper autem intus corde cōtemnit, oblitus autē poene, etiam opere foris contemnit, ut in multis exemplis probatum est, &

## CONTIONES DE QVARTO quotidie experitur.

Modus obser-  
uanū filios.

**D**ictum est, quo modo se filij debeant habere et ga parētes. Sed oportet, ut illirursum se exhibeat parētes, ut digno nomine sint parētes, ne honor filiorū cōferatur in idola, & mortua simulacra parētū. Imò forte sunt peiores aliquādo quā latrones, quia fōent carnē illorū, et interficiunt animas eorū.

*Cur pestis sæ-  
uiat in pue-  
ros.*

Sepius enī fit, ut filius in patre peiorem homicidā habeat, et utilius fuerit, filiū à latrone occidi, quā à pa-  
tre fōueri. Aut cur putatis qd' pestis potissimū s̄euit in  
paruulos? nisi quia deus implet in eis, qd' Sap. 4. ait.  
Raptus est ne malicia mutaret intellectum, aut ne fi-  
lio deciperet animam illius, propter hoc properauit  
illum educere de medio iniquitatum. Et infra. Condē-  
nat enim iustus mortuus uiuos impios, & iuuentus ce-  
lerius cōsummata, longam uitam iniusti &c. Sed de-  
ijs latius postea.

Nunc ut uideamus, quid eis debeant, ut sint parē-  
tes. Apostolus Ephe. 6. postquā filios iussit, ut paren-  
tes honorarent, & praeceptum illud commendasset,  
at q; interpretatus fuisset, dicit: Filij obedite parenti-  
bus uestris in domino. Vtq; uolens, ut sint non tantū  
in carne parentes, sicut gentes, sed in domino, & il-  
li obedient etiam in domino. Statim de parentibus di-  
cit: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios ue-  
stros (quod Colos. 3. exponit. Ne pusillo animo fati)  
sed educate illos in disciplina et correptione domini.

Primum, quod eis impendi uoluit, ad animum scit  
licet

P R A E C E P T O D O M I N I C O .      II<sup>5</sup>  
licet petinens (nihil enim de corpore eorum prædi-  
cauit) ut non prouocent eos ad iram, & deiectionem,  
hoc est contra eos, qui furiose regunt filios, & dum  
animus adhuc mollis est, in totū timorē et pusillanimi-  
tate uertitur, ita ut odio parentū tandem aufugiant, &  
faciant, quæ aliás nunquam fecerint. Quæ enim spes  
hominis, qui diffidentia in parentes & odio, de illis  
desperat. Non enī uult Apostolus, ut filij nō offendā-  
tur, aut uerberentur, sed ex amore castigentur, non ut  
illi furiosum animum expleant, nihil solliciti, quomo-  
do emendent filiorum errorem.

Factus enim pusillo animo, ad omnia inutilis &  
desperatus efficiatur, timidus omnia agere et aggredi.  
Et quod peius, qd' talis timiditas, teneris annis imbibita,  
uix unquā postea eradicabitur. quia enim ad omne  
uerbum parentū didicerūt terrori, ideo postea etiā ad fo-  
liū arboris timet sonātis. Sed et illæ nutriculæ, quæ pu-  
eris illudunt terribilibus formis & gestibus, præcipue  
de nocte, sunt cōpescendæ. Omni studio puer est fors-  
mandus ad timorē bonū, ut timeat, quæ timenda sunt,  
non autem ad esse timidum, sicut parentibus quibus-  
dam satis est, si timidos tantummodo habeant, quod  
est nocentissimum futuræ etati.

Hoc pro declinatione ad sinistram, nunc ne etiam  
in alteram partē peccetur, dicit Secundo, Sed educate  
eos in disciplina, & correptione domini, id est docete  
eos docenda, & corripite non seruantes ea. Vtrunq;  
illis necessariū, & eruditio eorū, quæ ignorat de deo,

## CONTIONES DE QVARTO

¶ correptio, si cognita non sequantur. Vide itaq; ut ante omnia, filios uelis institui in spiritualibus, ut prius deo tradantur, quam mudi negotijs. Et heu quam ista nūc sunt omnia peruersa. Nec mirum, quādo nec parētes ipsi sunt eruditi, aut correptione probati. Fuit autem una spes reliqua in Scholarum magistris, ut saltem ibi, sub literis eruditetur in pietate, sed et hæc perijt. Omnes gentes, præserum Iudei, diligentius instituant pueros suos, quam Christiani. Ideo & Ecclesia pessime habet, quia tota eius uis consistit in successoribus, qui in prima ætate negliguntur, sic ut hortus in uerno tempore.

Eruditio domini. Igitur in eruditione domini sunt educandi. Est autem in ista tem eruditio domini, qua docentur cognoscere dominum pueris et num Iesum Christum, infigere eis recenti memoria, correptio. quomodo ipse pro nobis passus sit, ac quæ fecit, quæ promisit, sic ut filiis Israël præceptum fuit, ut nota facerent filiis suis, ut cognoscat generatio altera mirabilia, quæ fecit cum patribus eorum in Aegypto. Et hoc cognito, si non discant amare dominum, & gratias agere, & orare, & sequi Christum, adhibetur correptio domini, id est terror iudicij dei, et minationes iræ dei super malos. Hoc enim, qui ab ineunte ætate didicerit, salicet beneficia dei & promissa, unde diligat, deinde plagas et cōminationes, unde timeat dominū, facile hæc tenebit factus maior. Nam in ijs duobus nullus dominus coli. Amari ut pater, ex beneficijs præteritis, præsentibus, & futuris. Timeri ut index,

ex pla

P R A E C E P T O D O M I N I C O      116  
ex plagis preteritis, presentibus, & futuris, sicut dicit: Si ego sum pater, ubi est amor meus, Si sum dominus, ubi est timor meus. Sic ergo discant filii domino cantare misericordiam & iudicium. Hæc duo enim Apostolus intendit, quando dicit in eruditione & correptione domini. Ad eruditionem pertinet ut dicas ei, quomodo deus omnia creavit, ei sensum, uitam, animam dedit, quotidie omnibus bonis iuuet, quæ creavit, pro eo passus est, & mirabilia fecit, prædicauit, adhuc maiora promisit, ut pro his gratus sit deo, et per trem agnoscat, ac diligit. Ad correptionem pertinet, ut ei dicas, quantis olim plagis percutserit Aegyptios, gentes, zodomitas, filios Israël, denique omnes in Adam. Item quot adhuc ante oculos percutit peste, patibulo, gladio, aqua, igne, bestijs, morbis, & quanta comminuetur in futuro, in gehennam cum diabolis. Et uult hæc potius adhiberi, quam correptiones hominum, id est, proprias. Non sine causa, salicet ut discant semper sursum ad deum aspicere, et non homines sed deum timeant. Ne si parentum rugas timeant, tandem etiam in ipsis, que dei sunt, homines timeant, hoc est, ne pusillo animo fiant. Hoc enim agendum est cum filiis, non ut parentes timeant, sed deum offendere se sciant, si parentes non timeant: sic enim non fient pusillo animo, quia ubi parentes etiam proprios, non nisi deum timendo, timere didicerint, postea etiam in aduersis & prosperis, non a deo recedant, timore uel amore quoque.

## CONTIONES DE QVARTO

Educatio  
puerorū est  
deo sacrifici  
um.

**Q**UOD autem gratum sit hoc deo sacrificiū,  
in filijs erudiēdis, patet in Gene. ubi dominus  
Abraham non potuit celare, quod facturus erat, sola  
hac causa motus, dicit: Scio enim quod docturus est  
filios suos, ut timeant dominum. Ecce quomodo cor  
reptionem domini super Zodomās, dicit profuturam  
per Abraham in educatione filiorum, id timore eorū.  
Similiter Ionadab, pater Rechabitarū, eximie lauda  
tur, & in filijs benedicitur, quia eos pie & religio  
se educarat in timore domini. Sic Thobias, Joachim u  
xor Susanna, educati sunt. Ecōtra Heli. i. Reg. 3. quid  
meruit filios suos negligēdo, ibidem patet. Itē, quid  
ille puer quinquennis apud B. Grego.

Et uere stultiissimi sumus. Ecce in proprijs filijs pos  
sunt mereri, uel uitam, uel mortem, & non aduent  
tunt. Nam quid prodest, si tua culpa malos filios edu  
ces, etiam si tu sis in teipso irreprehensibilis.

Præposterus  
dei cultus.

Multi alienis studijs, deo seruire præpostere nitun  
tur, iejunādo uestes portādo asperas, & alijs affecta  
tis obseruantij. Et hanc domesticā pietatē cæci nō mi  
nus transcūt, q̄ olim Iudæi relicto tēplo dei, in exæl  
sis immolabant. Primum erat attendere, quid domi  
nus à te requirat, cuius officijs tibi onus imposuit, ut  
Apostolus ait, in qua uocatione uocatus quisq; sit. Hoc  
enī ante omnes indulgentias, orationes, ecclesia  
rum uisitationes, uota quæcumque, curandum fuit.  
& agendum.

Dictum fuit, quomodo parentes se gerere erga fi  
lios

## PRAECEPTO DOMINICO. II>

lios debent, ut digno nomine parentes vocentur, ne ex Parentibus siant perdentes, & pereuentes simul cum filiis. videamus igitur, qui sunt isti perdentes, ac perditores filiorum. Primi scilicet, Qui omitunt, & scienter sinunt eos crescere sine eruditione, & corрtione domini, quāquam nullo malo exemplo noxat, tamen permissione eos perdunt, ut qui nimis carnaliter eos diligunt, ac tenere souent, dicentes: pueri sunt, non intelligunt quid faciunt. Et uerū dicunt. Sed nec canis, nec equus, nec mulus intelligunt, quid faciunt. At uide, quomodo discunt ire, uenire, sequi, facere, os mittere, quae non intelligunt. Sed nec lapis, nec lignū intelligit, quām sit inepta res ad domum, sed formatur ab artifice, & statim intelligit, quanto magis homo. Aut si aliorum pueri intelligunt, cur tui non intelligunt? Hi ergo peccata filiorum portabunt, quia faciunt eadem, ut sint sua. An nō puer ille quinquennis, de quo B. Greg. fuit non intelligens?

**S E C U N D I**, Qui uerbis impudicis, & mai  
ledicis, deinde exemplis, ac gestibus malis, Pueros mala  
eos prædunt. Sunt reperti, & utinam nusquam exēplo per-  
ad huc sint, sicut ego noui, qui prostitutarum filiarum Prostitute-  
lucro uictitabat, & iuſu parentum, filiae ac uxor for res filiarū.  
nicabantur. Quis dubitet, ijs filiabus pro parentibus,  
utiliores fuisse latrones? Sunt ad huc tā stulti, quibus mi  
re placet, si filios habet Mauortios, & percussores fa  
ciles, tanquam laude dignissimos quod nullos timeat.  
Horum stultitiae præmium finale solet esse, luctus &

CONTIONES DE QVARTO  
dolor, de subita filiorū occasione, & iuste. Nunc filii  
(ut iuuentus fert feruida) proni sunt ad concupiscen-  
dum & irascendum, ideo cauenda exempla parētum,  
in uerbis & gestibus. Quid enim filius disfat maledi-  
ci ac impudici, quām maledicere & impudicē loqui?

Qui pueros  
in mundi a-  
morem infla-  
mant.

TERTII, Qui occasionem dant filiis ad mun-  
dum diligendum, ut qui nihil sunt aliud solia-  
ti, quām quomodo discant inādere, saltare choreas, or-  
nari, hominibus placere, concupiscentias irritare, mē-  
do cōformari. Vbi sunt nostra estate, qui tanta cura fi-  
liis prouident deum, quanta prouident uestes, luxus,  
diuitias, honores &c? Mare hic plenum reptiliū ma-  
iorum & minorum occurrit. Vide quæ portenta uel-  
stium, hæc licentia attulit in utroq; sexu, præcipue in  
mulieribus: deus custodiat uiros, ne lineū peplum por-  
tent, quia mulieres birrheta nudis capillis portant, si-  
aut masculi, forte in uindictā, quia uiri portare cepe-  
runt reticula capillaria, quæ mulierum erant, ideo mu-  
lieres reæperunt à uiris birrheta. Et quare utrumque  
mundus pulchre deære putat, nisi quia placet nouis  
mos? Sed cogita tecum quid sit uiri caput in uolui reti-  
culo muliebri, et mysterium simul, quod Apostolus te-  
tigit, quando caput uiri non uelari uoluit.

Sed primum distinguamus, Aut ornatus eiusmodi  
fit uolentibus maritis ac iubentibus, hic possunt mu-  
lieres certe excusari, si tamen in uite faciunt solum ut  
placeat uiris, uiris inquā sensatis & habētibus, ut S.  
Cælia foris in aurea ueste incedebat, intus induit  
alicio

cilio ad carnem. Et Anastasia similiter. Item Hester  
oli in Vete, lege. Quim S. Aug. grauiter arguit quan-  
dam Editiam, quod abiecerat in iusto viro, uestes ma-  
tronales, & habitum uidualem sumpserat. His ergo  
omissis, quia viro obediendum est in ijs, que sine pec-  
cato fieri possunt. De ijs uideamus, que in iustis & con-  
actis maritis expostulant hos luxus, de quibus non me,  
sed primum Apostolum Petrum audite, qui pastor fi-  
delis omnium constitutus est. 1. Pe. 3. Similiter & mu-  
lieres uiris suis subditae sint, ut si qui non credunt uerbo, Mulierū uis  
per mulierum cōuersationē sine uerbo lucrificant, conueni ratio.  
siderantes in timore sanctam cōuersationem uestram  
(spiritualiter & corde subsint, quod est in timore seu  
reuerētia subesse, ut magnifice opinetur de eis) Qua-  
rum non sit extrinsecus capillatura, aut draundatio au-  
ri, aut indumenti uestimentorū cultus, sed qui abscons-  
ditus est, homo cordis, in incorruptibilitate, quieti  
& modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples,  
sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in  
deo, ornabant se, subiectæ proprijs uiris. Sicut Sa-  
ra obediebat Abrahæ, dominum eum uocans, Cuius  
estis filie benefacientes, & non pertinentes illā per-  
turbationem.

Hæc uobis lectio recitatatur mulieres, hoc latinū (ut  
pueris) uobis proponitur, disate & aduertite. Episco-  
pus, Papa, Apostolus, pater, pastor uester, hoc dicit, &  
seruadū tradit. Postea et uiris, quid tradat audiamus.

Ac primum, ne quis de mulieribus, in hoc præce-  
pto, non

## CONTIONES DE QVARTO

pro, non diāndū paret, sciat, quod omnis superior potestas humana hic præcipitur honorari, ut & antea disxi: Vir aut caput et dominus mulieris est, ac superior. Sicut econtra potestas omnis hic monetur, ut se dignā honore præstet. Quare post filiorum eruditioē, immo cum eorum eruditioē, recte ac proxime, de coniugatis etiam inter se dicendum est.

**V**IDE autem quanta suauitate & modestia, quanta quiete & lenitate docendi, procedat piissimus Apostolus: Non est turbulentus, non fulminat, non minatur, sed leniter ac suauiter docet, ita ut uel ipsa dicendi gratia permouere debeat, ad seruanda ea quae docet, nedum utilitate rerum, quas docet, ac solum docere intendit.

**Coniugato-** Primum uult, ut mulieres sint subdita uiris suis, rū regulæ. cui consonat Paulus Colos. 3. Mulieres uiris subditæ sint, sicut oportet in domino. Et Ephe. 5. Mulieres uiris suis subditæ sint sicut domino: quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie. Ipse saluator corporis eius, id est, non corruptor. Sed sicut eccllesia subiecta est Christo. Ita et mulieres uiris suis in

**Subiectio-** omnibus. Ista autem subiectio, quid sit, satis exponit sequenter, quando conuersationem eorum in reuerentia & timore erga uiros commendat utilem ad uiorum salutem. Ergo subditas esse, est reuereri uirom, & honorare, in omnibus obedire. Nam ad hoc inducit exemplum Saræ, quod subdita uiro suo fuerit, quia dominum cum uocauerit, ac per hoc eum timuerit, ac reueri

## PRAECEPTO DOMINICO. 119

reuerita fuerit, parata in omnibus obedire & cede-  
re. Quod si Petrus maritis infidelibus sic subdi præ-  
pit, quanto magis id fidelibus præstandū. Sicut & rur-  
sum Paulus: Vxor uirum suum timeat, id est, reuere-  
tur. Ephe.5. Contra hoc agunt, contemprices, conten- Rixosæ mu-  
tioſæ, pertinacæ in uiros suos, quæ nouissimum uer- lieres cōtra  
bus habere uolunt, aut quæ agūt sine scitu & uolun præceptū dei  
tate uirorum, dispensantes &c. Hæ omnes huius præ- agunt.  
cepti sunt reæ, quia non sunt subditæ suo maiori: nā  
Aposto. i. Corinth. 13. dicit: quod mulieres subdi uiris  
lex dicat. Lex quidem Moysi in multis locis hoc habet,  
sed prima est Ge. 3. præceptū dei ad Heuā, sub potest &  
te uiri eris, & ipse dominabitur tui: hic expressa est  
diffinitio dominij super mulierē. Si aut ergo nō licet fi-  
lio contra patrem, seruo contra dominum, populo con-  
tra principem, aut sacerdotem cotendere & erigi, ita  
nec mulieri contra uirum. Et notate hoc primū: gran-  
de enim est, et rariſſime tenetur. Sic sancta Monica sa Diua Moni-  
ciebat, & suo uiro tacuit & cessit. Alijs uero quæ à ca Augustis  
uiris uerberabantur diæbat: oportere memores condi- ni mater.  
tionis sue, non superbire contra dominos suos, quan-  
do recitatis tabellis matrimonialibus intelligere de- Mulieres  
buerant, se anillas eſe factas. Igitur, aut subdita sit quæ nubunc  
uxor, aut non nubat. Si non uult habere dominū, de meminerint  
sistat accipere uirū, quia sic deus in apostolis & scriſe factas an-  
ptura sua præpit, & ordinat. cillas.

## COROLLARIUM.

Quæcunq;

## CONTIONES DE QVARTO

**Vir moro  
sus lenitate  
uincendus.**

Quæcunq; habet morosum uirum, non præsumat par pari, uim ui repellere, sed moribus contrarijs ac placidis mutare. Sic enim hic docet Apostolus, ut ad fidem conuertantur uiri, per bonam conuersationem mulierum. Quod autem de fide, hoc de quolibet atlio minore bono faciendum est. Sic & Paulus. i. Corin. 7. Sæcificatus enim est uir infidelis per mulierē fidelem. Malum enim malo non uincitur, sed augetur & roboratur, uincitur autē bono.

Secundum, quod ornatus eorum non sit in exteriō ri capillatura, aut auro, aut indumentis. At iste nunc est potissimum ornatus Christianarum mulierum, & usq; ad monstra perductus hodie, quod dicit Apostolus: iste externus cultus sit gentilium mulierum, Christianæ alio ornentur. Quis autem potest in tāto abusū tacere? Primum, São aliquot mulieres (nam non sunt omnes stultæ illius uanitatis cupidæ) quæ cogūtur inuitæ sc̄ ornare istis cultibus, ac mire fastidiunt, sicut Henr regina, Sicut S. Elizabeth regina. Et frequenter illæ sunt tales, quæ abundant ut possint ornari. Illæ enim magis cupiunt, quæ non possunt. Sicut nunc nobiles, & ciues, quo sunt egentiores suis auis, eo sunt in cultu effusiores. De istis itaq; dicamus.

**S. Agathæ.** Sancta Agatha cum esset ex nobili genere, nō tam in uelo sicut mulier incessit, sed etiam in seruili ueste, & de hoc reprehensa, gloriabatur se: ancilam Christi, ut patet in eius legenda. Ac primum, nescio magis ne maritos an uxores arguam, aut certe mad

**PRAECEPTO DOMINICO.** 120  
te magistratum ciuitatis, quod mulieribus talia per-  
mittant, quibus extenuentur eorum res sciēter ac uo-  
lenter. Cur enim ille non ponit leges, ut alibi sit? aut  
cur maritus uxorem non compescit, cum sit dominus  
eius? Aut si hoc sustinet uolēs, quid miratur exactio-  
nem principum? Et uidete, nisi mutaueritis, non æf-  
fabit, sed crescit exactio, de quo uos uolo certifica-  
re, quia ista finita, ueniet maior alia, quia sic prouoca-  
tis deum & prouocatis. Nonne debet pudescere ho-  
nesta matrona, quod tanti precij habet uela, & caly-  
ptra, ut modesto dui, ad integrā rem familiarē suffi-  
cere? Quid dicā de tuniās, & sumptuosissimis abusi-  
bus sericorū, purpurarū, auri et argēti? Et sane miti-  
us damnū est, qđ in fibulas, catheras, & annulos uer-  
titur argenteos, quamquod in aureas uittas, reticula,  
fimbrias, texturas, plumaria, ac polymita fit ex serico.  
Hæc enī usu cōsumuntur, illa permanēt utibilia, & si  
nondū utilia. Sed quid de illis nouis, nescio an quer-  
sus, an dāni magistris, qđ ad planāda uela et cetera li-  
nea, rotarū sumptuosas machinas edificant, ut 18.20.  
flore, cōstent uela. 40. uel 50. cōstet machina planato-  
ria, potuit fulmē rotas sanctæ Catharinæ paratas pde-  
re, & nō potest & has uanissimas ac mūdanissimas  
machinas tangere? Sed hec omnia sunt signa, quod  
interior cultus displaceat, qui non ita displaceat, si exte-  
rior non ita placeret: facile contemnit honesta matro-  
na externum cultum, quæ studiosa est interni cultus,  
necq; possunt uterq; ex aequo curari.

Redij

## CONTIONES DE QVARTO

Rediit itaq; tempus Synagogæ quod Esaias ca. 3.  
describit, dicens: Pro eo quod filiæ Sion eleuatae sunt,  
et ambulabant extento collo, & nutibus oculorū ibāt,  
& plaudebant, & ambulabant pedibus suis, et com-  
posito gressu inædebat, decaluabit dominus uerticē  
filiarum Sion, & dominus crinem earum denudabit,  
in die illa auferet dominus ornamentum calceamento-  
rum, & lunulas, & torques, et monilia, & armillas,  
& mitras, & discriminalia, & perisalides, & mure-  
nulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, et gē-  
mas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliolas,  
& linteamina, & acus, & specula, & syndones, &  
uittas, & theristra. Et erit pro suavi odore fœtor,  
& pro zona funiculus, & pro crispanti crine calui-  
tium, & pro fascia pectorali aliud &c. Ecce quot &  
quanta mulierum luxus congregauit. 21. ornamenti  
mulieri non satis sunt. *Quis non horreat uxorem du-*  
*cere? nōne optimo uocabulo, tam Græc quām Latī-*  
*Quare orna ni ornatum muliebrem appellant mundum? quis ue-*  
*tus milierum lut congeries rerum, ita illa mundum quendam con-*  
*mundus dicit flitunt. Lege etiam Theophrastum. B. Hiero. contra*  
*Iouinianum, & Plautū in Aulularia, et uidebis quod*  
*mulieri si licetia detur, infinita cupiditas est oratus,*  
*ideo non explenda, sed prædenda omnibus uiribus.*  
*Et quid agit honesta Matrona, aut uirgo, ut tanto stu-*  
*dio appetat meretricibus cōformari? aut quid queris or-*  
*naturato? ut irrites animos alienorū uirorum? An si-*  
*gnificas, q̄a inuitā habes castitatē? An meretrix optas*  
*fieri?*

fieri? Quid queris alijs placere quam uiro tuo? Quis non  
bebeat suspectum hoc uotum placendi? Mulier satis  
abude placet, si ita est ornata, quod uiro placet: huic  
enim soli debet placere, huic data est et subiecta. Si  
militer et uirgines, cur stulte cupiunt placere iuueni-  
nibus? An non cogitas, quod terretur duare te, si co-  
gitet, quod tanto sumptu te cogatur ductam ornare?  
Si uis iuuenem amore capere, audi utilissimum consi-  
lium. Esto pudica, paucis ornata, paucis uerbis loquens.  
Nec oculos aliquando in faciem eius iacentis. Maximus pudica uere  
cultus uirginis et mulieris est, pudica uerecundia, cuncta prae-  
hæc enim prouocat et capit animos uirorum, super prius uirgi-  
nem ornatum. Iusuper neque stabile facit matrimonium,  
ubi amor carnis, ornatus excitatus, cito fastidi-  
re facit nuptias, quia non moribus bonis, sed futili-  
xus est ornatus. Sic fac, et uirum acquires (etiam deo  
benedicente) citius, quam dissipatissime illæ uoragi-  
nes rerum, lupis et meretricibus simillimæ, de qui-  
bus Psal. 143. Filiae eorum composite, circumornatae  
ut similitudo templi, id est, praे alijs eminenter decora-  
tæ, sicut templum præ ceteris domibus eminet, orna-  
tur et spectatur &c.

Dictum est, quo modo mulier se erga uirum habe-  
re debeat, ut honoret suum maiorem, secundum hoc  
præceptum, duplice scilicet cultu, obedientia et reue-  
rentia, ut sit prompti cordis, ad eius uoluntatem agens,  
deinde honoret eum ex corde, magnifice de eo sen-  
tiens. Si querat autem, quomodo possit uirum habere in

## CONTIONES DE QVARTO

formis proptere in honore, qui sit deformis, morosus, ac prorsus  
pter deum & nec amore quidē dignus, nedum honore. Respondeo,  
mandus. sicut de parentibus dixi, quod deus in illo sufficien-  
dus est, quia deo placuit, ut uir eius sit, & uices eius  
gerat, ut ait Apostolus: Vir imago dei est & gloria  
dei. Mulier autem gloria uiri. Ideo non debet sibi di-  
splicere, quod deo cernit placuisse & placere. Magna  
dignitas uiri, quod nomen dei, & officium partici-  
pat, ideo honorandus est ab uxore: deus enim uirest oī  
mni ecclesias & animas, quod sacramentum maximū  
mum, etiam causa est, cur uirum honorare debeat mu-  
lier, timere, & audire. Auerte ergo oculum à carne,  
& deum in uiro agnosce, & cole, & facile erit ho-  
norare eum.

Viri erga uxores sic se prebeant dignos uiri  
At contra. Ut uiri etiam se prebeant dignos uiri  
& maioris nomine, nunc dicendum est. Sequitur ergo  
B. Petrus ubi supra: Viri similiter cohabitent secundum  
scientiam, quasi infirmiori uascolo impartientes  
honorem, tanquam etiam cohæredes gratiæ uitæ, non  
impediantur orationes uestræ.

Primum docet uiros, ut nō simpliciter cohabitent  
mulieribus, sed secundum scientiam, id est, non secun-  
dum passiones & sensum, tantummodo uoluptatis  
causa, nihil discernēs inter uxorem & meretricem,  
nā sic & bestiæ cohabitāt, & gentes. Erudit itaq; oculum  
uiri, quo uxorem inspicere debet, nempe non oculū  
concupiscentiæ, sed scientiæ & cogitationis. Quia  
scientia duo iubet scire & agnoscerē uirum in uxore.

Primū,

PRAECEPTO DOMINICO. 122

Primum, inquit, quasi infirmiori uasculo. Secundum, tanquam cohæredes eis sint mulieres. Et sic seipsum exponit, quid uelit, per cohabitationem secundum sā entiam intelligi, scilicet ut uir agnoscens uxorem, & Nota, infirmius uascalum, & tamen cohæredem gratiae, ha- beat eam in honore, et nō in passione desiderij. De claremus autem latius.

Sāre debetis uiri, quod mulier sit infirmius uascalum quam uir, ideo secundū hanc scientiam eis coha bitetis. Uasculum uocat, & quo ad corpus, & quo ad animam, nam & uir eodem modo uascalum est, sed firmius. Mulier enim sicut est mollioris corporis, ita & animi, ideo ei impariendus est honor à uiris fir mioribus. Uasculum omnes dicimur, propter animam in corpore, ut in uase morantem.

Est autem iste honor uasculi, honor corpori mulie bri impartitus, qui nihil est aliud, nisi casto amore uili, castus a uxorem diligere, ut. i. Teſ. 4. Ut sciat unusquisque ue strum, uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes, quae ignorant deum, hoc est, abstinentia ab uxore est, & nō est satisfactū cōcupiscentiæ. Sanctificatio enim illa est castitas. Sed Apostolus hæc docens, per obli quum etiam uxores uiris commendare uolens, ut pati entiam cum ipsis habeant, uelut epitheto breuissimo, patientiū uirorū tangit, dicens: infirmiori uasculo mu liebri, q. d. Mulier est, infirma est, uascalū est, habens animam nobilissimam. Hæc igitur scientes impetrare

## CONTIONES DE QVARTO

eis honorem propter eas, tum etiam propter uos, ne  
impediantur orationes uestræ, passiones enim concu-  
piscentiæ, quæ sinunt orare? immò aliquod honestū age-  
re? Cum oratio maxime requirat animū abstractum  
à passionibus carnis. Sed cum sit infirmius uas mul-  
er, etiam ferenda est, & dissimulanda eius culpa, &  
non exacte semper punienda, pro rebus leuibus, sicut  
aliqui uiri nimis tempestuosí faillima causa tragœdi-  
am agunt. Sicut Psalmista dicit domino: Si iniurias  
tes obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Ita  
impossibile est in re familiarí, durare pacem inter ui-  
rum & mulierem, si alter alteri nihil condonet ac dis-  
simulet, sed omnia ad unguem obseruet. **Quis** enim  
non offendit aliquando? ideo dissimulanda sunt multa,  
ignoranda plurima, ut pacis ratio possit constare.  
Igitur uirum moueat ad uxorem caste seruandam,  
quod est infirmius uasculum propter corpus, sálacet  
mollius & animum molliorem, deinde magis, quia  
est cohæres tantæ gratiæ. Tertio maxime ne &  
uirorum salus ipsa impediatur. uide efficax persua-  
sio & uehemens.

Similiter Apostolus Paulus Eph. 5. Viri diligite  
uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Et  
unusquisque uxorem suam, sicut seipsum diligit. Vi-  
xor autem timeat uirum suum, id est honoret ac reue-  
t uirum. Pulchre distinxit, uir diligit, uxor timeat, u=  
trūq; caste, castus amor descēdat, castus timor ascēdat,  
huc inferior superiori, illū superiori inferiori debet.  
Et Col

Et Colo. 3, dicit: viri diligite uxores uestras, & nolis te esse amari ad illas, hoc est, quod supra dixi, ne nisi quis exquirant & obseruent materiam obiurgandi.

Quomodo ergo Christus dilexit ecclesiam? utique spiritualiter, cum non inueniret quod amaret, sed quod odiret in illa, tamen tradidit semet ipsum pro ea, sanctificans illam &c. Ita uir si inueniat in uxore minus amabile, oportet ut ipse mutetur, & tradat se, id est relinquat suum desiderium, quod non impletur propter defectum uxoris, ut sic tantummodo ea, in illa appeticiant, quae amabilia sunt, & sic mundet eam sibi ipsi, ut exhibeat eam sibi absque ruga. Quod non fit, nisi ut dixi, in bono uicerit malum, & discat diligere etiam non diligibilia, ut fiant diligibilia, uel lipsis mutatis, uel ipso. Nam cum omnes res sint indifferentes, possunt tum diligi, tum odiri, secundum quod mutatur animus, ut honor mundi idem manens, diligitur et oditur ab eodem homine auerso & conuerso. Et iste est modus optimus mutationis, ubi non res, & obiectum, sed potentia mutatur, hoc enim est stabile. Christianorum est haec mutatione, & dexteræ excelsi, sed mūdanorū est, solum querere mutationem obiectorum.

Satis de isto Nunc de Familia.

**H**ONORA patrem & matrem, quod sub patre etiam intelligatur dominus domus, patet ex. 4 Serui dominii Reg. 5, ubi serui Naamā uocauerūt eū patrē. Inde de nos honorēt, quod est nomen patris familias. Quare honorandi sunt seruis sui domini, eadē expositione, qua supra, scilicet

## CONTIONES DE QVARTO

honore spirituali intus, prompte eis obediendo, & subtiliter de illis sentiendo propter dominum, cuius & nomen & officium in illis lucere uident, cuius & uoluntas hoc uult ut. 1. Pet. 2. Serui subditū sitis (ecce obedientia) in omni timore (ecce reuerentia) dominis. Nō tantū bonis & modestis, sed etiā discolis, id est difficili-

**Discoli.** libus, prauis, morosis, obliquis, tortuosis &c. Quanque hic Apostolus de seruis proprie loquitur, non conducticis, tamen eosdem tangit idem mandatum. Igitur serui, qui res dominorum suorum fraudant studiose

**Serui frau-/ dulenti.** ac uiolenter, non secus quam fures reputandi sunt, et tenetur ad refusionem, quia mercenarij sunt, ut sint fideles. At nunc tota querela totius mundi est contra familiam. Ideo hoc praeceptum eis diligentissime est notandum, quia hoc non est honorare dominos, appellare eos dominos, sed ex corde obedire & timere. Et pulchre isto uerbo Apostolus consolatur familiam, quae de dominis suis queritur, quod sunt mali seu discoli, id est difficiles, dicens: Hoc est enim gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristias, paties iniuste. Quae enim est gratia, si peccantes colaphizamini, & tunc suffertis? Et Paulus Colos. 3. Serui obedit per omnia dominis carnalibus, nō ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dominum, quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus.

**Serui.** Sætes, quod à domino accipietis retributionem hereditatis, domino Christo enim seruitis. Ecce quod pulchre ducit

## PRAECEPTO DOMINICO. 124

ducit Apostolus hoc præceptum in spiritualem intelli-  
gentiam, quod ex corde honorādi sunt domini, quia  
nō illis, sed domino seruitur in illis. Siego hæc tam ex  
presse dicerem, nemo crederet. Sed sequitur quoque  
consolatio eorum, sicut & Petrus fecit, dicens: Qui  
enim iniuriā facit, recipiet id quod inique gessit (ecce  
patientiam eorum format) & non est acceptio perso-  
narum apud deum, id est, nō uos turbet, quod illi sunt  
domini, uos serui. Idem est apud deum, qui bene uel  
male operatur, accipiet. Eadem Eph. 6. Serui obedi-  
te dominis carnalibus, cum timore & tremore, in sim-  
plicitate cordis uestri, sicut Christo, non ad oculum  
seruiētes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Chri-  
sti (id est, quia Christo seruitis) facientes uoluntatem  
dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes, sicut do-  
mino & non hominibus (in hoc enim non hominum,  
sed dei uoluntatem facitis, & deo seruitis) Scientes  
quoniam unusquisq; quodcunq; fecerit bonū, hoc reā  
piet à domino, siue seruus, siue liber. Et Tit. 2. Ser-  
uos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes,  
non contradicentes, non fraudantes. Sed omnem fidē  
bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri  
dei ornent in omnibus.

Contra dominos oportet etiā se non tyrannos ex- Domini non  
hibere, quia ut supra dictum est: Impossibile est, ut sint tyrāni.  
seruus non aliquando obmittat, aut committat: o-  
portet multa dissimulare in bono seruo. Nam si illi  
debent obedientiam & reverentiam, utique domini

## CONTIONES DE QVARTO

etiam debent clementiam & benevolentiam. Vnde E<sup>s</sup>phe. 6. Et uos domini eadem facite illis, remittentes miseras. Sicut, quia & uester dominus est in cœlis, & non est personarū acceptio apud deum. Quis enim potest scriuire ei, qui ad omnem auditum increpat, iurat, totusq; turbulentus est.

**Mercenarij mali.** Hos sequuntur, & alij mercenarij & operarij, ut manuales, murarij, fabri lignarij, & similis generis, de quibus & fraude eorum, ubiq; grandis est questio: multo preao conducuntur, pigre operantur, & maiore parte fraudant dominos, quibus seruiunt: & heu nullam conscientiam sentiunt in hoc ipso, quasi non manifeste sint latrones & fures alienæ rei, quam iniuste accipiunt, dum non satis laborum pro ea faciunt.

## DE MAGISTRATV ECCLESIA- sticō simul, & seculari.

Primores ec-  
clesiastici, &  
seculares ob-  
seruandi.

**N**OVISSIME huc pertinent Episcopi, & Priniges, Plebani, & Senatus, utrumq; scilicet dominum, qui sunt quam maxime timendi, quia gladium domini portant, quibus cauendum est, ne obloquatur ullus. Quia lex dicit: Prinipi populi tui ne maledicas. Et iterum: Dijs tuis non detrahas. Et heu nullis liberius detrahitur q; illis, nullus timor est dei in illis presidētis. Omnis enim potestas à deo est, et licet exactio[n]et, & præmant rusticos, aut àues suos, aut sacerdotes, tamē sunt ferendi, non secus ac manus domini præmentis peccata nostra, & demerita.

His

His quia, præpotentia non possunt nocere in operibus, no[n]c in uerbis, ideo lex præcipit, ne detrahatur eis, neq[ue] maledicatur. Hoc est enim iudicare suū superius, q[uod] omnino repugnat ordini. At quo illorū uita magis est in luce, eo magis iudicatur et reprehēditur, sed minus catholice, immo orthodoxe.

## CONCLVDAM V S.

Iudei hoc præceptum irritum fecerunt, quādo pro sua auaritia docebant. Munus quod per me, tibi prodest, id est, si obtulero illud p[ro] te deo, erit utilius quam si tibi dedero. Quamuis & nūc illa stultitia passim regnet, agente eadem auaritia sacerdotum, ut plus tristibus ad mortuos lapides & ligna, & paratiore animo, quām proprijs parentibus, ac proximis uiuentibus. Quare (ut dixi sepius) ne cum iudeorum vanissima hypocrysi, legem dei obliti, arguamur. Primum bono remus dei præceptum, & sic honoremus, ut spirituali doctrina. ter illud operemur, & intelligamus. Hoc est, ut ante omnia istis externis bonis, seu corporis, seu rerū (quia deus illorum non eget, nec ullum uerbum de ijs sibi cōferēdis, in primis præceptis posuit, ut dicit apud Hier. 7.) parentibus obsequiamur, si egeant, deinde propinq[ue]s, postea pauperibus & egenis. Tandem quibusunque opus fuerit, mutuo uel gratis demus proximis & fidelibus. Et non sic, ut illis prætermis (ut nunc furor regnat) temp[or]a, imagines, uela, uasa, in illis sumptuose comparemus. Hæc sint nouissima & modica,

CONTIONES DE QVARTO  
quia non necessaria. Necessarijs enim caremus, quia superflua struimus. Non enim necesse ut superfluis studeamus, cum tot sint necessaria ad salutem, ut nemo sufficiat ea perficere. Alioquin si illa sunt necessaria ad salutem, ubi pauperes saluabuntur, qui hæc nō habent? Sed nunc miserrimo tempore, ita illis instauratur, tāquam hæc sint & necessaria et sola ad cultum dei pertinentia, cum ad hominum consolationem data sint, & deus non eget, sed homo illorum: & non dantur hominibus sed deo, mira cæstite. Et sunt qui dicant: Samus, quod non eget deus illis, sed nō respondent, si dixeris eis: Cur ergo das illa deo, nō cupieti, & subtrahis eadem fratri indigenti, contra uoluntatem dei præcipitis? Et tantū de illo præcepto quarto.

## PRAECEPTVM QVINTVM

Non occides.



Quomodo  
in. 6. postre-  
mis præce-  
ptis ledatur  
nimis, nam maximū  
proximus.

ICTVM est de præceptis, que respiciunt deum tam in seipso, quam suis locum tenentibus. Tam sex sequentia respiciunt proximum. Et uide mirum & aptum ordinem. Incepit enim prohibitio à maiori usq; ad proximum. deinde proximum, violatio coniugis. Tertium ablato facultatis.

facultatis. Quod qui in ijs nocere non possunt, saltem lingua nocent, ideo quartum est, læsto famæ. Quod si in ijs non prævalent omnibus, salte corde lœdunt proximū, cupiendo quæ eius sunt, in quo & inuidia proprie consistit, de quibus uidebimus. Talis processus est & in primis 4. Nam maximum est corde, ore, opere abigere deum: deinde saltem ore in usum nominare, quem corde & ore confiteris. Tandem quem ore & corde colis, opere non colere. Et nouissimum, in suis uicariis despicer, quod licet leuius sit inter quatuor illa, tamen est maius, quam cetera quæ sequuntur, eo quod non deus proprius in illis impeditur, sed homo & proximus.

**H**OC autem præceptū, sicut et omnia alia ad literā traduxerūt Pharisæi, tanquam nullus cōtra ipsum faceret, nisi manus propria occideret aliū. Sic docebant, et ita quoq; uiuebāt. Quod autem sic docebāt, patet per omnes Prophetas. Vnde & Psal. 18. intuis-  
tus, quod docerent opera illa externa tantum, non ex corde, tædio affectus, dicit: Cœli enarrant gloriā dei,  
& opera manuum eius annunciat firmamentum. q.d.  
isti solummodo docent opera hominum, non opera dei. Quibus sit ut legem dei corrumpant, quæ est im-  
maculata, cōuertens animas, sed solas conuertūt illi manus. Et ratio est, quia lex est spiritualis. Et hic **Quomodo** notandum, quod quando lex dicitur spiritualis, intellexit spiritus legitur non quod sit mystice intelligenda, sicut intelliguntur figuræ & mysteria, aliud enim est mysticū. et aliud

## CONTIONES DE QVINTO

aliud spirituale: sed spiritualis dicitur, quia solo spiri-  
tu impletur, et spiritu requirit, hoc est, nisi corde, et hi-  
lari uolūtate impletatur, nō impletur. Sed talis spiritus  
non est in nobis, sed datur p gratiā spiritus sancti, quae  
facit uolūtarios in lege domini. Vnde quādo auditur  
lex quæcumq; præcipiēs illa uel illa, semper oportet co-  
gitare, & subaudire, qui a præcipiē uolūtate talia fa-  
cere, id est, libere, sine timore poenæ, & ex hilarita-  
te, quod cum in nobis non sit, statim intelligitur, quod  
lex cogit ire ad gratiam, ut impletatur. Sic Psal. i. Sed  
in lege domini uolūtas eius. Qui autem mysticum &  
spirituale idem intelligunt, oportet ut decalogum le-  
gis non spiritualem intelligent, sed tantu ceremonias  
legis, cum nullū sit mysticum præceptū in illo. Ac per  
hoc Apostolo resistant, Ro. 3. Lex spiritualis est, & lo-  
quitur de lege decalogi, ut patet expresse in textu.

Quare mysticum & spirituale differūt, sicut superius  
& inferius, Omne spirituale est mysticū, sed non con-  
spirituale. tra: quia spirituale est nihil aliud, nisi quod est uel si-  
gnificat uiuam uoluntatem ad facienda uel obmittenda.

**Mysticum.** Mysticū autē sepe significat externas operatiōes, ut  
immolatio passeris significat carnis macerationē: sed  
haec est adhuc literalis, licet mystica, quia potest fieri si-  
ne spiritu, & uoluntate, quia et Euangelij præcepta se-  
pius in litera seruantur ex timore, & non ex uolunta-  
**Vere secun-** te, quamquam uere secundum Euangeliū uiuere, sit  
**dū Euange-** præcepta ex uoluntate libēter facere. Et qui aliter ui-  
uam uiuere, non secundum Euangeliū uiuit, sed secundum  
literam

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 12

literam legis. Quocirca, qui intelligentiam spiritualem, & doctrinam spiritus, intelligunt ipsum Euangelium, & hoc secundum opera exteriora, propè sunt Pelagiiani, quia talia opera etiam ab impijs fiunt, sed opera Euangeliū non nominantur secundum suū exteriū, sed secundum suū interius. Ideo sunt opera ab*Operū dī*  
*scondita*, sicut foris luceant, uoluntas tamen latet. Ea*sintētio.*  
dem causa etiam uocantur opera dei, quia sunt opera gratiæ, & spiritus: cum homo ex se non habeat uoluntatem istam, ac per hoc nec opera ipsa. De ipsis ergo operibus in scriptura frequens est mētio. Et opera hominum aeriter arguuntur, quod sunt similia quidem ueris, sed uera non sunt, quia sine uoluntate gratuita fiunt, sed semper habent uel timorem poenae, uel amorem commodi pro fine. Taliter enim Iudæi uiuebant & docebant, ut dixi: Nam cum Christum ad Pilatum ducerent, nolebāt eum interficiere ne peccarent, sed tradiderunt eum ad occasionem. Sic Saul quoq; de David: Non sit manus mea in illum, & tradidit illum, in manus Philistinorum, quasi ideo esset innocens, quia non manu occideret, sed corde.

Quocirca Christus Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & phariseorum, nō intrabitis in regnum cœlorū. Et quare hoc? Quia accipiebant legem secundum dicta & sonum syllabarū, id est, non secundum intentionē legislatoris. Ideo dicit: Audiatis, quia dictum est antiquis, q. d. dictum, sed non intellectum, uerba tantum audierūt, intellectum autem

## CONTIONES DE QVINTO

autē non cognouerunt, ideo secundū literam uixerūt,  
¶ hoc totū, quia fuerūt antiqui, carnales, Adamitæ,  
terreni. Ego autem dico uobis, quibus uobis? utiq; non  
antiquis, sed nouis, cœlestibus, Christianis, spiritua-  
libus, spiritualiter dico. Igitur audiamus, quomodo  
Christus hanc legem spiritualiter exponit. Et uidebi-  
mus quot genera contra hoc mandatum peccant.

## CHRISTVS HOC PRAECEPTVM per quatuor gradus declarat.

Ocidentes  
opere.

**P**RIMI itaq; sunt, qui irascuntur in effectu, qui  
occidunt ad literam ¶ in opere, de quibus dicit:  
Qui autem occiderit, reus erit iudicio, uel potius, re/  
us erit iudicij, aut iudicio, in dandicau, pro eo quod  
est, obnoxius iudicio. Hoc facile omnes intelligunt, ni/  
si quod sub opere illo comprehenduntur omnes, qui  
hortati sunt, consilium, auxilium, aut quocunque alio  
modo causam mortis dederunt, aut socij ¶ partia-  
pes fuerunt.

Irascentes in  
uerbo.

Secundi sunt, qui irascuntur in uerbo, de quibus di-  
cit: Omnis qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehen-  
na ignis. In uerbo autē, fatue, intelliguntur oēs maledic/  
tiones, cōtumelia, blasphemia, quæ procedunt ex ira  
deliberata. Tales enim, ¶ si opere nō occidunt, tamen  
uerbis ea super ipsum dicunt, quæ si fierent, utiq; ille  
moreretur. Quomodo enim uiueret, si diabolus aufer-  
ret, si pestilētia occideret, si fulmē percuteret, imo ali  
quādo usq; ad anima mortem maledicūt, dicentes, ut  
absorbeat

absorbeat te ignis inferni. Assumit autem Christus uerbum modestius, salicet fatue, ut intelligamus, quid sit de illis, qui durius maledicunt, et hoc ex ira plena, et quae optet interitum illius, quem maledicit.

Tertij sunt, qui irascuntur in signo, de quibus dicitur: Irascetes in signo. Omnis qui dicit fratri suo Racha, reus erit cœilio, signo. in quo intelliguntur omnia signa alia, quae ex eadem ira mortali procedunt, ut sunt auerti facie, tacere salutationem, aut responsionem, gratulatorijs uerbis malum eius protestari, et indignabundis, prospera eius prosequi, de quo philosophus 2. Ethicorum fecit uirtutem Nemesis. Nam hoc signum levissimum Christus posuit, ut iudicandum relinquaret de prioribus, immo quiaристотелия. parce et uerecunde exprimit spiritus mala hominum, sed profunde uult intelligi. Racha certe, si meo iudicio Racha sentire liceat, etiam usitatum uidetur apud omnes linguis, nam et nos cum indignamur, fragore quodam gutturis proferimus, uelut caninum arch seu rach. Talem enim fragorem et asperitatem gutturis, puto dominum significare uoluisse per dictio[n]em istam, et hoc esse quod alij interiectione indignantis exponunt. Non est enim alia interiectione indignantis et quidem uehementior, rach seu rarch, ut notum est. Talis itaque, licet nec uerbo, nec opere occidat, tam id signat, quo cupit eum non esse ira motus, ideo occidit signo.

Quarti sunt, qui irascuntur affectu, et is gradus est causa, qua supra dicti sunt peccata, quo sine, si etiam fierent, et possent fieri, non essent peccata. Ipse enim affectus

Irascentes

affectu.

## CONTIONES DE QVINTO

affectus iræ est caput & uita iræ uerbalis, signi & operis: sine quo non essent ira, de quibus dicit: Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Tales enim latet non occidant opere, uerbo, signo, tamen corde, de quibus Ioan. in Ca. sua: Qui odit fratrem suum, homicida est. Quare: quia nō fauet ei uitam, sed mortem, ideo quo ad cor est occisor fratribus coram deo.

**Opus gratia**  
diuina si hoc  
præceptū im-  
pleturi.  
Igitur hoc præceptum est profundissimum, nec ullus est, qui id impliat sine gratia, cum nullus sit, qui habeat cui irascatur, si recte seipsum consideret, alioquin falsa erit oratio dominica, quæ dicit: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Sine charitate enim impossibile est, ut hoc præceptum non transgrediatur: aut enim diligit, aut odit homo proximum suum, licet nūc nati sint neutrales quidam, dicētes, quod potest nec diligere, nec odire: uerum tu ne illis confidas suadeo.

**Quomodo** Quare, qui uult hoc præceptum implere, studeat hoc præceptū omnibus modis, omnem hominem dulci affectu diligere, imò petat à domino gratiam dilectionis. Et non sibi frustra palpet, quod neminem odiat: ualde enim misericordia & humilis est homo, qui hoc præcepto non peccat. Quia spiritualis illa ira, quæ prohibetur in isto affectu, ita profunda est, ut etiam foris non apparente signo uel uerbo, intus uehementissime uiuat, de quibus Esa. 10. Vnde uobis, quæ profundi estis corde, et quorum sunt in tenebris opera eorum.

Est aut et ira alia spiritualis et bona, quæ uocatur zelus

Zelus dei. Nam nisi dominus etiam uellet significare Zelus dei.  
irā bona, absolute dixisset: Omnis qui irascitur, nunc  
dicit: Omnis q̄ irascatur fratri suo, ne cōtradicat sibi  
ip̄si, ubi ait: Qui odit animā suā in hoc mūdo etc. Qua  
re ira & odium suūp̄stius est nobilissimū, de quo aliās

Sufficit itaq; nobis huius præcepti ista expositio do  
mini, preter hoc quod & multos mouit, cur dominus  
huc ordinem fecerit, ut simplicem iram iudicio, Rachā  
concilio, fatue gehennæ deputarit? Nam id facile pa  
tet, quod per iudicium, quod dicit lex, Qui autem occi  
derit, reus erit iudicio, intelligentur hæc omnia tria  
in spiritu, sicut ip̄se dominus legē interpretatur, quod  
sicut sub, Non occides, comprehensa est uniuersæ pro  
hibitio ire, ita sub iudicio, uniuersa poena iræ. Cur er

Iudicium, cō  
alium, gehē  
na, gradus  
pœne signifi  
cant.

go nunc iudicium distinguit à concilio, & gehennæ  
Primus Lyra sentit, quod textus sit transpositus, cum  
cōalium prius uideatur quā pœna. B. Aug. li. 1. de ser  
do. dicit: Quod ordo grauitatis hic ostēditur in pœna,  
sicut & est in ordine culpæ. Sed quomodo id peragat  
tur inuisibiliter in animabus, nō posse dici, itaq; relin  
quit in cognitione, solum hoc asserens, quod grauior et  
grauior pœna illis gradibus est expressa. Nā in iudi  
cio adhuc datur defensioni locus. In concilio uero tra  
ctatur de coniecto, qua sententia sit plectendus. In ge  
henna uero, est certa & definita dānatio rei. Per illū  
itaq; processum iuridicum exprimitur grauitas diffi  
rentium criminum, quæ quo modo vindicentur, cum  
id B. Aug. non expreſſerit, nec posse exprimi dicat,

## CONTIONES DE Q VINTO

ego quoq; desistam exprimere. Nam si dominus dif-  
ferentes poenas uellet illis gradibus significari, ita q<sup>z</sup>  
reus iudicio, nō sit reus cōālio, aut gehenna, sequitur  
quod mortalis inuidia, non sit rea gehenna ignis, neq;  
maledictio, neq; detractio, quod est falsissimū. Immo  
sequitur, quod occidens opere, peius mereatur suppli-  
cū, quā gehennam ignis, quia peior & grauior illis  
tribus est, cū tamē nō sit peius suppliciū.

Quare ut meditari liceat, sine temeritate, omniū  
istorum quatuor, seu sint plures gradus occisionis, eti-  
am in opere, quod utiq; uerum est, quia grauius occi-  
dit, qui patrem & matrem, aut uxorem occidit, quam  
alium hominem, una est poena, salicet eterna damnati-  
o, & gehenna ignis, sed differentibus gradibus inse-  
renda, quod significatur illis ordinibus graduum. Nā  
sicut remotior est à poena, & tardius ad eam uenit,  
qui iudicio tantum sifstur, in temporalibus, ita tar-  
dius, id est, minus intense, ac leuius punitur in infer-  
no, qui solum iratus fuit. Nam quod in tempore est,  
tarditas, aut celeritas, hoc in eternis est intensio, aut  
remissio. Immo tarditas, & celeritas in corporalibus  
proueniunt ex intensione et remissione spiritualium,  
ut patet in feruidis & ignavis animalibus, que multa  
breui, & modica longo tempore perficiunt. Segnis  
enim anima, modica agit, ubi intenta facit plurima.  
Ita sicut qui cōcilio reus est, ppior est malo suo, quā  
qui iudicio, et tamē remotior, q; qui gehennæ, ita inten-  
sius in illa punitur hic quā ille. Reus uero gehennæ sine  
mora

PRAECEPTO DOMINICO. 130

mora est, id est, intense nimis punitur, et non remissee.

Qui uero occidit, et peius quam occidit, utique intensissime punietur. Hæc ita dixerim, ut nihil affirmauerim.

Sed sunt quidam occulæ superbi, qui secure sibi per

suadent, se esse non esse reos huius præcepti, quia non

occidunt, non irascuntur, nec consciensibi sunt odii,

quod potest fieri, et uerum esse, sed non in hoc se esse

iustificatos putare debent, et hoc præceptum penitus

euacuæ ac implesse. Quia lex immaculata, et igne

examinata, ac septuplum purgata. Idcirco non ante se

quis glorietur, non peccare in ira contra fratrem, quam Modus ex-

se senserit ita mitem, et pacatum, ut si auferantur plorandi sui

etiam omnia cumuita, non uelit irasci contra ause ipsius an non

rentem, ac non irascatur cum fuerit ita factum. O quam oderit fratre

grande et profundum est uerbū hoc. Facile est non ira

sæ pacificis, et ijs qui non ledunt, hoc et gentes, hoc

bestiæ quoque faciunt, et bestiæ etiam immaniores.

Quam egregia ergo est iactatio iustitiae, quod non irasceris pacificis, scilicet usque ad serpentum et leonum peruenisti mansuetudinem. Verum si auferatur tibi pecunia, domus, pater, mater, frater, soror, filius, ager, corporis membra, et ipsa uita, hic uide si possis, non solù non irasci, sed etiam gaudere, et benedicere deum, ac benefacere haec facientibus. Si haec potes, gratias age, quia gratia dei habes. Si non posset te inuenies, intellige radicalē illā irā, ipsam spiritualē occiden- di uoluntatē intus latentē. Hac enim lex prohibet, et expugnat, ideo gratia hic opus est, quam sic cognita im-

## CONTIONES DE QVINTO

possibilitas per legē cogit querere. Dicis itaq; mihi,

Ne uelle qui Ita ne purū esse oportet hominē, ut ne uelit irasci qui  
dē irasd.

dem in omnibus malis sibi illatis? Respondeo, ita purū  
utiq; quia nihil inquinatū intrabit in regnū cœlorū.

Quam diu enim ista manet uoluntas in nobis, que  
data occasione, ruit in iram, sumus immundi. Opor-

Aduerte quā tet ergo ita mundam fieri ut non solum, sicut dixi, nō  
purum cor es irascatur, sed etiam benedicat maledicentibus, bene-

se debeat. faciat per sequentibus, gratias agat deo in aduersis,  
et optet plus aduersitates, ut solum peccatum odiat,

et non pœnam, secundum illud: Benedicite lux et te-

Oderit pecca nebræ dominum. Et benedicam dominū in omni tem-  
tum non pœ pore, semper laus eius in ore meo. Ideo quod Iudeo-

rum sancti tales non eſſent, dictum est de eis. Psal-  
s. Deſtruas inimicum, et defenſorem. Ideo dixi, quod  
lex est ſpiritualis, q; enim aliter hoc preceptū intel-  
ligit, Iudaice et literaliter intelligit, et non abundat iuſtitia eius à iuſtitia phariseorum.

Sex gradus DE GRADIBVS ISTIVS PRAE C.  
huius pre / INDE B. Aug. li. i. de fer. do. sex gradus colligit in  
cepti.

I hoc mandato. Primus est, lædere etiam si non sis  
læſus, que est ſumma iniuſtitia. Secundus est, læde-  
re grauius quam ſis læſus, quod accedit ad legem Mo-  
ſi. Tertius est, lædere tantum quantum ſis læſus, hu-  
c uſq; lex Moſi proceſſit, que dicit, Dentem pro den-  
te, oculum pro oculo, hec enim donat aliiquid, cum  
maiori pœna dignus sit nocēs, quam innocens omni-  
iure. Quartus est, Læſus non lēdas tantum, quan-  
tum ſis

tum sis læsus. Quintus est : Læsus omnino non lède  
re, hic appropinquat præcepto domini , sed nondum  
est ibi. Sextus est, læsus paratus ut sis amplius lèdi,  
hoc est alteram maxillam præbere . Vide itaq; quām  
funditus iram extripari uelit, ut non solum non ira-  
scatur, sed etiam optet lèdi, hic enim mūdus est. Nōne  
qui hēc audis, cogitas illud psalm. Latum mandatum  
tuū nimis? Quod si quis non lèditur ab alio , necesse  
est, ut seipsum lèdat, & irascatur sibi multis contri-  
tionibus. Ideo non est melius, nisi ut sicut præceptum  
est, diligi proximum sicut seipsum, ita quisque odiat  
seipsum , sicut proximum , ut sic omnia reducantur  
ad iustum formam.

Quoārca, uis irascibilis, quæ hoc præcepto occidi-  
tur & mortificatur , ipsa est inimica crucis Christi . Vis irascibili-  
lis.  
Ideo quoniam ipsa est homicida, & occidit, oportet  
ipsam quoq; non uulnerari, sed prorsus occidi et mor-  
tificari, & legem talionis in illam exeræri. Qui enim  
occidit occidetur, occiditur autem ista lege . id est, signi-  
ficatur occidenda, gratia autem sola occidit eam in ef-  
fectu. Quia occisa, homo fit mitis, patiens , suauis ad  
quosq; etiam paratus inimicos diligere , & eis bes-  
ne facere, gaudere in tribulationibus. Quia omnia im-  
pedit impatiens illa, ac cruda uis irascibilis, quā heu  
quām pauci attendunt, securi de alijs suis bonis operi-  
bus , ignorantes quām uehementer sit spiritualis , &  
immaculata lex domini .

Igitur qui amat crucem, & gloriatur in cruce do-

## CONTIONES DE QVINTO

mini, hic est qui non occidit, non irascitur. Nam haec  
est uera differentia spiritualis, ira bona, & male, quod

Ira mala. ira mala, propter mala poene tantummodo irascatur.

Ira bona. Bona autem solum propter mala culpe, ideo sibi tan-  
tum displicet, et seipsum odit propter peccata, omnes  
alios diligit, & non odit ullum, propter res ablatas.

## AT DICIS.

Si hoc ita esset, nullus saluus fieret, uel nimis pau-

Lex spiritum ci. Respodeo, ideo dixi, quod ualde spiritualis est lex,  
& eo conandum, ut sic impleatur, nec mirum quod

pauci saluantur, nec tamen ideo desperandum, quia  
quod impossibile est nobis, deo possibile est, ut Lucae 19.

Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt  
apud deum, hoc est quod dixi, lex recte & spiritua-

Ad gratiam liter intellecta terret hominem, & cogit humiliatum  
cōfugiēdum. ad gratiam confugere, ac de scipso desperatum, oculos in cœlum leuare, & dicere: At te leuavi oculos

meos, qui habitas in cœlis, &c. Et iterum. Le-  
uavi oculos meos in montes, unde ueniet auxilium

mibi. Quia hic nulla est fuga, hic enim oportet  
hominem uenire, ut sit ita mundus, siue hoc fiat in

uita, siue in morte, siue in purgatorio. Noli ergo  
superbire, quod non peccas, si sentis te irasci pro tem-

Irascens pro poralibus, quia nondum es in spiritu iustus cum Chri-  
temporalibus sto, sed cum Mosaicis in carne. Quod autem de isto

nondū est in präcepto dixi, de omnibus intelligendum est simili-

spiritu iu = modo, quodlibet enim illorum est spiritualis, immat-  
erius.

raro

ratio sic exponatur, ut Psal. II. de eiusmodi conqueritur. Vnde qd' in Græc. dicitur: Omnis qui irascitur fratri suo, sine causa, merito per B. Hiero. iubetur eradicari. Littera enim (ut ipse ait) ois occasio iræ in isto præcepto.

Sine causa, adiecit ita  
particula est

Et illud additum est, quia in ueris libris nō habetur.

At obijcitur, Tu de perfectis loqueris, non autem omnes dānantur imperfecti. Respōdeo, uerū est. Sunt gradus in isto & quolibet præcepto, ut isti quatuor à domino in Euāgelio isto distincti, & sex per B. Aug. ut uisum est. Primiū est enim, ne occidas opere, tamē prospiciēdum ne etiam uerbo, ac deinde ne signo, inde nec corde. Quod si nūc mereri etiā uolueris, oportet ut etiam libenter optes aduersa, & feras cum gaudio. Scio non oportere statim esse perfectum, sed gradatim ascendendum. Verum oportet tandem perfici, & tendere semper ad profectum, & non stare ac contentum esse in aliquo gradu p̄dicatorum, sicut mulier faciunt, peius peccantes propter nō proficiere, quam alij propter non incipere, eo quod illi superbiant deinceps iustitia.

Conandum  
ad perfecti  
nem.

In de deniq; s̄epius uenit, ut pessimi peccatores ac meretrices, compuncti statim ita perficiantur, ut in superium gradum euolent, parati omnia amittere, & sustinere cum gaudio, ubi alij multis annis laborantes, nec secundum attingunt. Quod si dixeris, nō mirum quod magni peccatores sic compungantur.

Superbiētes  
de iuxta in  
stitia.

Ece ece, hic te audio pharisee, tu non es magnus peccator, non es sicut ceteri hominum, inuenisti

CONTIONES DE QVINTO  
uias tuas bonas. Et cætas nimis profunda, & lata,  
quasi ista superbia nō sis peior illis omnibus. Igitur,  
cogitandum semper, ut nō tantum ira, sed fomes ipse  
iræ, & totus Adam occidatur, arbor cum fructibus &  
radice. Ira enim uiri iustitiam dei non operatur. Non  
enim præcepta sic tantum sunt discenda, ut scias con-  
fessionem facere, quia iste fomes non pertinet ad con-  
fessionem, sed tantummodo opera, neq; tollitur per con-  
fessionem, quia neq; per baptismum. Sed cognoscen-  
dum peccatum, & quid faciendum tibi sit, & quid  
à deo petendum: per legē enim cognitio peccati. Quia  
præceptū dei plus requirit, quam possumus. Sed hic  
clamat, ergo impossibilia prædicta hæc est blasphem-  
ia, ergo iniuste damnat. Respondetur non, Sed ideo  
præcipit, ut misereatur, & humiliet ad gratiam qua-  
rendam. Qui enim solum dicit ea, ut possit cōfiteri,  
uadit præsumens facere, quæ didicit, & peius sem-  
per ruit, nihil aliud faciens, nisi quod consciētiam a-  
get, & magnificat.

#### COROLLARIVM.

Peccatum est Quod homo non est perfe- } imputatur  
nō esse per- fectus, sicut debet esse, pecca } alijs }  
fectum, sed tum est, sed } non imputatur.  
nō omnibus      Imputatur ijs, qui stant, quia tales peccatum suū nō  
imputatur.      odiunt, quod est in eis, scilicet somitem, ac per hoc di-  
ligūt, & foedus cum gentibus Cananeis ineunt. Non  
imputatur eis, qui studio assiduo illud expugnant:  
propter

propter hūc enīm seruorē & prosectū, non imputatur eis, licet sit in eis: q[uod]a licet sit in eis, tamē nō est in eorū uolūtate, sed cōtra uoluntatem in carne. Ideo nō est in eis, q[uod] est in eis. vnde Aposto. dicit: Scio quod nō habitat in me, id est in carne mea bonum, habitat in eis, sed non regnat in eis, sicut lebus ei inter filios Israēl, sed nō regnabat. Et Ro. 7. Nihil damnationis ihs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Quare? qui i qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum cōcupiscentijs suis. Ambulant enim aſſidue contra carnem, nō secundum carnem, id est ex pugnant fomitem, quem illi sterentes secure omittūt, de operibus contenti bonis.

Quid enim putas significat passio & mors Christi, nisi mortem ueteris hominis ac totius Adam? qui licet non subito occidatur, tot tamen alapis, colaphis, flagris, spinis, tandem clavis pungendus & fodieđus, donec expiret inclinato capite. Caput est, ipſe fomes, Fomes peccati intima radix irae & concupiscentiæ, qui non occiditur tñ extinguebitur nisi multis aduersitatibus fractus, tandem quiescat dus mortuus.

I dem significatū est, quod olim filij Israēl omnes mortui sunt in deserto, pr̄eter Iosue et Caleph, & nō nisi alia generatio intravit terrā promissionis, quæ secundam circūcisionem in spiritu figurabat, ut non tantum à temporalibus, sed & à spiritualibus bonis abstineretur.

N V N C uideamus Theologos nostros, quid de In Theolo-  
r s preceptis

CONTIONES DE QVINTO  
gos scholasti præceptis istis sentiant: Dicunt itaque, quod inten-  
tio legislatoris non fuerit, ut in charitate seruentur,

nisi quis uelit uitā ingredi, secundū illud: Si uis ad ui-  
tam ingredi, serua mādata. Alioqui (inquit) seque-  
retur, quod peccaret, qui non occideret, & hanc ob-  
missionem sine charitate præstaret. Ecce hæc dicunt  
ij, qui nobiliores in Theologis. Quid autem dicunt,  
nisi quod Iudei etiam sapiunt & dicunt, sälicit lite-  
ram & traditionem facientes ex spiritualissimo man-

Hoc præcep-  
tum est in  
charitate im-  
plendum.  
dato dei? Non occides enim, intelligunt (id est, non  
facias opus homicidij) quod utiq; cum facile conti-  
natur obseruari, statim irruunt, & dicunt, præceptū esse  
seruatum, nisi forte non in charitate, sed hoc non est  
peccatum, nec transgreſio huius præcepti. Quid fa-  
ceremus istis Pharisæis interpretibus, si non ipse do-  
minus hoc præceptū exposuisset? prompti enim essent  
negare, quod in illo ira cordis etiam prohibita sit, nē  
si quando nō irritatus, ex malitia ira sceretur homo,  
quod tamen nescio an hoc pertinere sentiant. Si ergo  
scirent, quod ista malignitas ira radicalis radicitus  
hic prohibetur, utiq; non negarent, præceptum in cha-  
ritate fieri iuſū esse, nisi dixerint aliquē suis uiribus  
posse iracundiam in mititatē mutare, sine gratia.

Secundo, illud quoque uel somniant, uel somniar-  
re cogunt. Quod non occides &c. referatur ad tem-  
pus quietis, in quo si quis irasceretur, peccaret, quod  
ille nimirum uult, qui glossauit, sine causa. q. d. si fue-  
rit non pulsatus iniuria &c. quasi nō peccet, si Iesus  
indignetur

## PRAECEPTO DOMINICO. 134

indignetur laudenti: non enim hucusq; intrant in præcepti cognitionem, ut uiderent, quoniam omnia refe-  
runtur ad tempus temptationis, & probationis, ut homo ibi agnoscit spiritum eorum, & carnalitatem suam, dum senserit se se rapi uiolenter ad peccandum, &  
non inuenit in carne sua bonum, ut gemat pro gratia sanitatis: hic enim sine gratia homo nō potest irā  
obmitere, & impatientiam, ut patet experientia. Alio  
qui nō doeretur homo hic aliam iram ponere quam  
diabolicam, quæ est, non irritatū irasci ac nocere, quæ  
nullis fermè bestijs inest, aut quam paucissimis. Similiter somniant de actu diligendi deum super omnia,  
scilicet in tempore quietis, & non cogitant quam im-  
possibile sit in temptatione & passione.

Hoc totum illi pulchre abscondunt, quando dispu-  
tant solum de operibus præceptorum secundum facie  
syllabarum: tunc enim inueniunt Iudaicæ illius cœda-  
tatis monstra, scilicet quod gratia non est necessaria,  
nec intenta in præceptis, nisi conditionaliter, & hoc  
non propter defectum hominum, sed propter inten-  
tionem præcipientis, ut gratia fiat odiosa cunctis,  
dum potius uelut noua exactio imponitur supra le-  
gem, & impossibiliorē faciat salutem, quam lex ipsa,  
& non sit potius adiutorium & consolatio ihs, qui le-  
gem debent implere. Sic sic cogunt imaginari Theo-  
logi monstra ignorantiae, & prodiga tenebrarum.  
Igitur in gratia fieri præcepta, nō solum est intentio Hoc præcep-  
præcipientis, sed indigentia facientis. Nam uerū est, ptum nō pos-  
quod

## CONTIONES DE QVINTO

test impleri quod ille peccat, qui non occidit, existens extra gratiam, in spiritu si non autem peccat, quod non occidit ad literam, sed quia ne gratia dei intus occidit corde, in spiritu. ubi, sine gratia, non potest esse sine ira, & somite indignationis, ut patet experientia tentationis & occasione data per aduersitates: hoc enim latens malum irae facit, ut non possit non occidere, ergo reus est praecepti spiritualis, licet sit non reus eiusdem praecepti literalis. Patet ergo quod de lege loquuntur ad literam.

Tertio ex eadem caligine concludunt, quædam esse præcepta tantum negatiua, quædam affirmatiua, hoc iterum non est uerum, nisi corticem syllabarum teneat. Nam illo præcepto, Non occides, exprimit uehemens tissimam affirmatiuam, scilicet illam: Esto mitis & ex corde mansuetus, ac patiens, & quietus, ac pacificus. Negatiua enim in scripturis ideo ponitur, quia affirmatiua non est tam uehemens, ut ibi: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, id est, in aerum ei cumulabitur. Et Psal. 109. Iurauit dominus et non paenitebit cum, id est, maxime & eternaliter placabit ei. Et illud Psal. 1. Beatus uir qui non abiit, id est, maxime hic inter pios profeat. Et sic de multis alijs. Nam & Apostolus Roma. 7. exponit illud: Non concupisces, affirmative, dicens: Quod uolo bonum, id est, contrarium concupiscentiae (scilicet castitatem & amorem) non facio: facere enim positum significat. Igitur hoc præceptum est quidem negatiuum secundum literam, sed affirmatiuissimum, secundum spiritum, quia dominus, requirit,

requirit, ut sint mites et pacifici. Illi autem relinquunt internam foeditatem, quam Synagoge improperebat dō minus, dicens: Sordes in pedibus eius. Tren. 1. Et Deus te. 22. Peccauerunt ei, et non filii eius in sordibus.

Sic et illud: Non mœchaberis, negatiuum est, sed secundum literam, habet autem hanc affirmatiū spiritu ritualissimam. Esto castus, continens, temperans, sobrius, modestus. Et hoc ex intimo, propterea, gratuitoque corde. Hic autem gratia utique opus est, non propter deū intendentem præcipiendo, sed propter carnalitatem nostram impotentem faciendo.

Sic illud: Non furtum facies, litera est negatiua, sed spiritus affirmatiuuus, scilicet, esto pauper spiritu, contentus presentibus, ac modestus. &c.

Quin et illud primum. Non habebis deos alienos, est affirmatiuum, scilicet, dominum deum tuum diliges et coles, unum, super te, et omnia, alioqui non erit unus, si aliud cum eo diligitur.

Et illud secundum similiter: Non assumes nomen domini dei tui in vanum. Haec est litera, sed spiritus dicit: Sanctum et terribile nomen eius. Et iterum: Ois qui inuocat nomen domini saluus erit. Vult ergo assumi nomen dei assidua reverentia, et timorosa inuocatio, magis autem glorificari et benedici humili sue ignominiae confessione.

Et illud tertium: Sabbatho sanctifices, id est, ad literam, nullum opus in eo facias, litera est negatiua, cum ibi affirmentur nobilissima, et maxima opera dei, in audiendo,

## CONTIONES DE Q VINTO

audiendo, docendo, meditando uerbo dei in spiritu intus, foris quies, intus maxima actuositas dei operans,

Prime tabulis. Et si hæc tria precepta exponas spiritualiter (id  
iæ precepta est, de internis operibus) inuenies, quod primum sit  
sunt de tri= charitas dei. Secundum fides. Tertium spes. Nam nō  
bus uirtuti/ habere alienū deum, est deum diligere super omnia.  
bus Theolo/ Non assumi nomen eius in uanum, est credere in no/  
gicis. men eius, & ipsum in fidei spiritu intus inuocare &  
glorificare. Quomodo enim inuocabunt, in quem nō  
crediderunt? omnis enim qui inuocat nomen dei sal-  
uus erit. Porro sanctificare quietē, est sese p̄missibile  
deo p̄stare, ut in illo deus solus operetur, hic patiē-  
tia et spe est opus. Nā hic in caliginē intratur, ubi ho-  
mo nō operatur, sed duātur uia passionis mirabiliter.  
Quoties ergo pateris, toties operaris non tu, sed quietis,  
et deus operatur in te: sed tu nescis quid, quia pa-  
teris & es nuda materia. Hoc est quod ait, uacate et ui-  
dete, quoniam ego sum deus. Spes sola hic regnat in  
charitate per fidē. Recte itaq; B. Augu. dicit, qđ cul-  
tus & latria dei est in fide, spe, & charitate. At hæc  
sunt affirmatiuissima, & tres Theologicæ uirtutes,  
sub litera istoru trium uerboru significatae negative.

Vnum restat affirmatiuum, Honora patrē & ma-  
trem, sed & hoc quomodo sit spirituale, dictum est  
supra. Licet litera solummodo honorem signi exter-  
ni docere uideatur, sed subtilis affectum timoris &  
obedientiae promptitudinem requirit, que sine gra-  
tia, non est possibile fieri, ut patet in probatione  
tentationis.

PRAECEPTO DOMINICO. 136  
tentationis, ubi occasio uenit ipsum obseruandi contra uotum uniuscuiusq.

I am illud quartum satis notum est: Non falsum testimonium dices, literam esse negatiuam, sed affirmatiuam esse in spiritu, ut proximo tuo sis ex corde paracletus, excusando, defendendo, & omnia, quæ tibi uelles fieri in famæ periculo, & conscientia.

Reliqua duo similiter nota sunt, quod non conatur pescere ad literam, hoc sit ex corde fauere proximis oīa bona, & nolle ullū malū. Ex quibus omnibus patet, quod decalogus ad literam sonans, recte in spiritu exponitur à Christo & Apostolis, ubi docent fidem, spem, charitatē, obedientiam, reuerentiam, humiliatatem, mansuetudinem, pacē, patientiā, modestiam, castitatem paupertatem, bonitatem, benignitatem, hilaritatem, mutuam benevolentiam &c. Hec quidem postolis spiritu sunt affirmatiua, sed sunt spirituales sermones deca- logi omnino. Decalogus à Christo et a Spiritu

R E V E R T A M V R itaque ad propositum.

Incipit autem à mansuetudine ac suauitate spiritus instruere hominem, ut deo similis esse studeat homo erga proximum sicut uult deū erga se esse. Nam bonitas summe commendat deum, ideo ut homo sit mitis, benignus, suavis, mansuetus, clemēs, faēlis, tractabilis, bonus, id est, deo simillimus, dicit: Non occides, non sis occisor, non sis crudus, asper, durus, amarus, difficilis, indignabundus, Hoc autem efficit spiritus

CONTIONES DE QVINTO  
at spiritus gratiae, qui hoc precepto queri et peti cogi-  
tur. Hoc idem dicit dominus Matth. 5. Beati mites,  
quoniam ipsi possidebunt terram.

### COROLLARIVM.

Frustra sibi blandiuntur, qui non ocedunt, & tal-  
Carentes be- men ut sint benigni ex corde, non querunt, quia per-  
nigritate cor hoc solum speciem precepti, & literam habent mor-  
dis. tuam, quibus uelut umbris protegitur interior umbras  
Behemoth. Et de mus simile.

Calx apparet frigere, ac sine calore, sed effusa a-  
Simile. qua, furit ardore, solo autem oleo quietissime extingui-  
tur. Sic homo adustus fornace materna cōcupiscentie,  
occultam habet radicem irae, quae erumpit, data tenta-  
tione, nec sanatur nisi per oleum gratiae.

### A L I V D.

Latro uel homida, aut aliis grassator, si non occi-  
Aliud simile adit, aut percutit de facto, nunquid contentus est in eo  
principis, si arma non ponat? suspicabitur enim, quod  
data occasione percutiet. Ita homo, & si non irascatur  
de facto, tamen habet intus gladium irae, et si in ua-  
gina reconditum, sed non placet deo, nisi ponat gla-  
dium et abijciat. Nec satis est quod in uagina sit, timor  
est de futura occasione. Nam iste est gladius, quo occi-  
sus est filius dei. Ideo etiam si non occidas, tamen co-  
ram deo occisor es, quia in armis occisionis filii sui  
inueniris. Quis enim coram principe securus gladium  
portet, quo constituerit filium principis occisum? ideo  
iram

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 137

iram tā longe fieri oportet, & ex intimo corde, ut nō possibile appareat aliquādo ipsam erūpere. Sic canis, etiam si opere nō mordeat, nunquid ideo non est mor dax? Immo eo peior, quo insidiosior. Sed heu has insidias nostras cordis quām pauci obseruant. Vnde Psal. 5. Interiora eorum insidiæ, quod nos (cor eorū uanum est) habemus.

Igitur incipientium gradus primus, est proprius, scilicet abstinere à facto homicidijs, seu per se faciēdo seu consentiēdo, consiliando, auxiliando, ut solet tertia lingua, et susurro, author cædiū, facere, miscre iras & dissensiones, rixas, insidias, homicidia, ut Gal. 5. docet Apostolus. Hic gradus uidetur facilis & exiguis, sed est grandis, si recte inspiciatur, & pauci sunt innoxij, quia pauci sic linguā temperant, ut nō se minent discordias, ac per hoc quantū in eis est, homicidia incipiunt. A' quo malo magno & frequenti libram fuisse matrē suam August. dicit ex singulari gratia dei. 9. Confess. Neq; enim ab eo facile se liberū sentiat, nisi qui pacificus ac mediator utilis est, ut ea tantum narret, quæ concilient ac placent iratos ac discordes, aut magis conciliēt concordes, taēndo mala, & prædicando bona utriusq; apud utrumque. Sicut legitur exemplū quoddam de nuncio prudentijs seruo, missō à domino ad quendam, ut migrare iuberet de domo eius. Ille autem salutari dixit eum à domino suo. Et ad dominum rursum reuersus, dixit, illū uel le migrare, donec mira (ut nunc omitto) ordinatione

Exemplum.

## CONTIONES DE QVINTO

dominus mitigatus intelligeret prudentiam serui. Quia

**Detractor** propter recte dictum est, quod susurro seu detractor  
ter homicida est ter homicida, tres enī uno ictu occidit, primo scip  
sum, deinde eū cui susurrat, tertio cui detrahit, quia

os quod metitur, occidit animam. At excusant se dis  
cuntq; se uera dicere, sed male, quia uerum debet uer  
re dici secundum illud. Quod iustum est, iuste exequas

**Ettā uerū fit mendacium.** Ergo etiam uerum fit mendacium, dum non ubi  
mendacium. quomodo, quando, cui, quantum diā debet, dicitur.

Hinc & B. Bern. dicit, quod detractor habet diabol  
um in lingua, qui auscultat in aure. Secundus occasus  
est ipse auditor detractoris, quia similiter peccat,  
præter hoc, quod ad iram id est, mortem, eum indu  
at. Tertius ipse passus, qui cognito isto malo, simi  
liter ruit in iram, id est, mortem, quod si non ruit, non  
est detractoris beneficium, sed dei, fecit detractor,  
quātum in eo fuit. Cetera mala detractoris alibi.

Et epistola Iacobi de malo lingue tractanda foret, ut  
appareret, quātum latus sit iste primus gradus huius

mandati, & quā pauci in illo sint.

Et breuiter id faciemus. dicit primo capitulo. Itaq;  
dilectissimi fratres, sit omnis homo uelox ad audienc  
iam, & tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Ira  
enim uiri iustitiam dei non operatur. Istis uerbis ad  
mansuetudinem monet, unde sequitur. Propter quod  
abijcentes omnem immundiciam, & abundantiam  
malicie, suscipite in mansuetudine insitum uerbū etc.  
q.d. ne perficeritis omnem immundiciam, & abunde  
nimis

nimis maliciam, hoc est, ne tradatis uos immundicia & malicie, ut omnem expleatis, sed satis est, quod resistentibus, & abiectibus, ad huc tamē adhærebit uobis immundicia & malitia. Omnem, & abundantiam, addit ad significandum, quod qui contra pugnat, non sine immundicia & malicia tamen sunt, quanto magis omnem, et immundicā habent, qui nō pugnat sed obediunt secundū illud psal. Astitit omni uiae non bonae, quia sequitur. Malitiam autem non odiuit.

Porrò immundiciam seu sordiciem uocat concupiscentiam, que est sordicies animæ & spiritus, que et tia immundausa est irarum inter homines, ideo enim inuidem ira dicitur, stuntur, quia alter alterius concupiscentiam impedit, ideo hanc uelut immundiciam totalem & capitalem abiiciendam docet.

Maliciam autem ipsam iram dicit, que & ipsa est abundantia & superfluitas quedam spiritus, sicut fœra dicitur da corporis, superflua sunt. q. d. sterlus & superflui malicia, tate malicie, id est, maliciam que sterlus & obscenū est animæ, abiijate & nolite fouere.

Hoc autem fit, si uelox sit quisq; audire, tardus loqui. Irati enim sunt non tantum uelocius ad loquendum, & tardi ad audiendum uerum etiam impotentes ad tacendum & audiendum, quia uelox ad iram, uelox etiam est ad loquendum, et econtra. Quare optimū remedium frangendi iram, est, ut homo sibi uim iram faciat et assuecat. Primum, tardus esse ad loquendū, quando fuerit iratus. Secundum, quod est perfectius,

## CONTIONES DE QVINTO

tardus ad iram, ut proponat in corde non uelle mos  
ueri ad iram, & uelle aliquando experiri, an posſit  
tacere offensus.

At excusant se quidam, quod propter deum & iu-  
ra uiri iustiū statim irascuntur, & loquuntur, quibus occurrit, dicens:  
Ira uiri iustitiam dei non operatur, impossibile est, ut  
operator. deo placitum faciat opus, qui iratus, & ex ira facit,  
cum sit deus pacis & suavitatis, cui nullum turbulen-  
tum placet. Memorabilis sententia, quā multi nimis  
ignorant, qui contra iniusticias indignātur alienas, su-  
as autem etiam palpant, et lactitant quandoq;.

Ita & infra. Si quis uidetur religiosus esse inter  
uos, nō refrenans linguam suam, sed seducens cor su-  
um, huius uana est religio. O' magnum uerbum, quā  
multi sunt uerbosissimi. At etiā (de quibus hic pro-  
prie loquitur) amari, iracundi, & asperrimi, & tan-  
men uolunt religiosi & sancti uideri. Idem ergo est,  
quod religio linguosi uana est, quod ira uiri iustitiam  
dei nō operatur, ita ira facit per linguam religionē, &  
omnē iustitiam uanā, id est, foris speciosam, sed intus  
vacuam, ideo & seducit, nō alios sed cor suum, putās  
se religiosum, cū nō sit.

Religio lin-  
guosi uana  
est.

Et capite. 3. pericula linguae et mala describēs ait:  
Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes,  
quoniam maius iudiciū sumemus. nolite, inquit, plures,  
id est, nolite omnes uelle docere, & prōptū esse ad lo-  
quendū, ac docendū, et tardi ad audiendū, sed quilibet  
optet, se discipulū posse fieri, et alteri cedat magisteri  
um sui.

PRAECEPTO DOMINICO. 139

um sui. Ne fiat turbulentissima dissensio, ut ubi plures sint qui doceant, nulli qui audiant, & quilibet contra aliū, omnia repleant dissensionibus, sicut fecerunt heretici in ecclesia. Magistros fieri non est malum, sed quod multi uolunt fieri, id est, quod uolunt esse diuersi, neuter neutri audiens, hoc est, quod maius iudicium sumūt. Et hoc dissuadet tali periculo, quia etiā absq; illo maiori iudicio, quod tales accipiēt, iam satis offendimus. Non est necesse occasionem peccati quaere & maioris iudicii accipiendi. Quia in multis enim offendimus omnes. Omnes tales sumus, quod offendimus, & hoc nō tantū in uerbo, sed in multis. s. oculis, auribus, manibus, ac omnibus sensibus, deinde cogitationibus. Et istae offenditiones debent nobis sufficere, ne & maioribus nos offeramus. Deinde hoc etiā per Supbe alter suadet, ne alter alterū superbe presumat docere, qua alterum non si ipse nō offendat in ullo. q.d. ut quid appere uos inui doceat. tam reprehenditis, & unusquisq; alterius magister fieri nititur? An ignoratis, quod omnes, nullo excepto, offendimus, nō in uno tantum, sed in multis?

Quod si quis in paucis uel in opere non offendit, quid de uerbo sentiet? Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. q.d. hic se perfectum & non antiquam, etiam in uerbo non offendit. q.d. talis nullus erit inter uos, quia in multis offendimus omnes, multo magis et in uerbo, ut quid ergo cōtra inuicē superbitis et cleuamini, ac nō potius in mansuetudine inuicē monetis et portatis? Hic inquam perfectus uir. Potest

## CONTIONES DE Q VINTO

etiam ferno circundare totum corpus , id est , si potest  
linguā domare , potest etiam totū corpus suum à pec-  
cato custodire , quia , q nō peccat in lingua , sine dubio  
¶ alia mēbra iā domita , ¶ obedientia habet sub fre-  
no . Deinde tres proponit similitudines , à quarū una  
iā cooperat . Ecce equis frenā in ora mittimus , ad con-  
sentendum nobis , et totum copus eorū circumferimus .

## S E C U N D A .

Ecce naues cum tante sint , ¶ à uentis ualidis mi-  
nentur , circumferuntur autem à modico gubernacu-  
lo , quo impetus dirigentis uoluerit , ita lingua modi-  
cum membrum est , ¶ magna exaltat , seu iactat , q.d.  
equos frenare , ¶ dirigere possumus , ¶ naues , im-  
mo , ut infra , et bestias . Lingua autem , contra , cum sit  
modicū membrum , debuit maxime posse cōprimi , ¶  
dirigi . At ipsa magna potius iactat ac mouet , que ali-  
as reguntur bene , mouet ¶ iactat omnia , sicut uetus  
naues , recte contraria gubernaculo , qd' frenat naues ,  
similis est in quantitate clavo nauium , et in effectu ta-  
men cōtraria , similis potius uentis et turbinibus .

## T E R T I A S I M I L I T V D O .

Ecce quātulus ignis , quantā syluā , id est , fit ut par-  
vulus ignis magnā materiā succēdat , totā sciliat syl-  
uā . Et lingua ignis est , uniuersitas iniquitatis . Gērc.  
mundus iniustitiae . q.d. tot parat iniustias , ut quasi  
mundus putari possit , quia ignis est , et multa incendit

Istis omnibus ¶ sequētibus uerbis id agit , ut nos  
moncat

## PRAECEPTO DOMINICO 14°

moneat & doceat, quia maximus hostis noster est lux. Lingua mai-  
qua propria, atq; ab ea non minus cauendū, quā ab aliis maximi-  
nimo maximo, & quo est minor, eo nočetior, mis-  
nor in re, sed maximus in uirtute. Nihil enim facilius  
lædit conscientiam quam lingua, ideo enim & in mo-  
nasterijs silentium instituitur, licet contra illud diabo-  
lus Logicam quoque illuc introduxerit, garrulitatis Logica gar-  
rulosissimam magistrum. Eadem causa, ut ueloci- rula.  
citatem locationis compesceret, dominus minatur, de  
quolibet oīoso uerbo rationem reddendam dura, sed  
necessaria sententia aduersus tam lubricam pestem, ac  
presentissimum ueuenum.

Item id et philosophi uiderunt, quod homini ideo  
sunt due aures datae, sed una tantum lingua, atque  
aures ipsae non tantū patulae, ac aperte foris, sed etiā  
auriculis atra mamicetiibus, ut facilius audiat, deniq;  
tortuosa & uerbo quodāmodo obiecta, ne facile uer-  
bum præteruoleat. Lingua autem non tantum clau-  
sa, & latens, uerum etiā osseō muro arcunclusa, scilicet  
et dentibus: deinde uallū carneum, id est, labia, pre-  
ter hoc quod tantum à pulmone distat, & corde, tot re-  
quirat instrumenta, cū aures nullo indigeant, adhuc  
ipsa uelocior est omnibus sensibus.

Ecc, quinq; sensus uelut quinq; naues natant in Quinq; sen-  
rebus istis corporibus, & inferunt in memoriam res invi- sus istar quin-  
numerabiles, scilicet uisu, auditu, tactu, olf.ctu, gustu.  
Nec tamē tot inferre possunt, quin illa plus effera. Sæ  
pissime loquens conjecturas, suspitiones, opiniones,

CONTIONES DE QVINTO  
somnia temeraria, friuole ficta, quæ nec sunt, fuerunt, nec erunt.

Item inde secunda statim plaga Aegypti fuit, rana ranarū imis rum immisso, que liguacitatem significant sterilem. sio loquaces Quia prima fuit sanguis, significans, quod quando significat. homo fit caro & sanguis, totus fit lingua, & non nisi uana loquitur, et quo uanior est, eo plus uult loqui. Atq; fidelis signo, uanum hominē per hoc cognoscas, si fuerit multiloquus, & ecōtra. Quo fuerit homo solitidior & grauior, hoc signo cognoscas. Si fuerit pars in uerbis, largus in opere: nam tales fastidunt loqui, nisi dum obedientia, aut necessitate coguntur, ut Psal. 32. Obmutui & silui à bonis: sicut enim eos det uitæ suæ, ita & loquelæ. E contra, In multiloquio non deērit peccatum. Et ibidē: ubi plurima sunt uerba, ibi frequenter gestas, Job. 4. Numquid qui multa loquitur poterit iustificari? Et Psal. Vir linguosus non dirigetur in terra. Sed hæc maxime sunt mala, dum ira magistra loquitur: unde Aesopus dicitur linguas emisse, cū iussus fuisset optimas carnes, & postmodū pessimas emere.

Lycambe. *Quim multi timore infamiae sibi mortem consciuerunt.* Poëtæ dicunt Lycamben uersibus iambicis Archilo= Archilochi adactam ad laqueum. Quod si quis ad chus. hue dubitat, interroget eum, qui amaram habet mulierem ac litigiosam, & uerbosam.

Deniq; quod bestijs, dētes, unguīe, rostra, cornua, aculei, uenenum, aut quaenq; arma, imo quod malis homi

lis hominibus tam uaria uasa et arma, hoc lingua est  
animabus, unde Psal. Filij hominum, dētes eorum ar-  
ma et sagittæ. Item 74. Nolite extollere in altum cor-  
nu uestrum &c. Vnde aras gladius. Recite itaq; mun-  
dus iniquitatis, & modicus ignis magnam syluā suc-  
cendens. Et sequitur, Sic lingua constituitur in  
mēbris nostris, quæ maculat totum corpus, q.d. Non  
ne est mirum, quod illud maculat, & totū corpus ma-  
culat, quod adeo nō est extra nos, imò adeo intra nos,  
ut sit i nter propria membra? Monstri hoc simillimū, Lingua.  
quod membrum non tantum membro, sed toti corpori  
offidat, cum se mutua membra sollicitudine foueāt.  
Hæc sola inter ea maculat totum corpus, id est, reum  
fūt peccatorū, ut propter ipsam totus homo sit odio/  
sus deo & hominibus, quia adeo infamis & abomina Lingua.  
bilis est linguosus, ut etiam si toto corpore sit formo-  
sus, aptus, diues, nihil tamen in eo non uelut foedum  
fugitur ab hominibus. Quis enim libenter cum loqua-  
cibus ac garrulis conuersatur, ac non potius abhorret  
& nauseat et dicit: Ey wie weschig ist der. Et in/  
flammata rotam natuitatis nostre, & inflammatur à  
gehēna. Videtur Apostolus, natuitatē intelligere, id  
quod nati sumus, ut supra c.1. Similis est uiro confide-  
ranti uultum natuitatis suæ in speculo. Et iterum: Vo-  
luntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus  
aliquid creatura eius. Igitur natuitas generatio seu  
creatio ac creatura, in quam nati, producti, creati su- Rota natui-  
mus. Ergo rota natuitatis dicitur, tota essentia, & tatis.

## CONTIONES DE QVINTO

quicquid creati sumus, sicut totum corpus. Et hanc rotam natuitatis, totum qz circulū nostræ essentiæ, seu eius quod sumus, hoc ipsa inflamat. Ignis scilicet est et uniuersitas iniquitatis, ideo succedit nō partē nostri, sed totū quod sumus, ac uiuimus. Nam forte etiam ideo rotam appellauit, nō tantum propter totale esse, sed etiā totale uiuere, & operari in hoc tempore. Vix enim nostra rotा uolubilis est.

Addit autem inflammata à gehenna, ne bona flama hic inflammare intelligatur, quia ipsa infernali igne accensa, id est, odio & ira, totum quod sumus accedit ira & odio, dum prouocat & permouet ira, ut patet in iratis, q intus et foris tremunt & feruent.

## QVARTA SIMILITUDO.

Omnis enim natura bestiarum & uolucrū & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt à natura. Linguam autem nullus hominum domare poterit: uide quantis uerbis et sensibus linguam incessat, ut eam igni inferno similem, ac feris inferiorem ponat. Quis à seipso non timeat, qui nocentiore & ferocius bestiā apud se habet, quā in totus mundus? quis nō odiat linguam suā? quis non uereatur loqui, qui tantis nominibus fœdari audiat suam linguā? Sequitur.

Inquietū malum. Inquietum malum, plena ueneno mortifero: parū est quod sit inquieta, quod per se malū est, sed inquietum malū, id est, semper nocens, neq; à nocendo quies plena uenes cens. Deinde plena ueneno mortis, id est, quod occidit,

dit, non tantum infiat, hoc est, præsenti ueneno, non no mortis.  
lento aut tardo. Hoc sane patet quam profunde pene  
tret susurronum uenenu, quod illis, quos intoxicarint  
aduersus inuidiam, uix tota uita remediu prouideri pos-  
test, ubi usq; ad medullā processit inuidia & odū. Sæ  
pius cum odio moriuntur potius quam concilientur.  
Emphaticos itaq; & Epitaticos dicit, ueneno non in-  
fectorio, sed mortifero. In ipsa benedicimus deum et  
patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad im-  
ginem et similitudinem dei facti sunt, q.d. Non potest  
simul utrūq; facere, nisi sit te, ideo ne se quisquam fal-  
lat, quod deo benedit: si hominem maledicit, nec de-  
um benedicit, cuius homo factura est. Quis enim pi-  
cturā, aut statuam reprehēdere ac maledicere potest,  
ut maledictio eiusmodi nō redundet in pictore, et ar-  
tificē? Sic Hiero. 15. de ijs, qui operibus domini maledi-  
cunt, dicit: Oes maledicūt mihi. Et Esa. 8. Cum esurie-  
rit irascetur, & maledicet deo, et regi suo, inde præ-  
cipue in lege prohibitum fuit & est, Dijs tuis nō det-  
raches, & principi populi tui ne maledicas. Et Apos-  
tolas: Maledici regnum dei non possidebunt.

Quod si homines id attenderent, quod maledicē= **Maledicens**  
do hominibus, deo quoq; maledicunt, cuius opus & hominē, de-  
facturā maledicunt, utique nō ita prompti essent ma- um maledi-  
cere. Sicut Proverbio. 14. Qui calumniatur ege cit.  
nū, exprobrat factori eius. Quid enim facit, q male-  
dicit, nisi quod dicit vah, quod nō aliud & aliter for-  
matū: cui potius deberet misereri, & dicere orando:  
O' domine

## CONTIONES DE Q VINTO

O' domine, fac eum alium, sicut artificem licet monere, & orare, non maledicere, ut ibidem 14. Prover. Honorat autem cum scilicet factorem eius, qui miseretur pauperis.

Quod si B. Petrus prohibet, ne maledictum pro maledicto, nec malum pro malo reddatur, similiter & Christus, Orate pro calumniantibus, & persequenti-bus uos. Et Paulus Roma.12. Benedicte maledicenti-bus uobis, benedicite & nolite & maledicere, quid il-lis fiet, qui maledicunt, non maledicētibus? ideo Psal. 33. Probibe linguam tuam à malo, & labia tua non lo-quuntur dolum, diuerte à malo et fac bonum, inqui-re pacem & persequere eam, id est, à malo, non tan-tum ferendo, sed etiam referendo seu reddēdo. Et bo-num non tantū reddendo, sed etiā cōferendo pro ma-lo accepto, alioquin non inquiritur pax, aut persequi-tur, si malum malo reddas.

Iste ergo gradus est secundus, à domino prohibi-tus, ne quis maledicat, uituperet, detrahat proximo suo, & sicut in primo gradu, plures sunt rei quam credant, ita & isto: nam tria maxima uitia lingue hoc p̄cepto prohibentur, scilicet maledictio, detractio, susurratio, sed istud tertium in primo gradu. Ac per hoc uniuersa mala lingue prohibentur per 3. & 5. & 6. & 7. mandatum, per 3. periuria & blasphemiae, ac aliæ offensiones contra deum quæcunq; sed per 5. of-fensiones erga proximum, per 6. uerba impudiatiæ, per 7. uerba deceptionis & fraudis, in negocijs seu iudicijjs.

iudicijs, nam & in ipso 7. etiam detractio est, sed publica, ac coram iudicæ. Hic autem alia.

Igitur maledictio & detractio & susuratio sic differunt, quod maledictio est in ipsum presentem, uel tanquam in presentem & in faciem: sub qua omnia contumelie, blasphemie, criminatio[n]is, uituperij, agnominatio[n]is uitia comprehenduntur.

Maledictio.

Detractio est de absente ipso ad aliū, & sequitur maledictionem, quia mala in aliquē, uel foris presentem, uel intus memorie obiectum congesserit, & hoc ad aliū detulerit, iam maledictio facta est detractio: quare nullus est detractor, quin sit et maledicus, saltem apud se, & hæc duo pulchre expressit uersus: Prohibe lingui tuā à malo (id est, ne ulli maledicas, siue uoce, siue tacto murmure) Et labia tua ne loquuntur dolum (id est, detrahere caue) Nam dolus est, si quis in tergum loquitur, nesciente illo cui nocet: nō autem econtra, omnis maledicus etiam detractor est, saltem hominis eiusdem, liat detrahatur deo, quando maledicit hominem. Quod si ulterius detulerit mala duorum contra inuicem, uel unius ad alterum tanquam alterius amicus, & alterius inimicus, iam bilinguis susurro est, & discordia seminator, peior istis duobus, ideo extra istum gradum in primo cum homicidis collocandus.

Susurro, hor  
micta.

Concludamus itaq; hunc. Sicut primum gradum precipitur huius precepti non implet, nisi qui non tantum nō occi mansuetudo. dit aut laedit, aut nō discordias seminat (q[ui] & omittit twardo

## CONTIONES DE QVINTO

tendo potest committere) sed etiam ita mitis sit, ut potius uiuiscet ac foueat operibus misericordiae & bene uolentiae. Et ita pacificus, ut mitibus ac dulcibus uerbis etiam cœciliare studeat discordes, quantum potest, & mediare ne fiant discordes. Hi enim audient: Beati mites, beati misericordes, Beati pacifici, quoniam ipsi possidebunt terram, misericordia consequentur, filii dei uocabuntur. Eae istae tres beatitudines in isto precepto sunt comprehensae.

Quomodo  
tertius gra-  
dus implea-  
tur.

Ita secundum gradum non implet, nisi non tantum non maledicat, detrahatur aut uituperet, sed etiam in omnibus benedicat per sequentibus, & excusat accusatos, oret pro omnibus, & resistat detractoribus, quantum potest. Eae haec est spiritualis intelligentia huius præcepti. Nunc similiter de tertio gradu.

## TERTIVS GRADVS IRAE.

Est, dicere fratri suo Racha seu archa, asperando gutturis halitum, uelut fremitum arteriae formando in quo dixi omnia signa iræ præter uerba, immo et uerba præter maledicta et detractiones comprehendendi, ut sunt iracie in uerbis, torso laborum, rugæ frötis, ac nasi, ac excandescentia uultus: c'inde silenium, auersio uultus, dirus intuitus, que oia sunt indicia animi irati & odio pleni. Adde clamore & stridoré dentium &c.

Cōfert inter

Hic aliqui dicunt, quod necesse quidem est, rancore di-  
dum scueri-  
mittere, sed non signa rancoris. Quæ sententia & si sit  
tas tamē abs in aliquis uera, non tamē uniuersaliter, et multo melius  
Rancore. us sic poneretur. Signa rancoris aliquando utile est exhibere,

bere, nō quod sint signa rācoris, sed similia signis ran-  
coris, alioquin signa uere rancoris non sunt, aut nullo  
modo retinenda sunt, si uere sint: unde adhuc optime  
diceretur, qđ signa charitatis aliquādo omittere, & si  
gna iræ exhibere oportet. Nā si signa rācoris licet nō  
deponere, ergo propter aliquē fructū? Quare ergo nō  
potius exhibēda: ne scilicet sola licētia queratur omit-  
tendi bonū. Exhibere itaq; melius est, quām nō di-  
mittere, quia q exhibet, nō ex ira facit, sed ex zelo bo-  
no, ideo manet sine suspicioē mali. Qui uero nō omit-  
tit, prius arguitur ex ira frāsse talia signa. Et ideo si  
nō deponat illa, relinqt fratrē i suspicioē iræ, ac p hoc  
impedit uerā et integrā pacē ac cōcordiā, cū ille nō cre-  
dat cor eius esse mitigatū, et offēditur rursus ad sil'ia.

Quare tales doctores sunt remittēdi ad illud pres-  
ceptū naturale, quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris.  
¶ Quod tibi fieri uis, alteri facias. Et gētilis: Si uis  
amari, ama, sed non est dubium, quin omnes uelint,  
ut ille quem offensum & iratum habuimus, non tan-  
tum signa ponat ira, sed eo magis contraria exhibeat,  
ut certi fīat de eo. Ideo largiora petūtur signa, quām  
si non fuisset offensus. Sic enim & deus largus be-  
neficiā post peccatum humano generi, quām ante pec-  
catum fecit, eo quod filio proprio non pepercit &c.  
Quod si signa tāta omisisset, quis eum propitium fa-  
ctum credere posset, aut auderet? Filij ergo dei, deum  
patrē suū imitentur. Iстis autē dictis docemur, quām  
sit diffīlē mandatū dei scrūare: Nā experiētia patet,  
quām

Signa ranc-  
oris, et iræ po-

CONTIONES DE QVINTO  
nere diffål/ quād diffiaſe sit hominibus hēc signa mala ponere,  
līmum. & bona ostendere, quād se uertunt & reuertunt,  
antequam induci possint, ut simulate ſaltem facan-  
nam uere & ex corde nunquam niſi gratia dei adiu-  
ti, faciēt. diauit enim: nō possum tibi fauere, & amica-  
bilis eſſe. Et infelices non cogitant, quod nollent ipſis  
ita fieri neq; à deo, neq; ab hominibus: ideo uidetur  
in hoc monstro, quid ſit futurus infernus, & quid ſit  
præſens mundus, ſalict regnum diaboli, in quo tant  
um malum inuenitur in hominibus, contra naturam  
& naturale proprium dictamen pertinaciter obdurās.

Hic mundus  
regnum dia-  
boli.  
Discimē in/  
ter irā et in/  
uidiam.  
Quando li-  
cat ire si-

Quocirca ira & inuidia diſſerunt nō aliter, quād  
ſicut uinum nouum & uinum uetus. nam inuidia ſeu  
odium eſt inueterata ira, ut B. Aug. in regula: Ne ira  
crescat in odium, & trabem faciat de festuca. Nam  
ira quæ aīo transit & non fit odium, uix ira dicenda  
eſt: nam statim traditur obliuioni. Sed inueterata fit  
tenacissimum malum, quia ſpirituale malum, adeo ut  
prouerbium fit, Nihil tardius obliuisci, quād iniuriam, &  
nihil citius abolescere, quād benefiaū: u-  
trunq; fit uitio naturalis prauitatis, cū contra fieri de/  
beat. Nam bona natura hominis in hoc notatur, ſi aīo  
obliuiscitur offensam, & benefiaū ſemper memoria  
tur, adeo ut non ſinat ſibi libenter benefieri, cernens  
quod obruitur multitudine debitaram gratiarūactio/  
num, & uiāſtudinis ſibi imposſibilis. At contra  
male natura īgeniū ſemper retinere offensam, ſem  
per exprobrare & obijcere diu præterita.

Igitur

PRAECEPTO DOMINICO. 145

Igitur exemplis demus, quando licet signa ostende Quando licet  
ire iræ seu asperitatis, ut si quis ita pertinaciter malus at iræ signa  
sit, ut semel et bis aut tertio monitus nolit desistere, ostendere.  
non solum licet, sed oportet signa ire in illum ostendere, unde pri. Corin. quinto. Si is qui nominatur fra-  
ter inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis ser-  
uiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax. Et 2.  
Teſſal. 3. Si quis non obedierit uerbo nostro, notate,  
¶ non commisceamini cum illo, ut confundatur, et  
nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fra-  
trem, eae non ut inimicus, sed ut frater emendandus  
est. Ista est ira sancta et bona, in scripturis uehemē-  
ter laudata. Ideo distinguendum est.

Primo, ut moneatur secundum illud Christi: Si peccatum Moneatur.  
uit in te frater tuus, alioquin prima uice non est abij-  
dendus, sed monendus. Si enim septuagies septies ue-  
niām petierit, non est ei neganda.

Secundo, discerne utrum ideo sic facis, quia te læ-  
sit, uel quia peccatum fecit. Si enim deum plus diligis  
quam te ipsum, debes irasci magis quod deum læsit,  
quam te, deinde et que misereri quod seipsum peius læ-  
sit intus, quam te foris. Quibus respectibus factis, faci-  
le doceberis, quomodo et quo corde ei signa charita-  
tis neges, uel non neges. Sed ne te fallat cor tuum, et  
dicas ita facio, propter deum irascor, et non propter  
me, et forte mentiaris. Hoc etiam proba apud te, et  
uide, si tantum doles et moueris, quod uel si alium læ-  
deret, quantum quia te lædit. Si enim illic non moueris,

## CONTIONES DE QVINTO

Signum est quod te ipsum queris & vindicas, non autem te mederis. Et quid moror? Frustra est disputatio, an signa rancoris sint ponenda, quia prorsus sunt ponenda. Sunt prorsus signa rancoris sint ponenda, quia prorsus sunt ponenda. Si autem est causa quare sint ostendenda, hic penitus irascendum ex corde est, non tantum signa exhibenda. Signa rancoris si sunt rancoris, prorsus sunt ostendenda. Si autem non signa rancoris, & dignum est commendatione fratris ea ostendere, etiam ira perfecta est addenda, ut uideat, quod ex corde ostenduntur sibi, & ex qua causa. Et non sic incedas tacens & simulans, ut frater nesciat, quomodo tecum habeat. Mala est talis doctrina, & penitus contra charitatem, docet enim simulationem.

Præcepta p Sed longa & multa sunt præcepta, quæ omnia ad charitatē op/ to uideret & faceret charitas, quæ si desit, nihil est time perno/ quod satis doceri potest. ipsa enim docet, quomodo Scuntur. homo ipse uult diligi, foueri, sustineri, beneficii, nihil sibi simulari, ita & idem docet proximo exhibere. Nō enim amicus fraudulenter debet incedere, ut B. Hiero. Vera amicitia impatiens est simulationis. Si est rancor, ostende. Si non est, iterum ostende, & hoc uel signis clementiae, uel seueritatis.

## C O R O L.

Patet quod nec iste gradus seruatur, nisi quis studiat non tantum omittere signa, sed etiam ex benigno corde contraria signa ostendere. Ad omnē enim militatē nos isto format præcepto deus. Et uniuersam irascibilis uirtutis radicem extirpare intendit, ut non nisi dulcedo

PRAECEPTO DOMINICO. 146  
celo cordis ibi relinquatur, quod gratia operatur, nō natura.

Quartus gradus, est irasci corde, et hic est primus  
et omnium aliorum radix. Hunc enim ipsa lex maxi Ira cordis a  
metangit, quando dicit: Non occides. Cor enim mun uenda.  
dum querit, nō tantummodo manum, ut Iudeorum  
hypocrisis, ut Psal. 23. Innocens manibus et mundo  
corde. Quare fermè omnes beatitudines Matth. 5. in  
istò precepto includuntur, ipsumq; exponunt. Nam  
Beati mites, beati misericordes, beati pacifici, beati  
patientes, beati mundo corde, hic manifeste inclu-  
duntur. Quod si beati pauperes, beati esurientes iu-  
stitiam, beati lugentes, eos significat, qui se agno-  
stant non implere hoc mandatum, et ideo lugere et  
cupere ac esurire, quis dubitet quin sint hic, aut sal-  
tem tales esse oportet, ut hoc preceptum et quodli-  
bet aliud impleat.

Igitur in hoc gradu sunt omnes cogitationes ma-  
la cum ipsa radice earum, scilicet irascibili uirtute pro-  
na ad uindictam, ut sunt ire, inuidiae, suspitiones mal-  
la, amaritudines, rancor et c. Et sicut hic est primus,  
ita habet pauciores species quam proximus post eum. Nā  
homicidium in opere habet plurimas, ut homicidium,  
fraticidium, uxoricidium, parricidium, sacrilegium et c.

Ac per hoc patet, quomodo in isto precepto sunt  
quatuor gradus, et in singulis gradibus adhuc mihi  
gradus, et ideo nullus est in hac uita, qui nō sit in ali-  
quo illorum. Beatus autem qui in supremis, infelix qui in

## CONTIONES DE QVINTO

Māsuetudo . insunis. Nam mititas est cōlum, ira est infernus, mel-  
Mundus. dium autem ex utroq; est hic mundus. Ergo illuc ascē-  
Inferi. derūt tribus, tribus domini, hic descenderunt in lacū  
et infernū uiuētes, quanto proprius mititati , tanto &  
ipsi cōlō etc. Quare non satis est pro hoc quarto gra-  
du, esse non irascentem fratri, nisi simus etiam miti-  
simi in eum affectus & suauissimi cordis . Quod cū  
non simus, ad gratiam Christi fugiendū est, ut de sua  
plenitudine nostrum suppleat interim defecitum, do-  
nec & ipsi pesciamur.

## PRAECEPTVM SEXTVM.

Non Mœchaberis.



BREVISSIMU uerbū, sed latissi-  
ma sentētia, ideo interpretatione  
opus habēs, quare Christū audi-  
amus, qui Matth. 5.dicit. Audi-  
sis quia dictum est antiquis: Nō  
mœchaberis , ego autem dico  
uobis , quicunque uiderit mul-  
erem adconcupiscendam eam , iam mœchatus est ea  
in corde suo. Breuiter ipse quoq; loquitur, quia relin-  
quit ex præcedenti precepto eandem gradū fieri dis-  
functionem, ponēs eum tantūmodo, qui est in corde.  
Quare & nos hic eosdem quatuor ponemus , salicet  
in affectu, signo, uerbo, opere. Hoc enim præceptū ideo  
exposuit dominus, q; antiqui (id est Iudei) ipsum ac  
apiebant secundum uim & rigorem uerbi, ac ita do-  
cebant,

PRAECEPTO DOMINICO. 14>

ebant, & irritum faciebant hoc mandatum, sicut & omnia alia. Quod nō esset adulter, nisi q[uod] opere id implesset nihil de cōcupiscētia, signis, aut uerbis solidati, ideo immundi facti sunt. Et in hac sentētia sua ita steterūt, ut cōtra eos Hieremias diceret. Unusquisq[ue] ad uxore proximi sui hinnichat, et facti sunt sicut emissarij. Nouis itaq[ue], id est, nobis aliter dicit ut omnis concupiscentia hic euacuetur.

Dicent enim B. Aug. hoc loco de ser. do. in monte, Nomine mœ quod nomine mœchantium, qui hoc capitulo commēchantium qd morantur, omnem carnalem & libidinosam concupiscentiam intelligatur. sentiam oportet intelligi.

**P**rimus itaq[ue] gradus est opus ipsum foris, quod sine dubio ex concupiscentia intus procedit, ut ibidem probat B. Aug. Si autē omnis concupiscentia carnalis ibi prohibetur, ergo & omne opus quod ex illa procedit idārco ponūtur multe differentiae operū.

- 1 Fornicatio simplex, solutus cum soluta, à quo distinguunt alijs.
- 2 Meretriciū, quod illa sit unius cōsuetudo mulieris, hoc autem in multis, uagus ardor libidinis.
- 3 Stuprum, quod est uiolatio virginis.
- 4 Raptus, qd' est, cū rapitur filia uel filius, in quo & furtum simul est, et maximum furtum.
- 5 Adulteriū, quod quandoq[ue] est simplex, quādoq[ue] duplex, secūdū quod uel ambo fuerint cōiugati, uel unus tantummodo.
- 6 Incestus, est cōtra cōsanguinitatis honore.

t      ;      Sacilegium,

## CONTIONES DE SEXTO

7 Sacrilegium, quod est, cum religiosus, sacerdos, monialis, & omnes alij, qui deo continentiam uerunt, fornicantur.

8 Excessum in matrimonio quidā addunt.

Hi gradus in opere sic uariantur, & sunt inuicem exadentia & excessa, secundum quod circumstantiae mutantur. Nam sic & in homicidio precedentī p̄cepto, prohibitae sunt multæ operum differentiae, ut dicitum est, secundum differentes circumstantias.

Quamuis autē omne p̄ceptum dei sit uelut lux, quo cognoscatur, quid sit homo, mundus, & caro, et quantum à deo simus remoti, tamen hoc p̄ceptum precipue illud ostendit. Apostolus enim dicit, per legem cognitione peccati, ergo lex est lux, qua lucente uidemus innumerabilem misericordiam humani generis.

Lex est lux  
qua uidetur  
humana m-  
seria.

Quis enim tam est lapis, ut si audiat hæc p̄cepta dei, & illis eum illuminantibus, imò mundum totum ostendentibus, si etiam attendere uelit, quā infinitus numerus hominum extra p̄ceptorū uitam agant, possit saltē à gemitu & lachrymis continere? si nulla aliqua esset causa, quare nūquā gaudere deberemus, sed semper lugere, hæc sola satis esset, si hominū uitā cū ipsis p̄ceptis dei ante oculos cōpararemus. Ibi enim uideremus, quomodo humanū genus sit miserrima perditionis massa, cū tam rari appareant, q̄ in p̄ceptis dei uiuant & agant, & precipue in isto p̄cepto. Nōne horrendū est tot gradus operū esse, quibus cōtra hoc p̄ceptum

Non deest  
piis perpetui  
luctus causa.

PRAECEPTO DOMINICO. 148

præceptū agitū? Et homines sine ullo timore in illa  
ruere ac perire? Et adhuc ridemus talia. Igitur ue-  
lut lucernā hoc præceptū attendamus, & per ipsum Mūdus hora-  
infinitos casus hominū. Tū uidebimus qđ mūdus iste renda lerna.  
sit horrēda Lerna, et inferno pxima, & parū iustitiae Inferi in mū-  
et ueritatis in eo, imò scripture dicit, qđ oīs homo ua-  
nus & mēdax sit: quare uere infernus est in mundo.

Prima itaq; miseria hominū est simplex fornicatio, Simplex co-  
in qua peccant nō tantū ij qui faciūt, sed et qui fouēt, tus.  
auxiliātur, consiliātur, non resistunt, rident, copulāt,  
mediant, ac maxime qui occasionem dant.

Fouent autem, qui uel hospitātur in domibus suis, Fouentes.  
uel si primāpes & maiores ac iudices non prohibēt,  
sed permittunt. His nihil proderit, quod ipsi nō fors-  
nicantur, dicetur enim eis: Si uidebas furem, currebas  
cum eo, et cum adulteris tuis portionē tuam ponebas.  
Hæc feāsti & tacui. Existimasti inique, quod similis  
ero tui: arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Et ista miseria, hec quanta pestilētia nunc regnat,  
ubi & quales ab & qualibus erudiuntur, ducuntur, per-  
duntur tam inter iuuenes, uirgines &c.

Mediant, ut qui sunt internunciij & copulatricēs, Mediantes.  
de quo uide pulchram historiam distin. 5. c. 80. Speculi  
exemplorum. Hi autē proprium opus agunt diaboli.  
Nam quod diabolus non potest, nec posset per se, effi-  
at per illas.

Non resistunt autem, qui nec monent aut corripi/  
unt secundū mandatum Christi, neque compatiuntur tcs.

## CONTIONES DE SEXTO

anime eorū, nec pro eis orant, sicut decet Christianos.  
Insperat & recitat et ridet, iocantes in perditione proximorum, cum ut dixi, iste sit ut magna miseria statutus inspidendus.

**Ocasione** *M* Ocaſione autem dant, qui lubricis gestibus ac uerbis impudicis, aut exquisito ornatu irritant concupiscentias aliorum, maxime si id intentione faciant. nam oratione illa immoderata semper est causa, licet per accidens concupiscentiae, ut in choreis, plateis, cōuiuijs &c.

**Cultus imo/** *D* dicus. *V*& autem illis, qui impudicis uerbis innocentium cor da vulnerant, ut nunc horrendus mos est, in hospitijs publicis, negotiatoribus conuentibus. Non est, ut aiunt, necesse pediculos in pelliū seminare, qui sponte sua nascuntur.

Nam caro nostra in primo peccato duplicitate vulnera est grauissime percussa. Primum est offensibilitas, alterū concupiscentia, quae duo vulnera per præcepta nobis manifestantur, sed per gratiam sanantur. Sed peius est vulnera concupiscentia, quo minus dolet et affligit, sed delectabiliter mouet, ideo a stultis non reputatur malum, cum sit duplo peius quam alterum, ita ut scriptura dicat: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo in umbilico uentris eius. Ante enim peccatum nihil erat quod offendebat, nihil quod libebat. Nunc autem utrumque.

**Sub oriente** *Q* uapropter Christianus homo debet hoc scire, quod concupiscentia quando sentit se ad iram moueri, uel ad concupiscentia homo tamen, non secus putet quam si mortiferum uenenum sentiat, &

tat, & ulcus pessimum, & gemat pro illo ad dominū mere debet, ut sanetur. Nam uerissimum est, quod hæc titillatio licet iucunda & suavis sit, tamen est ignitissimus serpentis antiqui morsus, horribilem conscientiae paritura confusionem & amariſimam amaritudinem. Atq[ue] per hoc mouetur ad gratiam querendam, sicut habet figura Numeri, quod morsi ab ignitis serpentibus ad æneum serpenteſus ſuspidentes ſanabantur. Ita & titillatus carne ad Christum crucifixum debet reſſicere. Nam hinc redditur ratio, cur dominus nō contentus, quod per ſeipſum homo pronus est ad malum, adhibet tentatorem & impulſorem diabolum ſciliat, ut q[uia] homo negligēs eſt in querēda ſanitate ſua apud deum, ideo urget cum ietationibus, ut cogat eū querere misericordiam & gratiam dei.

Cur deus ultra naturalē ad malū propensionem, diabolū tētare, adhibeat.

Secūdo etiam ideo ne forte in donis ſibi datis extollatur. Sic Apostolo Paulo, ſic S Hiero. fecit. Sic multis alijs uſque ad mortem. Vide in ſpeculo exempl. Litera, Tentatio.

Sunt autem alijs qui uehementiſſime rapiuntur hoc Nullus sine malo. Alij uero mittius, alij modico. Nullus tamen ſine gratia dei con gratia dei cōtinet, ut Sapien. s. Et ut ſciui, quia aliter tinet. nō possum eſſe cōtinens, niſi deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſaire, cuius eſſet hoc donum, adij domum etc. Ecce quomodo à morbo iſto per orationē eu Contra librationē querere oportet, et magna ſapiētia eſt, agno dinem remeſere hoc malum ſuum & remedij locum. Sic & B. diū, oratio. Chrysanthus martyr diat; Errat, q[uia] ſe ſuis uitribus pu

## CONTIONES DE SEXTO

tat castitatem obtinere posse. Vnde B. Augu. lib. t.

**Augustini** de ser. do. in monte. **Quis quis carnalem delectationē aduersus rectam uoluntatem suū rebellare sentit, per tentia.**

consuetudinem peccatorū, cuius indomita uiolentia rapitur in captiuum: item, recolat quantum potest, quam tam, qualemq; pacē peccando amiserit & exclamat:

In felix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius. Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Ita enim cum se se infeliciā exclamatione lugēdo implorat consolatoris auxiliū: nec parvus est ad beatitudinē accessus, cognitio infelicitatis suae. Aurea hac sententia. Non enim dicit quod ridere, placere, gaude

re debeat in titillatione, sed lugere: quia uenēu mortis in se sentit. Deinde ubi sunt qui liberum arbitriū iactant? cur nō cessant statim ut uolūtē imo cur nō uolunt nec possunt uelle? Cur S. Hiero. & Paulus nō potuerunt cessare à stimulo carnis? Si enim uoluissent, utique factum fuisset, sed non potuerunt etiam satis uelle, ideo contra suum uelle uolebant. Eadem ratio est & de ira, cur enim non mox quiescunt, qui irascuntur si possunt, immo si uolunt? sed neq; possunt, neque uolunt, eo quod uolūtas eorum iam aliò est rapta & captiuā ducta.

**In Theologos liberum arbitriū iactant;** cur nō cessant statim ut uolūtē imo cur nō uolunt nec possunt uelle? Cur S. Hiero. & Paulus nō potuerunt cessare à stimulo carnis? Si enim uoluissent, utique factum fuisset, sed non potuerunt etiam satis uelle, ideo contra suum uelle uolebant. Eadem ratio est & de ira, cur enim non mox quiescunt, qui irascuntur si possunt, immo si uolunt? sed neq; possunt, neque uolunt, eo quod uolūtas eorum iam aliò est rapta & captiuā ducta.

**Qui hic lugent, consolabuntur.**

Tertio consolatorium est, Quod qui lugent hic, consolabuntur. Sic enim sapientissima dei misericordia nos mirabiliter deducit, dum ex ueneno ipsum uenēu expellit, & de ipsa luxuria nobis efficit emplastrum castitatis, dum ideo illam sinū irruere, ut homo eam

mo eam sentiēs gemat, lugeat, gratiam querat, & sic eo maiorem affectum castitatis acquirat: tanto enim tāto castior, castior est, non quo quietior, sed quo dolentior se ca- quanto magis stum non esse posse, ut mult. Atque ex hinc, licet hæc dolet se cat omnia ad quartum gradum infra pertineant, tamen ne stum esse nō excidant, occasione data accipimus, quod consolandi posse.

Sunt, qui sentiunt sese uexari talibus stimulis, ut non stulta opinione statim datis manibus sese tradant de= sperationi, quasi non sit castus, qui aestuat medullis et cogitationibus. Periculosisima est hæc cogitatio, & in omne peccatum operis inclinatissima, propter despe rationem. Sic enim iuuenis prius cogitationes carnis non expertus, cum credat, castum esse non posse, nisi nullas habeat, statim dicit: Quid differo opus, unum est si & facio, quia amissa tamen est in corde castitas. Non sic o miser nō sic, non est perditæ castitas cogita tionibus talibus. Immo nunquam castior fuisti, si ta men sentis te inuitum illas habere. Nam castitas sicut

Castitas im mundis cog tatiōibus nō pditur, que inuitu obre punt.

& omnis alia uirtus uiua, ita est abscondita, ut nō pos sit cognosci ab eo, qui habet, sed à solo deo. Abscondit enim deus omnem uitam sanctorū ita profunde, ut ipsi eam scire non possint, secundum illud Psal. I. Quoniam nouit dominus uiā iustorū, igitur sicut uiua et uera gloria iusti, est in ignominia, uera sapiētia in stultitia, uera q̄es i tribulatiōe, uerū gaudium in luctu, uera libertas in captiuitate, uera diuinit̄ i paupertate. Ita et uera castitas est in luxuria, et quo fœdior luxuria, tāto fœdior castitas. Heu quod hæc sapientia inco

gnit̄

## CONTIONES DE SEXTO

gnita hominibus est, quantum damnum facit. Verum autem signum uiuæ castitatis est hoc, si se sentiat homo habere displicantiam in præsenti, non quod tota sit displicantia, tunc enim non staret titillatio, sed mixta, nunc uult, nunc non uult, nunc infra, nunc supra, ita quod sicut rota, uoluitur cogitationibus in ludo, & tamē manet propositū castitatis. Nā nisi esset ibi castitas uiua & uera, non persisteret, nec resisteret, sed libere daret habenas cogitationibus, & non sentiret molestiam, quia enim uult & delectatur in cogitationibus, & tamen simul sentit se nolle, fiunt ei mixtim dulces & amarae, & per hoc molestæ, cum in neutram partem liberum sibi sit ire, sed medio rotatur statu.

Spiritualis enim ille homo, id est, affectus castitatis, ipse manet & seruat castitatem, liat exterior in membris & corde miras exortet procellas. Ideo in castitatis pugna nō secus agitur quam si nauicula in mari iactetur fluctibus, dormiente Christo in illa: curandum est ergo solum, ut ipse suscitetur, et imperet mari, id est, carni, & uento, id est, diabolo.

Sacerdotū tē  
tationes.

Immittit enim & sacerdotibus saepe tales immunidas, ut retrahat ab altari. Qui est despiciendus, non solum in nudis obiectis turpibus cogitatis, sed etiam si inclinet uoluntatem in illa, & suscitet malos motus, imò eo magis ad sacramentum est currendum pro gratia & auxilio. At nunc multos noui, qui non accedere vulerunt, nisi non solum quieti essent ab inclinatio-  
nibus, sed etiā ab ipsis obiectis turpibus. Nimis stu-  
ti obsequiū

**N**obis qui uires diabolicae fraudis & nequitiae.

Igitur sic uitatur dei misericordia & bonitas malo nostro, ut per ipsum magis promoueat bonū nostrū, ut omnia cooperentur electis in bonum, etiam peccata, hoc totum, ut uitam & gratiam quae in nobis est, abscondat ac tegat, ne cognitis contenti tepeamus, sed potius ignoratis eis tanquam pro non habitis magis suspiriemus & gemamus.

Quo autem modo dictum est de castitate, ita & de omnibus uirtutibus, quae tunc maxime donantur, quando denelegantur, & tunc assunt quando nimis abesse putatur, neque aliter tunc potest homo credere, quin absint & sit perditus. In te procedit gemitus, odii sui, desiderium earum, & imploratio. Tunc humilibus dat deus suam gratiam, quam postea iterum abscondit & auferit, ut addat maiorem. Semper sub contrario abscondens contrarium. Ideo haec est sapientia qua trahitur ex occultis, & est in absconditis.

Hæc autem castitas aurea est, respectu eius quæ si Castitas non malis cogitationibus est, sicut patientia et mititas, expers tenta extra irritamenta qualis est! Nam etiam bestiarū hæc tionum, optime est mitis & saltem gentium. Ita & castitas, quæ est magna sine luxuria & cogitationibus in quiete, etiam mercenaria est & lenonū pessimorum, quia tunc casti sunt, quando caro expleta quiescit. Cæterum hæc quies futura uita est. Quare castitas est periculosa ad superbiam, dum patet (id est, est quieta) sed est etiam periculosa ad luxuriam, dum latet (id est, est tentata) dum.

Virtutes tue  
ad sunt maxi-  
me, quando  
procul abes-  
se putantur.

CONTIONES DE SEXTO  
dum utrobiq; periculum, sed superbia maius quam  
luxurie. Igitur utrumq; sit.

Preceptum non impletur spiritualiter, dum adhuc  
cōcupiscentia in nobis est, qua sit, ut de castitate pre-  
sumere ac praecepti impletione nullus omnino posset,  
sed tantum accusare se & confiteri peccati suum.

Rursus eo impletur quod spiritus odit hanc cōcu-  
piscentiam, ideo ipse est purissimus ab ea, & uero im-  
pletor praecepti, quia consentit per omnia legi, eamq;  
approbat & diligit, dum suam miseriam odit.

Alij uero luxuriosi, non abscondunt suam castita-  
tem, sed extinguiunt potius. Nihil est ergo quod glo-  
rientur se se nō nosse castitatē suā, non hoc pertinent.

*Scontatio pe-  
riculosa pro-  
pter cōsuetu-  
dinem.*

Secunda est meretricium, quod est magnum malū,  
ubi libido transit in habitum & consuetudinem, qui  
difficillime curantur. Nam scriptura dicit: Beatus qui  
tenebit & allidet parvulos suos ad petram. Qui au-  
tem parvulos suos sinit crescere, in magnos gigantes  
inueterascere & confortari, quomodo tunc allidet, et  
non potius illidetur?

Et hāc nobilissimā spiritus sancti doctrinā deberet  
parentes filijs suis infundere, ut nō tantū ui coēcerē-  
tur, sed etiam uoluntate ducentur ad castitatem.

Frustranea enim est pugna castitatis, nisi haec re-  
gula seruetur spiritus sancti. s. petra est Christus, par-  
vuli nostri sunt mali motus, mala desideria, quæ cum  
quis senserit, quid faciet? quomodo uincet? audi, non  
aliter nisi eos ad petrā allidēdo. Quomodo hoc? quia  
sicut,

sicut, qui manu ad lapidem terit uermiculū, sic uoluntate & cogitatione tangendo Christum, statim cōteritur mala cogitatio: solum tenta & uidebis quām iucundum sit sic desideria conterere: statim enim ut cor passionis Christum tangit, omne malum recedit. Sic figuratum fuit olim in lege Numeri. 4. Quando à serpenti bus ignes antibus percussi, per aspectū ænei serpentis in ligno pendentis, liberabantur. Porro ignesens serpentis, est lubrica illa, molliterq; reptans libido cogita ta, fuge fuge, tam immanē colubrū, accendit enim & mire facit carnē prurire & ardere. Sic etiam Gene. 3. Ipsa conteret caput tuū (id est, initū & primū motū, fidelis anima cōtrit) alioquin grādis factus, aut totus illapsus inficit & interficit. Si in tempore libidinis mouentis, tantum possemus figuram reptantis uenientis serpentis cogitare & applicare mysterium, facile sugeremus cogitatione ad Christum.

Tertia species est Stuprum, quod est uirginis corporealruptio, qd' olim in lege mitius puniebatur, quam fornicatio aut meretricium, quia tenebatur eam dotare, aut in uxorem duare. Verum nunc est uechemeter magnum, quia tunc uirginitas summum erat opprobriū, nunc autem summa gloria: tunc damnabile dedecus, nunc incomparabile decus, ijs saltē qui non proponuerunt nubere. Nam qui proponunt matrimonium, nō habent actuale tantū decus, sed possunt habere, si ad uirginitatē animētur: de qua multi multa & magnifica scripserūt, quia uere nulli uirgini potest fieri restitutio.

Stuprum.

Virginitas  
incompara-  
bile decus.

## CONTIONES DE SEXTO

restitutio. Sanè tamen hoc intellige, quia uolenti non adeo tenetur: inuitæ autem non potest tolli, potest autem induci & sic tolli.

**Raptus.** Quarta species est raptus, hoc plectitur capite in iure, quod est nō tantū uirginis, filie aut ancillæ, sed etiam uxoris, aut alijs ad suam curā pertinentis, sed maximum est raptus uxoris. Sit autem raptus quandoq; consentiente puella, puta inducta blandicijs, aliquid quando inuita, hoc maximum est. Sed leguntur multa exempla, quibus non prospere cessit. Guarinus Veronensis de quadam Alda uirgine miserabilem casum elegaco carmine composuit, que secuta raptorem, relictis parentibus, tandem ab eo in sylva constuprata & abiecta, cum puderet ad parētes reuerti, petiit gladio percuti ab eo. At ille sic frāt, & occidit eam. Hoc peccatum etiam furtum includit, & quidem grauiissimum omnium.

### Adulterium.

Quinta Adulteriū, quod est perplexissimum et grauiissimum quo ad poenam, sed negligitur hodie nimis. Hoc uitium est causa multarum quæstionum, de possessione, utrum filium spurium debeat marito proderet. Vide Angelum in summa, tradentem regulas. Sed quis audebit credere regulis, aut casum in terminis dare potest: uarij sunt animi uirorū, & aliter hodie, alter forte post annum cogitabunt, etiam si hoc anno patientiam haberent in uxore adulteriū confidente. At aucte amaritudine dignum est, quod uir corpus suum dedit, pro corpore mulieris, & alijs utitur corpore, pro

De puerō in adulterio concepto, stultissime consueunt summiſſe.

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 153

pro quo ipse suū propriū dedit , propter quod sedet  
in arte sua, propter quod omnia facit, patitur, deniq;  
seruū se fecit & alligauit ad multa, qui uxori sese alli-  
gauit. Et ecce alter hec omnia contaminare audet,  
quis digne ferre possit? Vide etiam legem zelotypiæ o-  
lim, qua nūc mulieres sunt leuatæ & exoneratae, ideo  
eo gratius viris suis adhærere deberent.

Lex zeloty-  
piæ.

Sexta Incestus , quod vulgo blutschäde vocatur,  
quia ignominia consanguinitatis et propinquitatis est,  
cui eo maior debetur honor, quo propinquior. Nā &  
in lege dominus certos gradus prohibuit. Et quonam  
dam 7. gradus erant prohibiti. Nam in lege fere secū-  
dus tantum gradus prohibetur consanguinitatis et af-  
finitatis, quia nondum erat gratia sanans concupiscē-  
tiam, sed regnabat lex irritans & augens eam.

Incestus in-  
ter consanguini-  
neos.

Septima Sacrilegium est, ubi iam nō tantū castitas Sacrilegium  
polluitur, sed etiam quæ deo soli fuit oblata, tollitur, et  
sanctum prophanatur. Verum hoc ex institutione eccl<sup>ie</sup>  
magis quā ex deo est in sacerdotibus, sed in re-  
ligiosis grauissimum est, quia sponte sese consecraue-  
runt domino, & sese subtrahūt rursum.

Octava additur. Excessus coniugū, quod ut B. Am. Excessus cō-  
bro. allegatur lib. secundo, contra Iul. B. Augu. Ardē iugum in ni-  
tior amator propriæ coniugis, adulter est, de quibus mio amore.  
Apostolus. i. Thess. 4. Hæc est uoluntas dei sanctifica-  
tio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione (Hoc pri-  
mum) deinde, ut sciat unusquisq; uestrum, uas suum  
(coniugē suam) possidere in sanctificatione & honore,

## CONTIONES DE SEXTO

**E**t non in passione desiderij, sicut et gentes quae ignorat deum. Et i. Pet. 3. Viri similiter secundum suam cohabitantes, infirmiori uasco muliebri impartientes honorem &c. de quo satis supra. Sed difficile est eis regulam tradere, nisi quod uitiosum est ad omnem motum carnis, satisfacere libidini et cōcupiscentiae, hoc est enim in passione desiderij esse.

Sequuntur nunc tres aliae species.

**Mollicies.**

**Zodomia.**

**Bestialitas.**

**Pollutiones**

**nocturnæ.**

**Pollutiones**  
**diurnæ.**

**M**ollicies, qua quisque uigilando polluitur apud seipsum. Zodomia, qua uir uiro, mulier muliere abutitur, uel etiam uir muliere et mulier uiro, quae oīa turpiora sunt, q̄ nominare licet. Bestialitas, de quibus Leuitici. 18. uide, cetera ad confessionem pertinent.

Ulra haec sunt pollutiones nocturnæ, quae de se non sunt peccatum, licet lex Deut. 23. Si quis inter uos fuerit homo, q̄ nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, et non reuertetur, priusquam ad uesperam lauetur aqua, et post solis occasum regredietur in castra. Hoc est mystice, sic pollutus (licet et ipse aliud significet) debit abstinere a communione sanctorum, id est, sacramento, donec sol (id est, astrus et auctor relictus ex pollutione) sedatus fuerit, et sic latus humili confessione accedere. Habet enim saepius suam causam, quae peccatum est, ut sunt crapula, ocium, sexus alterius conuersatio aut memoria,

Denique sunt etiam pollutiones uigilantum et diurnarum, sed inuoluntaria, quae irruunt multis, dum loge aliud agunt, aut dum fricantur, equitant, uehementur. i. sine causa sua, quos

PRAECEPTO DOMINICO. 154  
sua, quos scriptura seminifluos uocat, ut Leuitici de/  
cimoquinto.

Sequitur alter gradus mœchorum.

**Q**ui est in uerbis, ut quidam turpissime loquuntur de carnalibus peccatis, contra Apostolum Ephe. quinto. Fornicatio autem et omnis immūdicia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut dicit sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarumactio, id est, ne sit fama, uos tales esse.

Tria posuit uitia linguae secundum concupiscibile, scilicet turpidinem, quæ est ipsa obscenitas, impudicitia, & inuercundia uerborum. In qua dupliciter peccatur.

Primum ab ijs, q[uod] de istis turpitudinibus uelut risum & consolationem inuicem sibi præstant, tanquam sit iucunda res de qua loquuntur. Hic aliud nihil aliud facit, quā ut ostendat, quā obscoenus & ipse possit esse, omni turpitudine nominans membra & opera membrorum. Alius uero historias ad hanc rem pertinentes, omni licetia recitat, tū ridetur, & res optima uis detur, donec monachi & sacerdotes etiā adducantur cum suis peccatis. Qui morbus heu quam dire hodie regnat in hospitijs & tabernis, ut periculosem, aut saltē pœnitendum sit, aliquem religiosum uel pudicum hominem peregre proficiasci.

Obsecro per deum, uidete tamen quid isti faciant. Primum si sunt Christiani, ut nominari uolunt, ita deberent diligere uerecundiam, ut nec paterentur ea

## CONTIONES DE SEXTO

nominari inter se, si prohibere possent. Secundo saltem dolcent, si non possent. Tertio super historias lapsorum, uel sacerdotum, uel religiosorum, uel principum, uel magistratum (horum enim eo iucundius recitantur uitia, quo efficacius et licentius praebent exercitum). Lapsis cōdō emplum imitantibus) non secus dolere, quā super praeleū ex cha p̄rio casu. sic enim requirit charitas, immo quo altior esset status, eo magis gemere & deum pro eis orare. Hoc enim esset Christianum.

**S**purcariū fā Iam nunc uide quām longe sint à moribus Christianis bularum nar nīsmi, insultissimi homines. Primo non solum hec non faciunt, sicut certissime debent Christo. Verum secundo se mutuo in rebus pessimis lētificant. Tercio seipso ad cōcupiscentiam fricant et prouocant his ignitis iaculis. Quarto alienam uitam ac famam poluiunt detractione ista grauiſſima, mortuos putres uelantes, qui mortuos sepelire debuerāt.

Quinto alienam & suā miseriam ac ruinā irridet, ac lētantur in sua perditione et aliorum.

Obsecro cogitate, si dominus dicit, quod de omnī ocioso uerbo, quod locuti fuerint homines, rationem reddent in die iudicij, ubi isti quæso apparebunt? Vnde quām late regnat ista pēsūs.

**L**ibidinās av Similes sunt isti. Primo furiosis, immo quis tam fū nimis vulne rēs ut in sua miseria et plaga rideat et gaudeat? Nō ratus est, & ne miseria miseriarum est: dolet ulcus, aut oculus, & ridemus in sa nō cessat querulus gemitus, & adeo nullus ridet, ut ni. etiam ridentes uelut pessimos omnium odiat ac detestetur, queri

PRAECEPTO DOMINICO. 155

tur, queritur compatiens et adiuuans aut consulens. Eae autem titillat caro, immo grauissime dolet conscientia, deinde ruit ipsa uel anima alterius proximi, et adeo non queritur compatiens aut consolans, adeo non doletur ac gemitur, ut etiam qui condoleat ac consolere uelit, aut prohibere, irrideatur, despiciatur, odatur. Magne deus quando aperiemus oculos, ut cognoscamus quid sit mundus? Nonne ista est peruersissima peruersitas? an non libido, est uulnus supra omne uulnus? Nonne ulcus & plaga super omne uulnus & omnem plagam? Scut Hieron. decimo dicit: Vnde michi super contritione mea, pessima plagamea. Ego autem dixi planè, haec est infirmitas mea, & portabo eam. Et Isa. primo, de populo Israël dicit. Uulnus et liuor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Et iterum à planta pedis usque ad uerticem, non est in eo sanitas. Haec sunt plague & uulnera non ab homine, sed a diabolo inflicta. Vide itaque uulnus quod facit homo, ploratur, quod facit satana, ridetur & dulcissimum habetur. Sed heu dulce putatur. Beatus autem ille, qui ipsum intelligit & aduertit esse uulnus amarissimum, sicuti uere est. Nam licet eius amaritudo non sentiatur, sentietur tamen inestimabiliter tandem in conscientia. Unde proverbio quinto. Ne intenderis fallacie mulieris (id est, carnis & sensualitatis) fauus enim distillans labia merecritis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absynthium, et acuta sicut gladius bi-

## CONTIONES DE SEXTO

ceps. Et uicesimo tertio. Ingreditur blande, sed in nonissimo mordebit ut coluber, et sicut Basiliscus uenena diffundet. ideo discamus per deum, quod in talibus uerbis ludere, ridere, iucundare, hoc idem est, quod de propria morte & miseria gaudere, quod nullus facit nisi furiosus, uel plusquam furiosus.

Similes sunt  
spurculo qui  
dæmoniaco  
euangelico.

Allegoria.

Secundo similes sunt ei, qui Marci quinto, Lucae octavo, scribitur possessus a legione, qui sine uestimento, neque in domo manebat, sed in monumentis, & catus uinctus ac custoditus, rupit catenas, et agebat a dæmonio in desertum, & die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans et concidens se se lapidibus. Spero, quod si intelligeret turpiloqui suum uitium in isto describi, magis timerent. Quid est enim quod nudus erat, nisi quod turpiloquus etiam propriam ignominiam uerbis nudat? cum debuerit potius tegere, ut sanaretur. Deinde non manet in domo. s. cum uiuis, de rebus uiuentium agens, sed in monumentis cum mortuis agens, hoc est, quod uitia et mala aliorum recitat, et in illis totus uersatur. Nam monumentum mystice est memoriale mortui (id est fama & historia fortida peccatoris. s. principis, religiosi, sacerdotis &c.) Item. Conadit se ipsum lapidibus clamans, id est, quod sibi ipsi noet, ubi sibi uidetur plurimum, iucundeq; prodesse. Sic Esa. tertio. Peccatum suum non obsonderunt, sed sicut Zodoma prædicauerunt: licet hoc de Pharisæica iustitia dictum sit in spiritu, tamen in litera etiā hoc pertinet. Item legiōnem habet, ut nemo possit

## P R A E C E P T O D O M I N I C O . 156

possit illic transire præ eorum scutia, hoc est, quod illi multorum dæmonum officium agunt, dum multis nocent. Et ubi sunt blandissimi, ibi sunt sœuissimi, ut nulli sit sine periculo, cum eis conuersari, ut et supra dixi. Scio autem quod nullus tam stultus sit & insensatus, quod si talem hominem uidisset, ridere potuisset, sed potius fugiasset quantum potuisset. Et tandem ridet & ridetur ille cuius ista figura tantummodo fuit. Deniq; & hoc ibi dictum fuit, quod nec catenæ, nec custodijs potuit retincri, quin ageretur ruptis vinculis in deserta, nemo potuit eū domare. Hic propè consentit cum Apostolo Iacobo: Nullus hominū potest lingui domare, ita nullius prohibitiōe, nullis uerbis Euangeli coercentur illi, Quin lingua indomita erumpant atq; uagētur ubi solent, nudi, laæri, nudantes, lacerantesq; ceteros similiter.

Et ut in de testabilissimū uitii, etiā impure loquar. Nonne sues sunt bestie immundæ, quod stercore hominū deuorat? At illi in stercore suo & alieno linguam et dentes uersant. An est stercus corporis peius quam sterlus animæ? Oportet enim coram suibus, si illū loqui, ut intelligant. Si ergo uideris porcum uorare oletum, intellige, ecce, talem esse obsecnitas & turpis studinis fabulatorem.

Apostolus sanè diat, quod inhonestâ nostra abun- Paulus.  
dantius honestamus, illi uero etiam honesta per inho-  
nesta, in honorat. Quis autē ferat, ut alius reuelet eū  
risu sibi posteriora, aut pudenda seu ignominiam? At

## CONTIONES DE SEXTO

qua*e* ignominia maior, quā in sordes peccatorum in nobis & proximis lex autem prohibuit, ne proximorū ignominiam reuelemus.

Coram pueris & pueris parce loqui.

Secundo etiam peccatur obscenitate, quando talia coram pueris & puellis innocentibus nominantur et dicuntur. Rei autem sunt omnium peccatorū & mortuum, quae ex illis sequuntur. Aetas enim mollis & in experita harū rerū, fallime polluitur, & quod peius est, tenacissime seruat audita turpia, sicut macula in purum & tenerum pannum cadens tenacius hæret, quam in impurū aut rudiorem, quod et experientia dicerunt gentiles, ut Horatius,

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem  
Testa diu.

Et Iuuenalis,

Maxima debetur puerō reverentia, siquid  
Turpe paras, huius tu ne contempseris annos,

Quid autem faciunt qui hoc agunt? Primum, utique cum magnum bonum sit, etatem teneram fouere, custodire, promouere in pudiacia & uerecundia, si cut dicitur, quod gratissimum sacrificium deo, est zelus animarum, omnium studia deberet eò uigilare, ut pueros & puellas custodirent & seruarent, ne quid discerent, uiderent & audirent obscenitatis, qui per se ardent medullis: non cogitandū, quomodo igne adiecto accendantur, sed potius aqua apposita extinguantur. Non solum id non faciunt, sed etiam propriissimo dæmonum officio usi, corrumpunt innocuas animas suis pestiferis fabulis turpitudinis: diabolus enim corruptor

Pueri et pueri  
la custodiendi.

PRAECEPTO DOMINICO. 15

ruptor mentium dicitur, sed non corrumpt, nisi minis-  
terio linguae illorum, qui sunt ex parte illius et imitatur  
eum. Quomodo enim potest puer aut puella rursum e-  
radicare uerbum turpe, quod semel audiuit. Sed semen ia-  
ctum est, et radicat in corde eius etiam inuitio, deinde cre-  
scit in miras et incognitas cogitationes, quas non audet  
confiteri, et tamē nescit eis carere. Vnde autem tibi, quod huic  
simplici et ignorata huius rei menti, hunc labore, hoc  
periculum, et hoc uenenum insudisti. Corpus non ui-  
lasti, sed animam incomparabiliter nobiliorem (quanti-  
tum in te fuerit) constuprasti. Nam per aurem insudi-  
sti et imprægnasti eam factu nocentissimo. Vnde B. A.  
pti. Mantua.

Per sensus quasi per riuos. *Venus acre uenenum,*  
*Influit in mentem, quod si male cauta recipit,*  
*Vulnus agit sola diuum medicabile dextra.*

Igitur obscœnitas istorum, maior est quam illorum,  
quod iam non sit tantummodo obscœnitas, sed cedes  
innocentium animarum, et de familia Herodis, qui occi-  
cidit multos pueros in Bethleem Iudea. Sed uide, non  
ne ita est, quod nullus pater possit sustinere, ut filii suis  
occiderentur corpore quod ergo tibi in corpore tuorum  
filiorum fieri nolles, quare id audes in animabus filiorum  
alterius, immo dei, perpetrare? Recte. S. Lodouicus  
rex Francie à sua matre didiciat, quod filios suos mal  
let corporaliter uidere occidi, quam mortaliter peccare.  
Sic enim et mater quoque ad eum dixerat. Sed Puerorum es  
satis dire illis dominus minatur Matth. 18, terribiliter tas reverenda

## CONTIONES DE SEXTO

dicēs: Qui aut scandalizauerit unū de pusillis istis, q̄ credunt in me, expedit ei, ut suspendatur molas in aria in collo eius, & demergatur in profundū maris.

**Christus** non frustra de paruulis nō offendis tot & tāta p̄cepit. Vide quanta cura sit Christo de paruulis & innocētibus, quod nouam pœnam illis dēernit, qui eos offendunt, de nullis enim alijs tamē pœnā dictauit. Nimirum uolens, quod noua & singulari pœna p̄cēteris sint cruciandi. Deniq; sequitur: V̄ & mūdo ab scandalis. Necesse est enim, ut scandala ueniant, ueruntamen u& homini per quē scandalū uenit. Et infra: Videlicet cōtemnatis unū ex pusillis istis, dico enim uobis, quia angeli eorū in cœlis, semper uident facē patris mei, qui est in cœlis. Ecce saltē angelorum intuitu uult pari pueris, et reuerentiam illis haberi. Quod si illos ideo castos dixerit quis, qa uerbis ludūt, re sunt casti, sicut eorum pater Ouidius quoq; mentitur, Crede mihi mores distant à carmine nostro, Vita probata mihi, Musa iocosa mihi.

Respondet Christus, os eorū cōpescens: Ex abundā cordis os loquitur. Qualis arbor, talia & folia.

**Ecclesiæ re**formatio in pueris incipiēt debet reflorere, necesse est, ut à puerorum institutio-  
ne exordium fiat. Hæc de obſcenitate dicta sint. De stultiloquio uero & scurrilitate ad hunc locum non  
pertinet, quamquam illa duo nunc apud honestissimos  
& religiosissimos adeo dominantur, ut eo ipso uelint  
honesti uideri, quo stultiloqui & scurriles sunt.

Stultiloquium autem est uniuersæ ociosæ fabula,  
in quibus

in quibus nihil eruditionis & scientiae, ut ipse met  
exponit, qua ad rem, inquit, non pertinent: idem uocat  
Christus uerbum oīosum, ideo non nisi utilia, aut ne-  
cessaria sunt dicenda. Tales sunt fabulae aniles, et ne-  
niae puellares, Historiae plebani de Calenberg. Diet-  
rich von Bern. Et disputationes de rebus longinquis  
& extra nos positis. Quod genus sunt etiam opinioēs  
philosophorū, & glossae super Aristotelem, Garrulita-  
tes dialectice, somnia Astrologorum. Stultiloquium  
enim uocat, quia non sapiētiae, sed stultiiae uerba sint.

Eutrapelia seu scurrilitas, quæ est facetia seu urba Facetiae non  
nitatis, quam Aristoteles uirtutem esse putat, quando sā uituperatur.  
liat non turpia neq; stulta, sed iucunda & erudita si  
mul dicuntur, ut utilitas intret sub dulcedine comita-  
tis. Itaq; comitas seu affabilitas, seu urbanitas, seu fa-  
cetia talis, quæ fit, ut tristes atq; tētati in spiritu recre-  
entur, laudabilis est, uerū quæ fit sine causa, tantū ad  
cōsolatiunculā uanitatis & carnis, pr̄sertim cū huius  
semper non sit nisi leuitas causa, & sola libido fabulan-  
di atq; ridendi moueat ad illam, non conuenit Chri-  
stianis. Sic enim & B. August. in confess. confitetur,  
Quod nugari cum amicis sit parum Christianum, Christianos  
quod Christianorum res & uerba habere debeant so seria decent,  
lida & magna seria, plenāq; grauitatē & authoritā nec inter a-  
tē, ut Psal. ait: In populo graui laudabo te: Porro hæc micos nuga.  
ipsa nugaūtas et eutrapelia, tāto fit peior, quāto fit in  
rebus sacrationibus, ut nonnulli importunissima leuitate,  
abutuntur sacrae scripture dictis ad eam leuitatem, Abutētes s̄  
ridicule

## CONTIONES DE SEXTO

eris uerbis ridicule et iuande eam torquentes illuc, ubi sua querunt uanitatem, cum sacris illis uerbis summa & reverentia & terror debeatur semper & ubiq.

**T**ERTIVS gradus Mœchorum, qui est insig-  
nus, quorum unum dominus expressit, dices:  
Qui uiderit mulierem ad concupiscendum &c. Ecce  
uisus impus/  
dicas. uisus ipse qui signum sit concupiscentiae, adulterium  
est. Nonne durissima lex Christi? sed ideo sanissima  
& immaculata, conuertens animas. In hoc autem oia  
alia signa comprehenduntur, cum uisus sit minimum  
& subtilissimum, unde posuerunt aliqui quinque li-  
neas amoris,

Visus, colloquium, tactus, post oscula, factum.

Atq; hic colloquium etiā aliud intelligitur, quam id  
quod est turpiloquii, & tactus similiter, itē & oscula  
la. Sed de singulis latius. Sunt autem plura, ut uisus,  
auditus, colloquium, literæ, internuncia, tactus, am-  
plexus, risus, oscula. Non quod tot sint adulteria sin-  
gillatim, quot signa quis fecerit: potest enī uno ad ulte-  
rio hæc omnia signa facere, alioquin opus ipsum sem-  
per esset triplex adulterium, cum sine tactu & cōcu-  
piscientia non fiat.

Visus itaq; primum, Hoc autem est uelocissimum et  
frequentissimum omnium illorū signorum, quia longius,  
latius, citiusq; officium suum agit, pleraq; &  
Oculorū eū clarius percipit. Ideo tam multa in scripturis de oculis  
studia.

PRAECEPTO DOMINICO. 159  
quis tam atrociter vulnerat animam: tanto enim pro-  
fundius figit in cor, quanto clarius cognoscit, ita ut  
sit proverbiū: Quod oculus uidet, cor non fallit. Et  
Horatius,

S egnius irritant demissa per aurem,  
Quām quæ sunt oculis subiecta fidelibus. & iterū:  
Valdīus oblectant &c.

Vt patet experientia, quia nunquam sic mouetur, qui Visu uincun-  
de morte audit, sicut qui uidet, nec tantum mouetur tur et fortes,  
qui turpia audit & carnalia atq; mundana, quantum  
qui uidet. Exemplum esto, Alipius S. Augu. cōtuber-  
nalis, de quo s. Confess. scribit: Quod cum inuitus du-  
ceretur ad spēctaculū clausis oculis despiciēs, tamē po-  
stea apertis, ita raptus est, ut multos quoq; adduceret  
postea & ipse.

Quo circa in iuuenib; et uirginib; ut summus  
decor est, oculorum inclinatio & depresso, ita sum-  
mum uituperiū, euagatio & incustodia, ita ut aliqui  
signum corruptionis dent oculorum euagationes, &  
uerum est. Eccle. 26. Fornicatio mulieris in extollens  
tia oculorū, & in palpebris illius agnosceatur &c. uis  
de ibidem. Aut est signum iam corruptæ, aut fallime  
corruptibilis mulieris. Nā quæ syncere casta est, nō  
intendit in uultum uiri, sed confunditur, ut de Rebec  
ea Gene. 24. dicitur, quod conspecto Isaac sponso suo  
tulit peplum suum, & operuit sese.

Item legitur de quodā sancto uiro, qui cum S. An-  
tonio uenisse set Romā oculis clausis, nihil de tanta ci-  
uitate

Oculorū ia-  
ctus, corru-  
ptiōis signū.

## CONTIONES DE SEXTO uitate uidere uoluit, nisi ecclesiam sancti Petri.

Item de Syluano legitur similiter, quod semper ue  
latis oculis incedebat, neq; solē hunc uidere uoluit.

Item Job 23. dicit: Peccati fœdus cum oculis meis, ut  
ne cogitarem de uirgine (id est, iuuenula.) E contra  
Dina egressa ut uideret mulieres regionis illius, corru  
pta est. Et Bern. dum quandam fœminam fixe fuisse et  
intuitus, grani ultioe seipsum coercuit. Et B. Bened.  
ex uisa in seculo fœmina, grauissime fuit tentatus.  
Item, Quid contigerit David ex aspectu Bersabeæ, et  
filijs Israël ex Moabitarū aspectu, Numeri 13. Item,  
Alius tentatus à muliere uisa, cum mortuā audisset,

VISUS EX  
præteritis qd  
faciat.  
de putredine cadaueris illius sanavit concupiscentiā.  
Idarro uisu non tantum in præsenti concupiscentiā  
mouet, sed etiam memoria fixus ex præteritis diu, mi  
randas suscitat tentationes. Ideo dicit Hierem. Thren.  
3. Oculus meus deprædatus est animam meam. Et iter  
rum Hiere. 9. Mors intravit per fenestras nostras.  
Et 2. Pe. 2. Oculos habetes plenos adulterij. Ecce quo'  
modo adulterium in oculos ponit. Item Eua primo  
mota est uisu pomi, quod esset pulchrum &c.

Et de filiis dei Gen. 6. scribitur, qd' uisu ceaderūt.  
Vidētes filij dei, filias hominū, quod essent pulchrae,  
aceperunt sibi uxores, quascunq; elegerant.

Vnde & sapiens docet: Noli intendere in facie uir  
ginis, ne confundat te uultus eius. Ita econtra. Nec  
puella in faciem iuuenis propter simile periculum.

Hinc dicit Ioānes, Quod omne quod est in mundo,  
est con

PRAECEPTO DOMINICO. 160

est concupiscentia carnis & oculorum & superbia uitae. Concupiscentia oculorum intelligitur curiositas, cōcupiscentia oculorū multa experiendi & cognoscendi per sensus.

Legitur de S. Elizabeth, quod maritum suū in eccl. quid. clesia quandoq; iucundius intuita, subito fuit à domino correpta. Quid illis fiet, qui in ecclesia ferē nihil aliud agunt, quam illud Ouidij: Spectatum ueniunt, Mulier amat ueniunt spectentur ut ipsæ, nihil nisi uidere, uideri, ri querit. concupisci, concupisci. At sanè quodam uelut naturæ ingenio, proprium est mulieribus, quod amant concupisci & amari, uiris uero concupiscere & amare: licet & utrūq; fiat, ut mulier insaniat cōcupisando, et amando, & uir querendo concupisca & amari.

Mira itaq; miseria, qd sensus proprii sunt tā noxijs Sēsus nostri nobis, ita ut uere dixerit Christus: I nimihi hominis do noxijs. mestici eius (id est, sensus) Et Psal. 37. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & sterunt. Quid enim facit oculorū curiositas, nisi quod aduersus animam pugnat?

Vnde & B. Augu. uocat sensualitatem, serpentem, Sensualitas quod sit lubrica et mobilis multis obiectis, figurata p serpens. serpentem in paradiſo. Vide itaq;, quomodo odiū nostri et abnegationē nostri nō gratis docuerit Christus in Euangelio, ut odiamus oculos & omnes sensus, oī negationem mniaq; membra, quoniam captiuam ducant animā in nostricurā legem peccati, pr̄sertim oculos, unde Eccl. 31. Ne- cuius oculo quid creatum est?

Verum non hoc tantummodo malum est, quod  
per

## CONTIONES DE SEXTO

Nō satiatur per oculum facit concupiscentia, sed etiam quia non saturatur, ut Eccl. i. Non saturatur oculus uisu. Et Prover. 27. Infernus & perditio nūquam impletur. Similiter & oculi hominum insatiabiles. Quid ergo prodest oculorū cupiditatem irritare, et finito initio uidendi, infinitum desiderium, et nullum finē prouocare? Melius est statim ab initio uisum coērere, antequam dilatet uoragine suę cupiditatis, quam expleare non possis. Igitur ut B. Augu. in regula: Nec uos dicatis habere animos pudicos, si oculos habeatis impudicos. Impudicus enim oculus, impudici cordis est nūcaus. Nullus ergo presumat, quod nō sit adulter, si opere cesseret, oculo tamen concupiscat.

Hęc de primo & maiore signo.

**Auditus.** Aliud est auditus, quo indicatur concupiscentia intus ardens, ut qui uel prouocat dici uel cantari turpia (& ij sunt peiores) uel qui tacite & libenter audiūt, etiam si nō prouocent, delectantur enim in illis, neq; auertuntur, ut ab immundicia & noamento. Tertiū etiā possunt esse, qui nō prohibent, nec arguit huiusmodi audientem, aut melioribus instruunt, neq; coram eis increpant atq; abominantur talia, ut terrorēt audientes, omissione scilicet ij peccant, quod non sunt solliciti salutis proximi, & perditionis eius negligentes, atque minus quam debent curiosi.

Tertium, est colloquium, scilicet cum muliere uel Colloquium uiro: nam concupiscentia id agit, ut fabulentur, saluent, tractent secum, licet honesta quandoque, sed non

PRAECEPTO DOMINICO. 161

Non causa honesta. Inde enim risus, ioci, fabule, collo  
quia tantummodo ut placeant sibi mutuo, & se se pro  
nocent ad amorem sui mutuum. Et hoc uitio mulieres  
impense laborant, dum amant. In puella autem non  
tantum haec, sed omnis prorsus uerbositas turpissima  
est. Nec est signum constantis uirginitatis aut castitatis,  
si sit puella loquacula & garrula, praesertim cum iu  
uenibus. Nam ecce B. Virgo quanto textu angelic con  
uenta non tam nisi id dixit: Quomodo fiet istud etc.  
sed neque, ut ait B. Ambro, resalutavit salutarem. Pro  
inde quae libenter uolunt audiri in cantu, aut loqua,  
rursumque audire cantum, uel colloquium alterius sex  
sus, quid aliud nisi eiusdem sexus concupiscentia se  
sc ardere probant? Si non arderent, nihil colloquium  
aut aspectum curarent, sicut alia non curant, quorum  
affectione non tenentur. At nunc puellæ plurimæ tota le  
uitate hic feruntur.

Quartum, tactus, ut sunt manuum traditio & am  
plexus, que & honeste quidem fieri possunt in spe  
cie, tamen cum concupiscentia intus mouente. Hic  
iam ignis libidinis acriter incenditur, ut etiam B. Hie  
ro. dicat, quod tactu ipso statim sexum intelligit cona  
piscientia, ideo quam longissime fugiendus tactus, si  
cuit legitur de quodam Papa (non me mini nunc no  
men) quod data manu pro more osculanda, cum ex os  
sulo mulieris sensisset titillationem, manum preceps  
sibi permiserit.

Quintum, est osculum, quod trahemus, hec autem Osculum.

## CONTIONES DE SEXTO

Chori saltā signa nusquam aguntur & sunt uehementius , quā  
tum . in choreis publicis , mirum , quot & quanta ibi fiant  
peccata , quid ibi uisus & auditus hauriat , quid ta-  
ctus & colloquium pariat , breuiter mūdus est mun-  
dus , immo immundus , et inimicus dei , nec est quāren-  
dum bonum quod deo placeat in mundo , peccatum su-  
per peccatū ibi urget & addit , ira dei ibi cernitur in/  
tens animis , & tamen ridetur , saltatur , gaudetur tan-  
quam in rebus parum nocentibus , immo bonis &  
utilibus .

Cultus peregrinus et nouus arguitur Sextum signum & quidem non leue , Est ipse or-  
ginus et nouus peregrinus & nouus , qui nunc tot inuentio-  
nibus , artibus , studijs feruet , ut nihil nisi furiosum pos-  
sis diccre mundum , cum tamen nulla sit causa , nisi ut  
placeant & conforment se in mundo . Nec essitas enim  
aut utilitas , immo et honestas ( que sole sunt cause in-  
stae ) non requirit talia , modicisq; contenta est . quis au-  
tem satis de illis potest dicere , cum sint inaudita ge-  
nera sumptus & uestium sed acre malum et fomes  
libidinis sunt ista , licet nihil aurentur , credo quod tan-  
dem nudi incedent , cū iam seminudi incedant , sed  
sine , dabitur nostris sua moribus ætas , peruenit ira  
dei super mundū in finē , & beatus qui intelligit , quo  
niam uere ira dei in illos peruenit .

Omitto hic etiam amantiū , id est , amentiū furo-  
res , qui nocturnis officijs , amatriculis suis , ludo , cātu ,  
musica seruiunt , & omnia tētant , ut placeat , hic etiā  
ipsi mūdo stultas stultias agunt , ideo trāsimus illa-

Quartus

**Q**uartus demum gradus est, ipsa interna concupiscentia, de qua satis supra dictum est, qua ne pescetia morte caret in hac uita, sed tamē hoc ipso saluamur, qđ tificanda. ei non cōsentitur, ut Ro.6. Neq; exhibeatis membra uestra seruire peccato, ut obediatis cōcupiscētijs eius, quāquā enim lex dei immaculata requirit, ut prorsus nulla sit cōcupiscentia, sed tota & omnino immaculata mūdicia, tamē misericordia dei interim sustinet & gratam habet dissensionē noui hominis intus, ne dominetur nostri omnis iniustitia. Hæc iugiter est mortificāda, gemitu, uigilijs, labore, oratione, humiliacione, & alijs partibus crucis, tandem ipsa morte.

Ex quibus omnibus patet, quod hoc præceptum Nō mœchias non solum nō est negatiuum, nisi in facie tantum uerberis, præborum et litera, sed maxime affirmatiuum, qui i præpiū affirmatā pit, salat Castitatem & continentiam purissimam uum. intus & foris, quis autem sapiat tam stulte, ut castitate neget esse rem affirmatiuam? sed negative præcipitur, dum prohibetur libido, ut purissima sine omni mixtione libidinis præcepta intelligatur, ut psal.11. Eloquia domini, eloquia casta argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplū.

Ac per hoc iam patet, quomodo per legem fit cognitio peccati, qđ concupiscentiā nesāebā esse peccatiū, nisi lex diceret, nō concupisces. Ro.7. salicet quia solum opus peccatum putabatur. Igitur non satis est, ut opere non mœcheris, non satis, quod uerbo sis pudicus & aspectu aut alio quouis signo, immo nec

## CONTIONES DE SEXTO

hoc satis, quod corde non consentias, nisi etiam tandem  
purus fias ab ipsis motibus malis, intus ebullientibus:  
ideo non nisi gemitus pro gratia dei super est, cum  
Apostolo Rom. septimo. In felix ego homo, quis libe-  
rabit me de morte corporis huius.

## PRAECEPTVM SEPTIMVM:

Non furtum facies.



V D I V I mus quod praeceptum  
quintū, Non occides, prohibuit  
offensionē proximi in sua pro-  
pria persona. Sextum autem  
Non mœchaberis, offensionem  
eiusdem in persona sociali, ea  
demq; carne. Et utrumq; tam

Spiritualis  
intelligentia

in opere quam corde tam affectu quam effectu, ita ut  
satis constet, quod spiritualis intelligentia istorum pra-  
ceptorum negatiuorum, sit ista affirmativa, ut mites  
& casti simus, intus & foris, prorsus sine omni, tam  
amaritudine iræ, quam dulcedine concupiscentie.  
Quæ duo sine charitate spiritus haberi prorsus non  
possunt, quia sunt fructus spiritus, i. Cor. 13. & Gal.  
quinto. Ideo plenitudo legis est delectio. Hac enim est  
mitis & nulli nocet, immo omnibus prodest, & pro-  
desse aperit. Est etiam casta & sancta, ideo neminem  
polluit.

Sequitur nunc prohibitio offensionis in rebus pro-  
ximi, quod & que sine charitate fieri non potest, saltē  
in spiritu.

in spiritu. Vnde & hic quoq; notandum, quod hoc Duplex intellexus.  
præceptum dupliciter intelligitur.

Primo ad literā & secundū sonū uocis, sic solum Literalis,  
modo opus ipsum furti, hic prohibetur, quia dicit. Nō  
facies furtum, non utiq; ait: Nō doceas, nō ostendas,  
non cupias, sed, nō facies, sic Iudei intellexerūt, & su Iudei.  
perbi facti sunt in iustitia sua, tanquam nō essent rei  
præuaricationis. Vnde cum ipse Lucæ decimo sexto,  
huius præpti ueram daret intelligentiam, dicens: Nō  
potestis deo seruire & mammonæ, & facite uobis a= spiritualis  
micos de māmona iniquitatis, audiebant hæc omnia intelligentia.  
pharisei, qui erant auari, & deridebant eum, & ait  
illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus,  
deus autem nouit corda uestra, quia quod hominibus  
altum est, abominatio est apud deum. Ecce quomodo  
corda requirit in iustificatione præceptorum suorum. Deus cor re= actione.  
deniq; sequitur ibidem, quomodo spiritualis sit lex, qrit in præ  
d. Lex & prophetæ usq; ad Ioannem. Ex eo regnum ptorū iustifi  
dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit, facilius  
est autem cœlum et terram præterire, quā de lege unū  
apicē cadere. Ecce uiolentia opus est in die præceptis,  
quia tantum cortex uerborum, sed nec unus apex præ  
teribit &c.

Secundo ad spiritum & secundum intentionē præ spiritualis:  
cipientis, sic omnem cupiditatem hic prohibet cor= res, ita quod sit impossibile impleri illud, nisi sis pau= per spiritu, ut Matthæi quinto. Beati spiritu paupe= Paupertas  
res, pindc in psalmis, proprio uelut nomine, fideles in spiritu.

## CONTIONES DE SEPTIMO

Pauperes si Christi uocantur pauperes, psal. nono. Dum superbit deles intelli= impius, incenditur pauper. Et iterum. Et factus est do gūtur. minus refugium pauperi, & quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non perit bit in finem. Igitur spiritus huius literæ, est pauper- Paupertas in tas in spiritu, quare manifeste patet, quod sine gratia dei nullus implet hanc legem, cum sit homo naturaliter cupidus uitio primi peccati.

## COROLLARIVM SEQVITVR.

Quod legis huius in litera impletio, est nihil aliud, nisi decipula quædam, ut psal. quinto, Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est. Heb. sic. Quoniam non est in ore eorum rectum (quia docet scilicet umbram & literam operis tantummodo in precepto) interiora eorum insidia (quia decipiuntur, dum se iustos credunt, falsi specie operi, ut non agnoscant malum suæ cupiditatis) ideo non gemunt pro gratia nec peccatum confitentur, sed stant securi, ideo Rho- 2. contra eos dicit: Qui doces non furadum, furaris, sa licet cupiditate, licet non opere.

Iuristæ autem hoc præceptum non adeo late expo nunt, sed manet in limitibus furti, uerum coram deo, voluntas coram quicquid agit uoluntas, facere dicitur, etiam si opus non deo perpen- sequatur. Scrutatur enim deus renes & corda, psal. ditur. Septimo. Ideo nos in totam latitudinem operum ea- mus, quæ cupiditas perficit, sed heu quanta est latitudo deus bone. Quis enim auaricia & specierum eius uituperia non audiuit? Igitur primum opus est secundum sonum

sonū textus, ipsum furtū: hoc rursum in quinq; species  
 salicet furtū simplex, sacrilegiū, peculatus, abigeatus,  
 plagiatus, de qbus iuristæ. Nā hoc præceptū secūdum  
 literam copiosissime et diligētiſime tractat in oībus  
 spēdebus, teste proprio eorū sermōe, qđ iuridica facul iuridica far  
 tas sit de pane lucrando, tolle meū & tuū, et nullo ius cultas.  
 re opus fuerit: & sanè insinuū negoū prebet ista cu  
 piditas hoībus eiusmodi. Igitur furtū est rei alienæ Furtum.  
 usurpatio, domino inuitō & ignorante: quod si sit in  
 rebus priuatorū, est furtū simplex. si in rebus sacris, Sacrilegiū.  
 sacrilegium. si in re publica, peculatus. si in ablatiōe Peculatus.  
 iumentorum & pecorum, abigeatus. si in ablatione Abigeatus.  
 hominū, plagiatus. Hos quinq; gradus dire puniūt Plagium.  
 leges hodie, ut notum est. Olim uero in lege furtum  
 non puniebatur ultiōe mortis, ut Exodi.22. sed pro  
 oue una quatuor, & pro boue uno quinque redde= bant, si tamen uendiderat aut occiderat. Si autem ad-  
 huc integra apud eum reperiebatur, duplum tantum  
 reddebat, quod si reddere non habuit, ipse uenun-  
 dabatur. Hæc certe lex adhuc bona esset, nimis enim  
 rigidum est, ne dicam iniquum, pro rebus uitā aufer- Iniquum est  
 re, & animā pro uictu tolli. Nonne corpus melius est propter res  
 quam uestimentum, & anima plus quam esca? Unde sublatas, hot  
 & Procer. & legē Mosi secutus, ait: Non grandis est minē occide-  
 culpa, cum quis furatus fuerit, et hoc est uerū, si solū re.  
 fuerit furtū. Unde sequitur quale intelligat furtum, d.  
 Furatur enim, ut esuriente impleat animā, deprehen-  
 susq; reddit septuplū, & omnem substantiā dominus

## CONTIONES DE SEPTIMO

sue tradet, & liberabit se: qui autē adulter est, propter inopiam cordis, perdet animā suam.

**Adulterium** At adulteriū hodie mitissime plectitur, magna certe furto graui- iniquitate: furti intēsa poena, quē potius laxari debuit us. it, quām adulterij, maxime furtum, quod inopia cor- poris fit & penuria,

**Sacrilegium** Porro sacrilegium adhuc atrocus omnibus puni- mira atrocita tur, salicet rota, cum tamen sit eadem res sacra et prot te punitur. phana, quo ad precium & usum, uerum reuerētia sa crorum neglecta, tam acriter castigatur. Sed & hic su perstiosissimus est praeſidentium rigor, qui nihil ita fulminant, atq; execrantur, ut regularum suarum, red dituum, poſſessionum, auri ſcilicet & argenti uurpa tores. hic ſunt centies Argi, & quidem uigilantissimi uigilantiores. Verum quod interim tot milia negliguntur animarum, quod ſupris, adulterijs, reliquisq; libi dinū portentis, totam foedant eccleſiam, praeter inſatiabilis auaritiae auernum, cum ſimonijs ſuis ac dolis & fraudibus infinitis, nemo punit, ſed potius honorantur qui faciunt. An forte ideo leuiora tam grauior pui

**Leuicula no** niunt, quod tam grauia non ad illos, ſed ad deū perti- **xx. per quā** tint grauifſime puniri? Et id certe credo uerū, quod deus ſibi uindictam ſeruat eo duriorē in grauifimis, quo ipſi grauiorem exerceant in leuioribus. Quanto

**In magnas** ſibi uolunt parā à deo. At ſi illis pararent, iam certe animaduer- ipsa penuria cogerentur & ipſi melius uiuere: nō par tit nemo, cunt igitur, ne ſibi quoque parcatur apud deum, ſed

sine

PRAECEPTO DOMINICO. 165  
sine illis, cæci sunt. De reliquis tribus furtis re/  
mitto ad Ciuiles iuristas.

Secundū opus est latrocinium, quod à furto ea dif Latrociū:  
fert grauitate, quod non ignorantē domino, sed præ-  
sente & manifesta uirā rapit alienum, tamen magis ra-  
ptores quam latrones ij uocādi sunt, quod latrociū  
inuoluit homicidium. Hoc peccatum autem nunc de/ Decus &  
aus & titulus est nobiliū, et in illis quandoq; puniuntur nobiliū  
tur, qui se se defendere nequeunt aut resistere. Satis est rapacitas.  
hoc peccatum negotiatores, & grauitatem eius noue-  
runt, qui ex eo aliquādo doluerunt.

Tertiū opus, est usura, de quo Cato Censor Roma:  
sures priuati in neruo et cōpede uitā agunt, publiā ue-  
ro in auro et purpurā unde usurarius sanguisuga po- Vsurarius  
puli dicitur. Et similitudine describitur tali, ut uermis est fur publī  
in pomo uel nuce, totū intus uastat, ita usurarius sub/ cus & sans  
stantiā ciuitatis deuorat, miris & occultis modis: quo guisuga po-  
nitio adeo Iudei laborant, ut etiam sibi liare, imò iu/ puli.  
beri ex lege putent, ubi dicitur Deut. 23. Non fœnera-  
bis fratribus ad usurā pecuniā, nec fruges, nec quam-  
libet aliā rem, sed alieno, fratri autem tuo absq; usu-  
ra, id quod indiget, commodabis. hoc Iudeorum duri-  
tiae tunc permissum fuit, ut eo libētius abstinerent ab  
usura in Iudeos, quo licentius potuerunt in gentiles.

At Christiani nō paruo gradu peiores sunt Iudeis,  
quod etiam fratribus suis fœnerant, & tam frequens  
hoc malum, ut etiam inter raras iusti laudes ponatur.  
Psal. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram,

\* 5 quad

CONTIONES DE SEPTIMO  
quod si abstinent multi, timore abstinent, non corde.  
Avaritia enim pestis est profundissima.

Fraus in ne-  
gotiatione.

Quartum est fraus in negotio, de qua. 1. Tessa. 4.  
Ne quis circuueriat in negotio fratrem suum, quoni-  
am uindex est deus de ijs omnibus, sed hoc tam latum  
est, ut nunc non possit per singula discurreti: quomo-  
do enim singula artifida et negotia cum suis excessi-  
bus, medijs, defectibus commemorem?

Quæ multis  
ut faciat uo-  
bis homines  
et uos faci-  
te illis.

Idcirco omnibus in genere illa regula charitatis  
seruanda est, quam dominus Mat. 6. ponit: Quæ uul-  
tis ut faciant uobis homines, et uos facite illis: quare  
in omni tractatu necessariu est unicuique, ut prospiciat  
prius quomodo secum uellet agi, si esset in alterius lo-  
co, ita faciat et ipse, et tutus erit. haec uocatur lex na-  
turæ, imo est charitatis. Charitas enim est, quæ consi-  
derat quæ sunt aliorū, et prius inspicit, quid sibi uelit  
fieri, ut sic faciat proximo: ideo enim dominus addi-  
dit diuersus: Haec enim est lex et prophetæ, sed lex et  
prophetæ sola charitate implentur, ideo si est lex natu-  
rae sane et incorruptæ, quæ idem est cum charitate.  
Qui aut hæc regulæ præterit, facile etiæ fraudē perfe-  
ctat, antequam aduertat, quoniam periculū fidei est in omni  
negocio, nisi ui aliqua seruetur et industria.

At quanta est hodie fraudis copia? omnis domus  
et platea plena est, et omnes de ea queruntur. Nam  
et rustici alioqui rudes, ad fraudem sunt instructissi-  
mū mundus nisi mihi. Et sane hoc unum etiam præceptum satis indi-  
bil ab iudicata, quid sit mundus, cum sit non nisi rapina mutua  
rerum

rerum. Et quod magis dolendum est, ea nunc consuevit mutua veritas  
tudine fraus agitur, ut ne conscientiam quidem inde parapina-  
tiantur, quin bene se fecisse sibi videantur, si alter al-  
terum illuserit et imposuerit. Sed uero mundo.

Igitur tu curre per singula officia artium, et nume-  
ra fraudes, cum quotidie excogitetur nouae, ut sit pe-  
riculi res plenissima, cum hominibus agere: lucem uer-  
tunt in tenebras, et tenebras in lucem, denique obtinuit,  
ut omnes uenitores pluris exponant, et emptores  
minoris accipiant, quam res sit in proprio preceo, scilicet  
licet, quia usu fallendi mutuo, nullus alteri credit pris-  
mis uerbis.

Quod autem dictum est de operibus huius praece-  
pti, et de spirituali intelligentia eius, quod scilicet pau-  
pertas spiritus, sit eius uera intentio, ut mortificetur  
insatiabilis illa bestia, auri sacra fames, avaritia, phi-  
largyria, et cupiditas, radix omnium malorum, ut  
Apostolus ait, que infinitos hodie laqueos tetendit et  
auget semper, non intelligendum est de paupertate in ef-  
fectu, sed affectu. Nam et mendici ac religiosi pos-  
sunt esse ditissimi cupiditate et avaritia interna, ma-  
ximiq; fures coram deo, dum inuident habentibus, et  
cui sunt corum facultates. Et Apostolus uocat hoc uitium  
idolatria, sicut Psal. 77. dicit, quod seruierunt scul-  
ptilibus Canaan, id est, denarijs. Nam Canaan merca-  
tor, et negociator dicitur, cuius sculptilia que alia pos-  
sumus figurata credere, quam aurum et argentum su-  
gnatum, monetatum et conflatum.

Paupertas  
spiritus, hoc  
præcepto da-  
tur.

Paupertas  
affectu.

Deniq;

## CONTIONES DE SEPTIMO

Deniq; quod sint cultores auri, et serui eius, etiam  
Psal. 75. habet, dicens: Et nihil inuenierunt omnes ui-  
ri diuitiarum in manibus suis. Nō ait, diuitiae uirorum,  
sed uiri diuitiarum, ut possessos uiros, possidētes de-  
uicias intelligas: illi seruant, istae seruantur, ideo illi  
serui, istae dominæ.

Quo pacto  
hoc præce-  
ptū implea/  
tur.

Fur, etiā in  
proprijs re-  
bus.

Igitur ut cōcludamus (cum sit omnibus notissimū  
hoc uitū) breuiter hoc præceptū impletur, si non solū  
ex opere abstineas, imò nec satis est, corde non cupias,  
nisi & aequissimo animo feras, tua tibi auferri, nā  
nihil prodest, si aliena nō cupias, tua autē impie dili-  
gas. Sicut in quinto præcepto, in seipsum quis potest oc-  
isor fieri, etiam si nullū alium occidat, aut nemini sit  
iratus. Et in sexto, cum propria uxore adulter eſſe, ut  
dictum est, ita & in proprijs rebus etiā fur & auarus  
eſſe poterit, dum nimis tenaciter diligit sua: quāquam  
qui seipsum occidit, quis cum credat nō etiā alium oca-  
citurum eſſe, aut uitā ei saltem inuidere? Et qui cum  
propria cōiuge abutitur libidine, quis præsumat quod  
non alienā polluat saltē cōcupiscentia, cū sit totus li-  
bidine furens? Ita q; sua nimiu diligit, quis credet q;d  
nō etiā aliena cōcupiscat? Igitur neuter eſſe debet in  
bonis quibuscunq;, si abeunt, ne tristetur: si ueniant,  
ne letetur, secundum illud Psal. 61. Nolite sperare in  
iniquitate, & rapinas nolite cōcupisare: diuitiae si af-  
fluant, nolite cor apponere. Hoc autem uitiata natura  
nō habet, sed oportet illud in Christo haurire, qui pro  
nobis pauper factus est.

Imò

## PRAECEPTO DOMINICO. 167

Imò nec hoc gradu sit cōtentus, sed uideat etiā, ut Impartire  
de suis bonis magis uelit alijs impartire, q̄ aliena con sua proxio.  
cupiscere: nam hoc habet charitas, quæ sola est imple Charitas so  
trix legis, ut non solum longissime abstineat à rebus la legem im  
proximi, sed etiā proxima fiat conferendo res suas, si plet.

potest cōmode. Nā id sine dubio quilibet sibi fieri uel  
let, sciliat ut sibi tribueretur, & nemo sua cuperet,  
sed omnia candide fauerēt. Nec potest regula melior  
tradi in hoc præcepto, tam perplexis negocijs dato, q̄  
ut quilibet, in quo cunque negotio cum proximo eger  
it, ante omnia coram oculis ponat hoc dictum Chri  
ſi, scilicet spirituale interpretamētum omnium præ interpretatio  
ceptorum, Quod uultis ut faciant uobis homines, & omniū præ  
uos facite illis. Et illud Thobiæ: Quod tibi fieri no  
lis, alteri ne feceris. hoc enim aspecto facile quiuis eru  
dierit, quid & quomodo agere debebit in quo cunque  
casu huius latissimi præcepti.

Nam si tibi faues diuitias, non autē proximo tuo,  
iam non habes charitatem, sed cupiditatem, & pec  
casti in hoc præceptum. Es enim fur coram deo,  
quia id quod proximo debes, sciliat fauorem rerum,  
abstulisti ab eo.

Ex quibus patet, quām multi detestentur fures &  
furta, ipsi multo maiores, cum sine gratia nullus sit,  
cuius cor nō inquietur avarita, uerū illos fures stran  
gulat imperator, hos uero ipse perdet omnium creator.  
Vnde nec istud præceptum pure est negatiuum, immo  
affirmatiuissimū, scilicet, ut sit homo largus, facilis, Præceptum  
liberalis

## CONTIONES DE SEPTIMO

**hoc affirma liberalis in proximum, qualis esse non potest, nisi sit purissimus à furto in spiritu: ideo negatio illa expressior est quam affirmativa, cum possit aliquis esse quidem liberalis, ut in statu incipientium, sed tamen non sine cupiditate, ideo nondū perfecte legis huius impletor, qui debet esse purissime liberalis.**

**Lusores sūt fures.** De lusoribus etiam queritur, an sint fures, & ad restitutionem teneantur. Quod lusores cupiditate & avaritia peccant (qui saltē propter lucra ludunt) ac per hoc coram deo fures sint, alienaeque facultatis appetitores, manifestissimum est. Nullus enim cum alio ludit, ut sua illi tribuere uelit (id enim sine ludo facere potest) Nec ut sua amittat, nec ut alienum uelut suū querat lucrum: ac per hoc ludus semper est cōtra charitatem & secundum cupiditatē, quia querit quae sua sunt, cum damno alterius, & saltē non ita quae sunt alterius, sicut quae sua sunt.

**Lusores non tenentur ad restitutionē.** Attamen non tenetur ad restitutionem, quia cōtra hominibus nō rapit, nec usurpat rē alienā inuitō domino, sed cōsentiente per pactū ludi: uterque enī ponit sua in periculū, sciens et uolēs, ideo qui amittit, scāner & uolēter amittit: lex enī iustissima est, ut quod amat periculū pereat in illo, nisi forte per fraudē luserint.

Optima tamen pœna foret, si posset fieri, ut uterque amitteret: hoc enī est ius ludi: uerū, quod uterque cū periculo suo, cupiditatē erga proximū exercet. Aut arte ut fiscus principalis utrique tolleret lucrū, eo quod contra edictū & Canonē ecclesiae agant ludendo. Quod autem non sit

non sit necesse restituiri, patet, quia non esset alia causa,  
 nisi quia cum peccato & contra legem acquiritur lus-  
 erū eiusmodi: sed si omne tale est restituendū, quod  
 cum peccato acquiritur, iam etiam meretrices, immo  
 omnia alia mercatorum & negotiatorū, quæ menda-  
 cijs, periurijs (seclusa tamen fraude erga proximum,  
 & dolo in re quæ tractatur) cupiditate uendūtur &  
 emuntur, eßent restituenda, quod est absurdissimum:  
 quia in iis non est facta iniuria proximo, sed deo & le-  
 gi, ideo tenetur ad restitutionem, non rei acquisitæ,  
 sed uoluntatis suæ malæ, quam ibi expleuit: quod fit  
 per contritionem & poenitentiam.

Eodem modo de sacerdotibus et religiosis, uel non o' Sacerdotes  
 ratiibus seu satis faciētibus, uel pluralia beneficia pos non ad restitu-  
 sidentibus non tenentur ad restitutionē, sed ad poeniten- tiōem, sed ad  
 tiam de abusu, quia Papa habet potestatem illa bona poenitentiam  
 conferendi, tu tantummodo uideris, qui impetras uel tenentur.  
 te ingeris: olim trahebantur fugientes ad sacerdotia,  
 ideo à populo diligebantur, nūc irruunt retrahente po-  
 pulo, ideo odiuntur: sed hæc auaritia hodie horribilis  
 ter crescit in beneficiorum occupatione. at si sine frau-  
 de impetrantur, non est restitutio facienda. Quanquā In sacerdotia  
 sine fraude seipsum ingerere, presertim ad officia cu-  
 rarum, non uidetur satis possibile: fraudatur enim Pa-  
 pa & populus, si non fuerit talis, qualis requiritur. At  
 quis hoc de seipso audeat affirmare? & tamen non pu-  
 det pro seipso supplicare.

Tandem & contractus redemptionis in magū dar-  
 minum

## CONTIONES DE SEPTIMO.

**R**editus peccatum totius mundi, nunc avaritiae seruit, cū ideo aen-

narij. sus emātur, ut lucra augescant, & certa fiat substan-

tia sine labore & periculo, non ut deo liberius serui-

ant, aut necessitatē prouideant, cū tamen intentio Pa-

pae fuisse & esse uideatur, non ut oīo uacent, nam la-

bor & sollicitudo omnibus imposita sunt. Gene. 3. In

sudore multus tui uesceris pane tuo. Et Iob. 5. Homo

natus ad laborem, sicut avis ad uolandū. Igitur ali-

quot causas assignemus iuste census emēdi, si scilicet

sunt primo senes, pueri, infirmi: iij enī satis habent la-

boris ex ipsa uita sua. Secundo, si sunt alio labore occi-

upati, scilicet qui deo seruiunt, ut religiosi, sacerdo-

tes, prælati, studio uerboq; dei uacantes. Et qui commu-

nitati seruiunt, & alienæ necessitatē, ut Principes, se-

natus, præsidentes oppidis, uillis. Alioquin si deus un-

cuig; secundum suum laborem redditurus est, quid re-

cipient oīosi, qui pecunia sua non nisi ad lucrum, lu-

cro non nisi ad oīum, oīo nō nisi ad delitias, delitij-

non nisi ad peccatum abutuntur? Nō ergo illi sunt

scuri, qui tantūmodo sibi seruiunt censibus em-

ptis. Nō quod emere cēsus adeo sit ma-

lum, sed quod avaritiae in hoc serui-

re, nec aliud quam diuitias se-

curas querere, peci-

catum est.

præceptum

## PRAECEPTVM OCTAVVM.

Non loqueris contra proximum tuum  
falsum testimonium.



ITIVM linguae, quā apostolus Iacobus mundū iniquitatis appellat, omnium post cor mem brorum est peccaminosissimū, nec ullū membrū tot speciebus peccat, excepto corde, qd' omni bus speciebus peccat. Nā lingue Lingue uitii uitii in iurando, promittendo, orando, docendo, no men dei assumendo &c. prima tabula in secundo praecepto prohibitum, id est, omne uerbum quod contra deum dicitur peccat. Item prohibitum est tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, & nunc octavo, prorsus per omnia præcepta præter. 1.9.10. que solū animū tangunt. Nam contra tertium agitur, non orando, gratias agendo, legendō die festo.

Quartum, parentes superbe alloquendo, irreuerenter respondendo, exprobrando &c. Quintum, male dicendo, detrahendo, criminando &c. Sextum, impudice loquendo. Septimum, furandi consilium, exhortationem, excusationem, defensionem dando.

Octauū, nūc ut uidebitur metiendo, adulādo &c. Igitur sicut prohibitum est nōcumentū persona propria, personarū attinentium, rerum corporalium, Ita nūc bonorū que sunt in fama, laude, honore, nominis ne prof

CONTIONES DE OCTAVO  
ne prohibetur nocumentum.

Contra hoc præceptum peccant.

**Theologi.** Primo et propriissime docti, maxime autē Theologi, & uniuersi, qui falsa tradunt discipulis, & utriq; dupliciter, scilicet uel scienter uel ignoranter, & secundum hoc grauius peccant uel leuius. De Theologis primū, quia iij grauiissime omnium peccant contra hoc præceptū, quando scripturā sanctam & uerbum dei peruerterū & false exponunt, uel aptant nō recte. Hinc enī fit, ut false dictū, occidat animas, aut saltē discruciet infelices cōsciētias. De primis horum sūt haeretici et monij Singulares, q; dei uerba suis sensibus aptant, et in sui obsequiū capiūnāt, cū deberēt cōtra; et hoc in ijs, que pertinēt ad fidē et salutē, hoc tā magnū peccati reputatur apud deū, ut nullum aliud in scripturis frequētius acrius q; arguatur per omnes figurās et prophetias. Vnde Psal. 4. Filij hominū usq; quo graui corde, ut quid diligitis uanitatē & queritis mendacium? Et. 5. O disti omnes qui operantur iniqitatem, perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Vbi de talibus magistris loquitur, ut patet infra. Deaddant à cogitationibus suis, id est, studijs etc. Et Psal. 1. Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Et ubi cunq; de dolosis linguaq; dolosa loquitur tyres.

**Pseudomartyr.** Dico ergo, Nunquid excusantur, cū faciant id pia non zelus in intentione & zelo dei? Sic enim sese haeretici solent excusare,

PRAECEPTO DOMINICO. 170

excusare, ut nostri uicini Pighardi Boemiae. Respon temerantibus detur quod non immo eo magis accusantur, quia ex scripturam, superbia procedit iste zelus, quod doceri nolunt et audiire, sui ipsius magistri facti. Vnde Rho. 10. Testimonium perhibeo illis, quia scelus dei habet, sed non secundum scientiam. Et Gal. 4. Quicunque uos perturbat, iudicium suum portabit. Et 1. Qui aliud euangelizauerit, anathema sit &c. Tales enim habent bonum zelum, sed non timent: sunt enim de tali zelo securi, quasi non errent, quod pie intendant & garriunt, quod omne peccatum est uoluntarii, & intensio nominat opus. At nos inquit bonam intentionem & uoluntatem piam habemus, & ita siunt obstinati & securi.

Quibus respondetur, quod habent pessimam uoluntatem & uenenosissimam intentionem, non dicam, quam sentiunt & allegant, sed profundiorem illam, qua superbi sunt, & nolunt aliud audire quam suam intentionem bonam, nec credere alij, quam sue pie uoluntati. hanc enim intimam suam superbiam non uidentes, uestiunt eam ficta & uiolenta intentione bona & pia uoluntate. Vera enim bona intentio, & radicaliter bona uoluntas, nunquam stat secura & sine timore, ueretur enim omnia opera sua cum Iob, immo uerba & cogitata, ideo nulli adhaeret bona sua uoluntati & pie intentioni, semper paratior alijs cedere, quam sibi credere, quantuncunque speciosissima sua sit intentio: quo timore fit, ut nihil noui molitur, seruet unitatem, & stodiat pacem, et augeat concordiam.

## CONTIONES DE OCTAVO

Per opera sa- Secundi, Qui & si falsa nō doceant, ut occidant,  
tis facientes. tamen superficialiter, ac minus quā debent, docent,  
ideo sunt crucifixores conscientiarum, et tortores ani-  
marum, ut sunt ij, qui salua fide Christi, iustias ope-  
rum docent, raro fidem, sēpius opera, de quibus mi-  
hi uidetur Apoc. 9. dicere. Quod locustae non occide-  
rent homines, sed cruciarent eos mensibus quinq;  
q; salicet docēt, per opera satisfieri pro peccatis, et tamē  
per hæc nunquā habent quietem conscientiarum, quā  
sola fides Christi donat.

Verecude sa- Quo circa, cū scriptura sancta uelit in timore et  
era scriptu- humilitate tractari, & magis studio pia orationis pe-  
ra tractetur. ne trari, quām acumine ingenij, impossibile est quod  
sine damno sint, uel suo proprio, uel aliorū, quos do-  
cent, qui nudo ingenio freti, in eam irruunt illotis pe-  
dibus sicut pora, tanquā sit humana quædā scientia,  
ad eo nullo reuerētiæ discrimine uersantur in illa. In-  
de ueniūt tot promptuli ad docendū, qui statim cogni-  
ta Grāmatica. Theologiā sine omni studio profitētur,  
dicentes: Hem Biblia res facilis est. maxime autē id fa-  
ciūt, qui distenderunt uentrē suū siliquis illis porcoriē  
(id est, philosophorū) Vnde de eis cōqueritur B. Hic  
ro. quod arbitrio suo trahunt repugnantē scripturā,  
et iā prouerbii factum est, scripturā habere cereū na-  
Scriptura ha sum. Hoc effecerunt insulsi illi, et inepti somniatores,  
bet cereū na- ludētes in sensu literali, allegorico, morali, anagogico,  
sum. et uocātur DOCTORES SCOLASTICI.

Doctores et hoc propriissimo ueroq; nomine. Scolastici enī sunt,  
scolastici. id est,

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 171  
id est, ludicri et lusores, immo & illusores tam sui quam  
aliorum, qui neque quid sit litera, neque quid spiritus, co-  
gnouerunt. Et ferendum erat tale studium in quadru-  
plia illa expositione scripturae, si modo tanquam rudi-  
menta haberentur pro incipientibus. Nunc uero totius  
fastigium eruditionis in isto ludo statuit, nec unquam  
ad uerum intellectum pertingunt, qui sine puritate cor-  
dis nunquam potest attingi. Illam autem quadrigam  
uersant etiam impiissimi. vide B, Hiero. in prologo Bi-  
bliæ, de eadem temeritate tractantium scripturas.

### D E I V R I S T I S .

Secundo, iij enim ad literam contra hoc præceptum iure consult  
agunt, quando in labyrintho suo (id est foro contentio  
so) nihil aliud querunt quam uictoriā, omnia allegant, sunt.  
querunt, acapiunt, quæ pro se faciant, contra partem  
aduersariā, ubi nouo miraculo, unus & idem textus  
scrutit contrarijs causis, & factum est hoc studium pe-  
riculis plenissimum. Sed dicunt: Nemo tenetur se-  
ipsum confiteri & accusare. Quid autem dicit domi-  
nus: Non loqueris falsum testimonium aduersus pro-  
ximum tuum, cum hoc pro te alleges quod contra il-  
lum est, quem scis iustum causam habere? Parum Chri-  
stianum di-  
ctū iurecō.  
Nemo tene-  
tur seipsum

Sed habent iuristæ priuilegium magnum, ut nulli confiteri &  
contra eos loqui, aut eos iudicare liceat, id autem est, accusare,  
quod nemo recte arguit, quod non intelligit. At iuris  
intellectus est infinitus & inexhaustus, neque est reper-  
tus Iurista, qui omnia norit, idcirco si non ante de eis li-  
cet iudicare, quam omnia eorum intellecta fuerint, nun-

## CONTIONES DE OCTAVO

quam liabit iudicare, semper enim dicent, non esse intellectum quod arguitur. Vnum tamē dicēdū, quod et ipsa habet, iura, licet neglectissimum, scilicet, quod finis, uita, uirtus omnium legum est, pax, charitas, cōcordia, quæ si quis non intendit, legibus non utitur, sed abutitur. Qui enim ideo querit effugii in glossa, cōtra textum, ut litem proroget & augerat, putás ne uitiam legem habet? Immo literam mortis querit, & cōtra pacem laborat. At hoc ipsum qui non fecerit hodie, mirum si diu Iurista reputetur, aut diues efficiatur. Si enim tantum quererent pacem, quātum litem, Notent hæc non tot libris, laboribusq; foret opus.

iureconsulti. Igitur noli in faciem uerborum intendere, nec quo & quomodo ea possis torquere & pronderare, sed uide quo ipsa respiciunt, nempe ad finem litis & iuriorum mortem.

Pauli &  
Christi do/  
ctrina. At hic dignissime cōsiderandū capitulū. 6. Corinth. prime, ubi Apostolus reprehendit, quod propter secularia, id est temporalia & uictualia, iudicā haberēt, & non magis fraudem patarentur. Item Christus iubet, etiam pallium dari auferenti tunicam &c. Sed dicitur quod sunt consilia, non precepta, nisi ad præparationem animi mirabilē nō intelligo, que nūquā procedit et peruenit ad opus. Et B. Aug. qui exemplū Christi adduicit, quod coram Anna accepiens alapam, nō præbuerit & aliam, meo iudicio non recte intelligitur, ac per hoc male defenduntur ipsi.

Huc forte

P R A E C E P T O D O M I N I C O . 172

Huc forte pertinere potest, & illud miserum genus hominum, quod se se per philosophiae Aristotelis falsissimum nomen decipit & fatigat, cum Aristotelem neq; intelligent ipsi, neq; doceantur, falsis interim & fictis commentarijs piis in Christo animas occupat & onerant, imò illudunt potius, dum credunt hoc esse philosophiā qd' nō est, merasq; sectantur nugas. Et multo sunt ipsis Poëte ac quicūq; fabulatores fortunatores, propterea, quod Poëte (ut B. Aug. dicit) & si reātent fabulas, non tamen credunt eas esse ueras, sola uoluptate uanitatis delectati: illi autem credunt, ueras esse suas fabulas. Nam si meo cōsilio Aristoteles legeretur, certe uel in medio anno disci posset ab ingenio mediocri. Legeretur autem non sicut hucusq; lectus est, ea fide & religiōe, qua sacrae literae, imò amplius, sed sic ut alia quæcāng; leuis et extranea materia, tantum ut sc̄retur non ut defenderetur. V E R E enim sumus seducti per Aristotelem & commenta eius, atq; si aliud non esset, hoc unum satis erat argumentum, qd' tot sectæ et capita sint in ista bestia gētili, simili Hydra in Lerna. nā ibi sunt THOMISTAE, SCOTISTAE, ALBERTISTAE, MODERNI, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnū in seipsum diuīsū, et mirū, quod nō desoleatur, sed prop̄ est ut desoleatur. Quomodo ergo potest fieri, ut ueritas sit in tanta opinionum confusione? cum enim sint contrarie, necesse est ut & false.

Sed si isti doctores & magistri peccant, & contra

9 4      hos

Poëtarū stu-  
diosi, felicio-  
res sophistis

Seducti su-  
mus per Aris-  
totelem.

Aristotelica  
philosophia,  
multū nocet  
it Christianis  
smo.

## CONTIONES DE OCTAVO

Falsa mira = hoc mandatum agunt, ubi manebunt illi somniatores,  
cula prædicā & perditum genus hominū, qui prædicant falsa mis-  
tes.

racula, mendaces legendas, ostentant fictas reliquias,  
friuolas suas uisiones? Hic aliquis impudēti fronte ia-  
ctat se cum Christo & matre eius locutum et risisse,  
puto etiam saltasse. Hic habet fœnum, in quo Christus  
iacuit, quod tamen hoc anno natum est, et raptum in  
horreo. Audiui ego factum, quod mulier quædā (dia-  
bolo incitante, deoq; uolente, ut illuderet eiusmodi su-  
perstitionis quendam fatuum cultorem) pubē suam  
totōdit, & illi porrexit, suadēs, quod essent capilli S.  
Catharinae, trās mare aduecti, credidit ille cuculus,  
& pro reliquijs osculandos præbuit & uenerandos.

Et ecce qd fit? Cœpit etiā miracula operari pubes illa  
turpitudinis: nec immerito, ut fallantur mēdacijs, qui  
non colunt ueritatē. Ecce hæc cum sint tam impura et  
impudentia, ut nec coram pudicis referri possunt, ta-  
men fiunt. Igitur hi loquuntur falsum testimoni-  
um, non contra homines, sed cōtra deum, & sanctos  
iam regnantes. Tale & illud est quod nuper qui-  
dam ostendisse dicitur fœnum, quod fortuitu inuenit,

Monachi sta- dicens esse fœnum, in quo Christus, seu nescio quis  
tionarij. sanctus dormierit. Ista ergo fabulamenta, indocti  
passim sacerdotes, sed plus monachi stationarij multū  
plicant. Et pastores nō parum delectantur fabulis le-

clesiarum. gendarum & indulgentiarum, et omnīū que diā pos-  
cent, præter Euangeliū, quia illa lucrosa sunt, dum  
Omnia pla- sunt, præter populus à ueritate auditum auertit, ad fabulas conuer-  
sus.

**Ius.** Sed uæ uæ atq; uæ iterum talibus fabulatoribus. Euāgelium.  
 Opus hic esset maxima reformatiōe ecclesiæ, ut pror Nihil debet  
 sus nihil, quantumq; pium & bonū, prædicari permit in ecclesiā di-  
 teretur, nisi quod authenticum et canonisatum esset. cī, qd' autho-  
 nam sub tali pietatis spēcē pariter illa mōstra fabula/ ritate caret.  
 rū intrauerunt, ut prædicatores ecclesiastici prop̄ su Condonato/  
 perent Poëtas gentiles fabulis & mendacijs. Imō au/ res ecclesiastici pp̄ su/  
 sim dicere, nec tutum satis esse, quod probatæ legende stici pp̄ su/  
 & miracula sic prædicentur, ut inde ueniat usus omit perant Poë/  
 tendi Euāgelium. Sunt enim non primāpalis pars ser tas gētiles fa/  
 monis habendæ, sed tantūmodo interspergēdæ Euān bulis et men/  
 gelio, ubi ad propositum faciant, & non integro ser/  
 mone tractandæ.

Secundo, prohibetur omne mendaciu, hoc est fal-  
 sum testimonium contra proximum. Est autem tri-  
 plex, iocosum, officiosum, perniciosum, secundum B.  
 Aug. Iocosum propriè non est mendaciu, quia statim  
 perapitur esse mendaciu, nemoq; fallitur, & ille  
 etiā, qui sic mētitur, intendit sibi loqui, ut appareat fal-  
 se loqui & nugari. Est tamen peccatum, scilicet turpi  
 loquium seu scurrilitas & uaniloquium.

Contingit autem, quod aliqui tam rudes sint, ut ta-  
 li etiā fallātur, maxime quādo in religionibus sit iste  
 iocus, ut cum dicitur: Si rem perdidisti, da calidā simi-  
 lam pro eleemosyna, et salē benedictū de super pone,  
 scilicet super rem perditā, & inuenies: quod rudes  
 intelligunt super similam, & credunt se inuenturos,  
 & similia multa.

y s Officiosum,

## CONTIONES DE OCTAVO.

**Offidōsum** Offidōsum, quod causa officij (id est obsequij) sit non est mors ad salutem & utilitatem suam, uel alterius, sine dāno alicuius, ut si pudicitia fœminæ periclitaretur, & aliquis negaret esse eam, ubi est, uel aliud simile. Tale mendacium dixerunt obstetrices Hebræarum mulierum in Aegypto. Item Michol uxor David ad Saul: ui de ibidem utrāq; suo loco historiam. an autem eo sit utendum, Respondit B. August. quod non, sed dicit uerum quantum potest alijs uerbis, ut de quodā Episcopo, dicit li. de mendacio, qui iudicā querenti reum, qui ad se configerat, Respōdit: Nec mentiar nec prodam, non tamen est peccatum mortale, maxime quando rationali causa fit, & perturbatione subita.

**Pernicioſū.** Pernicioſū (id est, dānosum) quia ad damnū alterius falso dicitur, & fallit sic mentiens proximum, sicut non uellet ipſe falli, de quo do minus per Zalchiam: Loquimini ueritatē unusquisq; cum proximo ſuо. Et iterum: Pacem & ueritatem diligite &c. Hęc enim sunt, quae placent mihi. Hoc malū in negotijs, tractatibus, pactis, fœderibus, literis, sigillis, & omni cōuerſatione hominū hodie latissime, pestilētis sime, potentissime regnat, secundum illud Osee. Mendacium, furtum &c. inundauerunt, quia homines obtutis cū illius regule. Quod tibi uis fieri, fac et alteri, et qđ nolis, ne feceris, excæctati cupiditate ppria etc.

**Mēdaciū est** vide autem monstrum humani cordis, etiam si omnia alia peccata hominem nō foedarent, hoc ſolum uitium maxime est contra naturam hominis. Primum,

Quid

Quid enim omnis homo magis, quam scire desiderat natura: quid magis horret quam fallit? sicut B. August. quod anima nihil adeo desyderet, ut ueritatem, & tamen facit contra homo, & libenter.

Deinde etiam si gula, uel luxuria, ira, inuidia, accidia, auaritia, cum multis bestijs conuenit, hoc tamē uitio eas superat cum diabolo, quod solus homo mendax est, & diabolus pater eius: soli enim homini ratio & sermo data sunt, quorum officia sunt, ueritatem dicer. Et hinc credo, quod inter omnia conuitia, nullū sit Mentiri cons  
acrius, quam si quis dicatur in fide, metiri. Vrit enim uitium atrox. hoc cōuitium, plusquā si luxuriosus, ebriosus, iracundus, superbus dicatur, puto quod natura ideo falius sentit, quia innaturalissimum uitium est homini, deniq; humane & societatis maximus hostis est mendacium.

Tertio peccatur contra hoc mandatum, Adulatio. Adulatio, sub qua susurro, bilinguis, & tertialingua, & omnīa mala lingue alia uide praecepto quinto. Hoc autem uitio nullus hominū uacuus est, nisi sit, qui atque uicit occidi & omnīa odia mereri, puta qui recta cordis institutione, nulli tact ueritatē secundum illud Psal. 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus (id est, nō timet ullum hominē malum quantūlibet sit potens, diues, sapiens, iustus: non enim accipit personas, nec respicit faciem) rursus timentes glorificat, quātumlibet sint infirmi & pauperes, atq; stulti.

Idecirco, aut adulandum est mundo, aut odium suis finendum à mundo, quod in Christo, et omnibus sanctis

## CONTIONES DE OCTAVO

**Aule** princi<sup>e</sup> etis satis nobis monstratum est. Hoc autem uitium licet passim dominetur, tamen in aulis principum, & pon Pontificum, totis castris triumphat. Ibi enim sunt, qui tificum.

**Adulator no**cētissima pe  
stis.

Alexander  
Māmæa P.

Diogenes.

licet passim dominetur, tamen in aulis principum, & pontificum, totis castris triumphat. Ibi enim sunt, qui mollibus uestiūtur, & teneras habet auriculas, et certe nō est in mūdo locus, à quo adulatio debeat abesse lōgius, & tamen ibi est frequētior & potentior, siqui dem seductio prinapis in malū, aut retractio à bono, necesse est omnibus subiectis noceat. neq; est nocentior pestis regnorum & prouinciarū, quam adulator in aula. Quid enim querimur de bellis, aut gladijs, aut armis? Adulatoris lingua super oēs gladios est. debet rēt itaq; ab aulis quā maxie repelli, et grauissime puniri. Legitur de Alexādro Ro. imp. adeo infenso adulatoriis, ut cum uideret corā fese, molliori gestu alii quem adulantem, non dimitteret impunitū, uel si maior erat, saltē derisum. Et Diogenes interrogatus, quae nam ferarum esset nocentissima, respondit, inter feras Tyrannus, inter cicures adulator.

Horum duces & exempla in scripturis sunt tarder reperta, forte ob detestationem uitij huius. nam priimus & insignior ceteris est Doech Idumeus. qui. i. Reg. 19. & infra Sauli in omnibus adulatus, causa fuit cædis omnium sacerdotum in Nobe, sed & multa Ziphei. alia mala Dauid paravit. Hunc sequuntur Ziphei, Siba. proditores Dauid. Tandem Siba seruus Miphiboseth, qui etiam Dauid regem decepit. Sed attendant quo fine Doech cōsumptus est cum Saule, cui adulabatur, sed & filius eius patris adulationem infeliciter imitatus.

## PRAECEPTO DOMINICO. 175

tatus. 2. Reg. i. statim à David occisus est. Vnde & Psal. 51. totus eundem Doech fulminat: Quid gloria  
ris in malitia &c. Audiant adulatores quod sequitur,  
Dilexisti uerba præcipitationis, linguam dolosam,  
propterea deus destruet te in finem, & cuellet te, &  
emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuā de  
terra uiuentium. Vide quām exaggerata imprecatio=

Verba præ  
cipitationis.

ne persequitur adulatore. Diligunt enim uerba præ-

cipitationis, id est, quibus precepit, pessundet, ab/  
forbeant proximos suos apud principes, ut ipsi tan=  
tummodo dominantur & placeant &c.  
Vltimo peccatur falso testimonio, in iudicio publico,  
de quo & supra dictum est. Hic autem iuristarum, Iure consul  
Notariorum, patronorum, aduocatorum, iudicum pe  
riculum agitur. Hic iura ipsa sanctissima rose patiun  
tur conditionem, ex qua colligit mel apis, uenenū ara  
nea, & dicunt, pulchre sese excusantes, vigilanti iura  
subuenient. Et iterum: Cōfugiendum est ad remedia  
iuris. Hæ sunt duæ regulæ uehementer utiles. Primo  
ad prorogandam iustitiam, deinde ad seminandam li  
tem. Tertio ad implendum marsupium causidicorum,  
non quod regulæ illæ male aut false sint, sed quod fe  
rè nunquam bono usui seruant, quod patet, si aduer=

Regulæ due  
forensiū pa  
tronorum.

tas, quid ipsi intelligant per Remedium iuris, & ui  
gilanti ad iura. Nēpe id salicet, quod cū uel teste con  
scientia pessimā habeat causam, uel salē dubiā, non  
hic audit consiliū spiritus, tene certū, dimitte incertū:  
imò id cogitat tantum, quomodo ex causa pessima fa  
ciat

Remedium iu  
ris.

CONTIONES DE OCTAVO  
ciat optimā, uidelicet quod ægrotat, ideo remedia iuri-  
ris illi adhibet, & hoc est uigilare eorum: uigilant enim  
super iniquitatem, ait propheta, & ita sit ut ex eodē  
textu iuris, unus uenenū, iniquitates defendens, aliud  
mel, iustitiae patrocinans, hauriat.

Hic autem quid dicam? nisi ut miseriam Christianorum deplorem, qui omne studium suum conuerterūt ad lites, iudicia, forum, nec ullus dignatur hic ille Christi attendere, quod uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis.

Obsecro te homo, tēta, proba, interroga te ipsum, si quādō habes causam cum proximo, nōnne uelles ut te dimitteret in pace, non litigaret tecum, et crederet tibi? Hoc ergo uis ut faciat tibi homo alter? Cur non facis & tu eidem & cedis? At inquis consilium est, non præceptum. Respondeo, quomodo est consilium et nō præceptum, quando Christus statim addidit, Hec enim lex & prophetæ: nunquid lex est consilium? ergo nullū restat præceptū: nulla lex? Quid hinc sequitur, nisi quod & Christi & naturæ legē obliiti, in medijs agamus tenebris? idcirco periculosissimum est studiū iuris hodie, cum nō seruat ad pacē, ad lites cōponendas, sed suscitandas, prolongandasq;

Studium iuri-  
ris periculo-  
sissimum.

At dicens, Si sic facere oportet, cito futurū est, ut pedibus conculcemur, & omnia rapiantur quae habemus. His dico, hoc est quod uult scriptura. Ideo enim pupilos, orphanos & uiduas, pauperes & oppressos nos uocat. Quod scilicet euangelium seruātes, patimur

PRAECEPTO DOMINICO. 176

patimur plura mala propter uerbū eius, nō vindicātes,  
nō retaliātes, imò etiā orātes pro persequētibus & ca-  
lumnantibus nobis, ut simus filii patris nostri, qui est  
in coelis, quia & ipse benignus est super ingratos &  
malos. Et deberemus gaudere, nos esse pupillorum no-  
mine dignos, quoniam protector eorū est Christus, qđ  
si repetimus & litigamus, quādo erimus pupilli? ve-  
rū & hæc salutaria præcepta, nobis in consilia muta  
uerunt, dicentes, quod secundū præparationem intel-  
ligenda sint animi, & non attendunt, quod assidue ue-  
cta nobis  
niunt casus, præparationē illā in opus extendēdi, & consilia muta-  
tamen nō faciunt. Atq; hic uide dei potentissimam sa-  
pietiam & sapientissimā potētiam. Ipse dixit: Verba  
mea non transibunt, & unum iota non præteribit à  
lege donec omnia siant. uide inquam quomodo ue-  
rum sit, ipse dixit & facta sunt. Illi qui nolunt au-  
ferenti pallium, & tunicam dare, coguntur etiam ca-  
misiam illi dare inuiti, quia non dederunt tunicam  
uolentes, & per illos inuitos impletur mandatum,  
quod per spontaneos nō potuit. Frequentissime fit  
enim, dum duo super re quapiam cōtendunt, per ami-  
cum pactum quilibet alteri cedens, ambo accepta  
rei parte, contenti forent, ubi dum litigant, lon-  
ge plura consumunt, & in causidicos profundunt du-  
plo, quām cogarentur cessisse alteri partium. Quidē  
quod aliqui ultra rei summam, duplam etiam consu-  
munt, & tamen etiā illam perdunt. Hic cātari tempus  
est, iustus es domine, et rectū iudiciū tuū. da causidico  
ingrato

Theologi sa-  
lutaria præ-  
cepta nobis  
niunt casus, præparationē illā in opus extendēdi, & consilia muta-

In eos q no-  
lunt compa-  
nere lites.

## CONTIONES DE OCTAVO

Ingrato, alieno, irridente te. 20. florenos pro lite, qui noluisti fratri cedere. 10. florenos pro pace. Quis est hic reprehendendus, nisi tu omnium cæssimus, qui peccatum profundis indignis cum peccato, quam cum merito poteras relinquere fratri aduersario tuo, quem deus dignum iudicarat ut haberet? Quod si triumphaveris, tamen cum peccato habes triumphum, & in morte utroque nudus inuenieris.

Verum hæc dicta sint de priuatis: nam publicæ persona debent uigilare, ut nulli fiat iniuria, & requisiti vindicare illatam. Requirere autem permittitur infirmis, prohibetur autem Christianis.

Infirmis  
permittitur,  
Christianis p'  
hibetur iure  
agere.

Vltimo notandum, quod sicut Apostolus Petrus ait: Nemo patiatur ut fuerit aut malefactor, id est, non debet fateri sibi iuste fieri, si sit innocens, sed culpam ablatori denunciare, & penes illum relinquere aculeum conscientiae. Sic enim sancti martyres, Attalus cum suis accusati, quod infantes uoraret in occultis, omnes Christiani constanter negauerunt usque ad mortem. Sic Zedcharias à Ioa rege occiditus, dixit: uideat dominus & iudicet. Et S. Thomas Cantuariensis occiditus est, non quia nolle res auferri, sed quia iustitiam ablatores habere negauit. nam utique permisit auferri res, neque restituit ullo modo. Quin S. Stephanus quoque adeo negauit suos persecutores iuste agere, ut etiam pro peccato eorum oraret. Sic S. Hieronymus scribit de muliere septies percussa, quod morte & omnia alia non timuit, Christus cur sed innocentiam secum uoluit ferre. Imò ideo Christus,

Malachus

PRAECEPTO DOMINICO. 177

Malacho respondit dure, & negavit se male locutū, Malacho & no iuste ille sibi uideretur fecisse, ideo etiam respōdit Caiphæ, res Caiphæ se esse filium dei, & falsum testimonium illo responderit, rum cōfutauit, et tamē uitā sibi auferri permisit, imo uoluit, ut ita & nos rē relinquamus, iustitiā seruemus

Recapitulemus itaq; & in summā ducamus. Hoc praeceptum tūc implemus, quando nō solum falsum testimonium non loquimur sed nec de aliquo dici uolumus audire aut permettere (sicut faciunt qui credūt uel adulatoribus, uel consentiunt detractoribus) imo adhuc reus est huius mandati, si non omni studio solitū sit fratri iniuriam, infamiam, ignominiam excusare, tegere, aut saltem si non amplius potest, extenuare, contradicere infamantibus, accusantibus, detrahentibus, sic enim sibi uellet quisq; fieri, et sic erit filius spiritus dei, qui paracletus uocatur, quia loquiur bona pro nobis, & dat testimonium spiritui nostro bonum contra omnia testimonia diabolī & conscientiæ, dein de ut etiā doceat ignorantes deū, deiq; uoluntatē, mo neat errantes, resistat decipientibus, & haereticis, ac alijs mētiū deceptoribus, ut Apostolus ait. Quare hoc præceptū requirit ueracē, iustā, salutarē, innoxia, & omnino totā fraternis officijs deditā linguā, atq; id ex intimo cordis fauore, hęc est charitas quę non agit perperā, nō emulatur. Igitur et si nō sit neceſſe cōfiteri sacerdoti, si fratrē nō excusaueris accusatiū, fœdātū falso testimonio, opressum adulatione, uel detractione, forte cōtentus, quod tu non ea feceris, certe corā deo

## CONTIONES DE OCTAVO

reus argueris tam imp̄ silentij, & male oiantis lingue, quæ in h̄ic fratri tui necessitatem & seruitutē tibi data est. At rursus si id feceris, omnia in te irritabis, et mox occideris. Et id est, qđ deus mult, ut quātius propter uerbū eius, ē mundo eū ciamur, & occidamur, & coronā iustitiae quātōtius accipiamus. H̄ec est uera & spiritualis huius praecepti intelligentia.

## PRAECEPTVM IX. ET X.

Non cōcupisces domū proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non anāllam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.



AEC sunt in sexto et septimo inclusa, quia secundum expositionem Chriſti, ibi item prohibetur omne desiderium et cōcupiscentia uxoris & rei proximi. nam qui uiderit mulierem ad concupiscentium eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deinde auaritiam & cupiditatem adeo damnauit, ut etiam tunicam dandam iubaret ei, qui pallium abstulerit. Verum uideatur meo iudicio iſtis duobus praeceptis prohiberi ipſe fomes, & invincibilis cupiditas, ipsa inquam, radix malarum cogitationum, ut ſcilicet 6. & 7. intelligentur prohibiti consensus cordis, & signum membrorū, uerbū oris, & opus corporis mali, hic uero etiā ipſi primi motus una cū ſomite, qui eſt origo illorū. Nam oportet nos ita puros

Cupiditas et  
fomes prohibi-  
betur.

PRAECEPTO DOMINICO. 178

Ita puros fieri, antequā in regnum cœlorū ueniamus, Puritas in =  
 ut nec motus mali in nobis sint, nec ullus fomes ad trantum re/  
 malū inclinans, sed perfecta sanitas corporis & ani= gnū cœlorū.  
 mæ, ab omni prorsus uitio, qd' sanè in hac uita nō fu/  
 et, nec est in potestate nostra. Quis enim gloriabitur,  
 se mundū habere cor? quis hunc ignem intimissimum  
 extinguet: cum Apostolus clamet aduersus hanc mē/  
 brorum legē, & legem peccati. Ideoq; oculos, aures,  
 omnesq; sensus intus & foris cohibemus, ne regnet  
 peccatum in nobis, sed concupiscentiam nullus cohibere  
 potest. Ideo deniq; deus misericors statuit corpus no/  
 strum in puluerē redigere, et per ignem uniuersalem, Cur corpus  
 incinerare, ut consumatur omne uitium carnis nostræ in puluerem  
 per ignem, adeo odit deus hanc immundiciam. Et  
 hinc sequitur, quod sola ista duo sunt precepta, quæ  
 à nullo quantumlibet sancto, aliquo modo implētur. Hæc duo  
 Cætera omnia implent, quia opus, uerbum, consen<sup>præcepta à</sup>  
 sum, fortiter opprimunt, sed hic manent rei & pecca<sup>nullo quam</sup>  
 tores, quia nihil de istis preceptis implēt, cum sint in libet sancto  
 facti inuincibili concupiscentia carnis & rerum, ideo<sup>implentur.</sup>  
 omnes peccant, et egent gloria dei, ideo omnes orant.  
 Sæcificetur nomē tuū, fiat uolūtas tua. Dimitte nobis  
 debita nostra. Ideo omnes desperant in meritis suis,  
 timore suæ immundicie, & confidunt de misericor= dia dei, ut sic beneplacitum stet dei super timentes eū,  
 & sperantes in misericordia eius.

Hinc etiam dissoluitur concertatio illa Scolastico/  
 rum doctorum, an illa duo precepta aliud prohibeat  
 z 2 quām

## CONTIONES DE IX ET X

quā, 6. & 7. itē an sint diuersa præcepta. & frustra  
laborāt, dū hæc duo de cordis intelligūt operibus, que  
nō possunt negare in, 6. et in 7. esse phibita, ac sic eas  
dem repetita, & frustra posita, hæc duo cum sint ea-  
dē cum illis, nec possunt dicere, quod illic opus, hic ue-  
ro cogitatio, seu illic manus, hic cor phibeātur, q̄a Chri-  
stus ipse resistit, q̄ illa de utroq; intelligēda doct.

**Paulus.**

Restat ergo ut Apostolum Paulum sequamnr, qui  
illa duo in uno concludens dicit: Concupiscentiam ne  
sæbam peccatum nisi lex diceret: Non concupisces  
Rho. 7. Et late ibi prosequitur illo teneri omnes san-  
ctos, etiā seipsū, ergo somitis malū, & (ut sic dixerī)  
essentialis seu causalis impuritas in nobis hic prohi-  
betur, qui ergo omnia illa superiora se putat impleſ  
se, saltem hic uidet sese immūdum, & egere se Chri-  
sti mundida, pro sese oblata & acceptata à deo patre  
misericordiarum.

**Iudei.**

Porrò Iudeorum uel potius porcorum intelligen-  
tia, indignior est, quim ut in præcepta hæc admittat-  
tur. Dicunt enim, quod. 6. & 7. prohibeat opus so-  
lum, & 9. ac 10. conatus exterior, & indicium operis

**Juristæ.**

manifestum, quo modo et apud Iuristas conatus pon-  
tur, ut si quis rapere inciperet filiam aliuus, aut pa-  
raret insidias uite alterius, plectitur capite. Ac sic ap-  
pud eos cogitationes & uerba sunt libera, plena dor-  
lo, & ira, et amaritudine, et omni (ut Christus ait)  
spurcitia, quia mundat id quod deforis est, intus autē  
plenu est auaritia et omni iniquitate. Ideo Synagoga  
est illa

**Synagoga.**

PRAECEPTO DOMINICO. 179  
est illa mulier, que propter foeditatem suam, dato lī  
bello repudij, dimissa est.

Hæc sunt decem uerba (ut dicit Moses) in quibus  
prosorsus omne mandatū salutare continetur, & licet  
possint redigi in pauciora, rursum distribui in plurio  
ra, tamen placuit deo in denario numero illa ponere,  
qui est numerus uniuersitatis perfectæ summe, ut Denarius nū  
sicut omnia olim contingebant in figura, ita et nume meru.  
rus iste denarius preceptorum ideo assumptus est, ut  
figuraret omnium præceptorū summam.

QVOMODO DECEM PRAE/  
cepta ad septē peccata mortalia trahātur.

**E**INITIS Præceptis decē, nūc reducē  
da sunt ad illa tā multa genera pecca  
torū, siquidē nullū est peccatum nisi  
quod cōtra præceptū sit dei. Nescio  
enim an cōfessuris expeditat tot dif Confessuri.  
ferentijs peccatorum memoriā onerare, & sacer  
dotem fatigare, ut sunt omission & commissio. deinceps  
de corde, ore, opere, 3. quinque sensus, 4. sex opera  
misericordiæ, 5. septem sacramenta, 6. septem peccata  
mortalia, 7. septem dona, 8. octo beatitudines, 9.  
nouem alionā peccata, 10. decem precepta, 11. duo  
decim articuli fidei, 12. duodecim fructus spiritus.  
Ultra hæc sunt quatuor uirtutes Card. & tres Theo/  
logicæ. Item peccata muta, peccata clamātia in cœlū,  
et tandem peccata in spiritū sanctū. Obsecro quid pro  
z 3 dest ista

**CONTIONES DE DECEM PRAE-**  
**Differentie.** dest ista confusio, & distractio mentis? Ita hæc obser-  
uantur, ut etiam neceſſarium existimat, nomina dif-  
ferentiarum, & distinctionum numerare, ad perden-  
dum scilicet tempus, ad obtundendum cōfessorem, ad  
perturbandum seipsum, ut maiore cura, horum memo-  
ria labore, quām contritionē meditetur. Itē ad alios  
etiā impediendū. Ex ignorātia docentī iste tumultus  
confessionū natus est, cū cōfessio debeat eſe breuis et  
aperta, ut cito poſſit expediri uterq;

7. peccata Igitur peccata mortalia primum accipiamus, quoruſ  
mortalia un, numerus uidetur ex Ioan. Chrysostomo sumptus. Hic  
de dicantur, enim septem gentes Canaanorū Deut. 7. exponit 7.  
& quod non uicia, moraliter uolens omnia peccata ſub ihs compre-  
necessario ad hendi, magis ratione numeri ſepenarij, qui eſt uniuer-  
cum numerū ſitatis ſymbolum, quām proprietate nominum. Nam  
coartatur. alij faciunt octo, alij nouem, addentes, inobedientiā  
et uanam gloriam, tum alij diuidētes matres in filias,  
& in ſpedes genera, tota in partes integrales, & subie-  
cti uias, infinita ex illis deduxerunt, & maria peccato-  
rū, interi nihil de präceptorū uera intelligētia ſoliati.

Igitur nō tantū ſeptem ſunt peccata mortalia, niſi  
uolūtaria diuisione, nō neceſſaria ratione uel autho-  
ritate, ſed poſſunt tū pauora, tū plura eſe, ſecundū  
plura quā ſe qd' uaria tropologa in ſcripturis occurrerit, unde B.  
ptē uel etiā Aug. in duo diuifit, ſcilicet igne accēſa & ſuffoſa, id  
pauora.

Primū itaq; mortale peccatū eſt Superbia, que eſt du-  
plex. Exterior, que in bonis corporalibus eſt, Interior,  
que in

que in bonis spiritualibus est, & ideo semper est contra primū mandatū. Quod patet, quia nō habere aliū deum, hoc est, in nullo confidere, placere, gaudere, delectari, frui, quam in deo solo. At superbia nunc in diuitijs, nunc in uirib⁹, nunc in forma ei uestitu, nūc in potentia & honore, nunc in nobilitate. Ium intus in sapientia, arte, in genio, iustitia, uirtute, sanctitate cōfidit, placet. Hec bona creat: eo auctu colēs, qui soli deo debetur. Siquidē superbire duo importat. Pr̄mū, sibi placere: secundū, alios fastidire, ideo includit uā Superbie uā, nam gloriam intus, quæ si erūpat foras, eo peior est. nam gloria Ideo superbis dum sibi alicuius boni conscius est, non includit, in illo deum colit, aut gratias agens in eum refert glorificando, sed stat in se ipso, delectatus super se, & euaneſcit in cogitationibus, tunc simul aduertit eum, qui talia nō habet, quem cum sibi comparauerit, ne aſſario fastidit, & tunc dicit, sc̄ eſe aliquid, illum nihil. Et impletur illud R. o. i. dientes se sapientes futili facti sunt, ita diantes (scilicet intus apud se) se iustos, pulchros, diuites &c. iniusti, fœdi, pauperes facti sunt. Apoc. 3. Diās, quia diues sum & locuples, & nescis quia Pauper es, & miserabilis, & nudus.

Sic itaq; superbie substātia nō est, nisi ubi ſe uilio Superbia, nīc ſe comparauerit, uelut deſursum ad infima deſpiciens.

E contra humilitatis substātia nō est, niſi ubi ſe Modestia. ſe meliori comparauerit uelut ſursum ad ſumma ſup̄iāens. Igitur quatuor pedes habet superbia, petulcus ille, & crassus uitulus, ſcilicet.

# CONTIONES DE DECEM PRAE.

Ignorantia mali sui, Scientia boni sui.

Quatuor re Hac est ignorantia uera  
bus cōstat su  
perbia. Ignorantia boni alieni, Scientia mali alieni.  
Huius quadrati contrarium habet quatuor pedes  
humilitatis, scilicet,

Ignorantia boni sui, Scientia mali sui.

Hac est cognitio uera

Ignorantia mali alieni, Scientia boni alieni

Ad superbiā  
iclinatio nō  
est sacerdoti  
confienda. Igitur non opus est, ut confitearis, te primum esse  
ad superbiam. Quia semper sumus superbi omnes,  
nec ullus omni superbia caret. Sed tantum, si obedieris  
concupiscentiae eius, & consenseris, uerbo, opere uel  
corde. Reliquum deo querendum, occulto gemitu, &  
confessione abscondita in cubiculo, ut ipse per gratiam  
suam malum illud radicis antiquæ destruat.

Dicitū est de superbia, quomodo prohibita sit sub  
primo præcepto, eo quod initū peccati sit superbia,  
seu quod idem est, Initium peccati apostatare à deo,  
scilicet sibi ipsi idolum fieri, sibi placere, in seipso de-  
lectari, potius quam in domino, ac sic alienum deum  
colere in semetipso, quod est grauissimum & pri-  
mum peccatum, liat nemo sit ex Adam quamdiu ui-  
uimus, qui non aliqua ex parte hanc in se se idolo-  
latriam agat. Ideoque semper sibi pœnitendum &  
gemendum

## ET PECCATIS MORTALIBVS. ISI

gemendum de sui placentia.

mendum de

Nunc de avaritia dicendum, quæ est, cupiditas, rati sui placetia. dix eque omnium malorum, secundum Apostolum, eo Avaritia sub quod uolentes fieri diuites, incident in laqueum dia boli, & multa desideria inutilia, & nodua.

tribus praec ptis contine

Hoc uitiū sub duobus præceptis prohibetur, imò sub tribus, scilicet sub. 7. illo, Non furtum facies. Et ultimo, Nō concupisces rem proximi tui. Et sub primo. Cum enim sub. 7. prohibeatur omnis tractatio rei alienae, ut dictum est, & præceptum quodlibet, ut dictum etiam est, est ita spirituale, ut non tantum opus et fructu & folia & ramos, id est, opera, uerba, signa prohibeat, sed etiam radicem & succum, id est, cupiditatem ex qua talia ueniunt, manifestum est, avaritiā sub furto prohiberi, cum eadem sit radix & furoris & avari, scilicet cupiditas. Item cū sub ultimo prohibeatur ad literam concupiscentia rei proximorū, manifestum est, etiam fontem & caput huius concupiscentiae prohiberi in spiritu: sed hæc est avaritia. Ideo omnium propriissime, ultimum præceptum prohibet, ultimum illud & uiuacissimum omnium uitium, quod cum senescenibus iuuenscit, & cum morientibus uiuit.

Verum Apostolus Paulus Ephe. 5. suo sensu altius incēdens, dicit: Quod avarus sit idolorum seruus, Avarus id est, cultor, ac sic sub primo mandato illud ponit, lorū seruu quod etiam facit Baruch. 3. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. Et Psal. 77. in spiritu dicit: Et seruierūt sculptilibus Canaan.

## CONTIONES DE DECEM PRAE-

Canaan est negotiator, quorum sculptilia, quid aptius, quam monetas, & numismata, uasa aurea & argentea, domus, & alias possessiones, significant? Denique ideo in lege potissimum prohibemur fabricare deos aureos & argenteos. Et prima idololatria populi in auro facta est, sub auro uitulo: sed & maxima similiter tempore Hierobeam sub uitulis aureis. Inde recte Apostolus, aurum, idolum intellexit, auarum idolorum cultorem uocans, & in Latino non paruum habent consonatiā aurum & auarum, auri auro, auari auaro, una tantum litera differunt, ut aurum ab auere diuine videatur. Igitur Apostolus idololatren auarum uocans, eo ipso satis exponit primum mandatum, quod cor hominis in solum deum confidere debet. Nam eodem sensu & guloso & libidinoso diaboli esse uenitris cultores, quorum deus uenter est, inquit. Verum

**Omne peccatum est contemptus dei.**  
istū sensu omnia præcepta sunt in primo præcepto, tanquam in capite suo. Nam omne peccatum est contemptus dei, ac per hoc ipsum contra primum præceptum, nec potest aliquod præceptum lèdi, nisi simul & primum lèdatur, quod continet omnia: quia dei uoluntas in omnibus offenditur, et postponitur nostre. ac sic deus nō colitur, immo aliis pro eo colitur, proprietamen auaritiam contra illud posuit Apostolus, quis imaginibus illa delectatur auri & argenti, multum similis uerae idololatriæ. Cetera autem non ita simulacra, & imagines habent. Ideo redendo concludamus, quod nullus pure uacat auaritia, si aut diabolus.

ET PECCATIS MORTALIBVS. 182

Esa. & Hiero. Omnes à maximo usque ad minimum sequuntur auaritiam, beatus qui minus. Idecirco sequitur Inclinationem corruptæ naturæ, omnes opor corrupte natum gemere coram deo, sed nō nisi opus eius internum ture nō facet uel externum confiteri coram sacerdote. Et qui dix- doti, sed deo ret se uacuum esse cupiditate, magna certe superbia confitenda, sibi arrogaret summam puritatis perfectionem. Ideo beati qui lugent, quoniam lugendi materiam habent in scipis, super seipso, ut dominus dixit ad mulieres sequentes.

Libido.

Tertium mortale peccatum, est luxuria, cuius spei dies satis dictæ sunt sub sexto præcepto, Non mœchaberis; & nulli dubium, quin illuc pertineat, ideo inde classe id sufficiat.

Quartū, Gula, soror, in modo irritamentum, & propter Gula sub sequens, & minister luxuriæ, sicut & Ethnicus dicit: Sine christo præcepto Cerere & Baccho friget Venus. Hoc uitum Apostolus Phi.3. sub primo mandato locat, dicens: Quorum deus uenter est. Idem Roma.16. facit. Huiusmodi non Christo, sed uentri suo seruiunt. Potest autem simplius sub. 6. præcepto ponit: qd ubi libido prohibetur, ibi certe & omnis occasio & fomentum libidinis prohibetur. Inter omnia autem fomenta libidinis, maximū et fortissimū est gula, cuius ratio est, quia internū, cetera ut aspectus, colloquium, auditus, tactus, sunt externa. Gula autē inflat uenas, & prouocat totū corpus ad libidinem. Nā & gētilis Plin. diat, libidinem portentosam seq post ebrietatem, Et b. Hiero, ad Eust. & alias diat,

Inter fomenta libidinis maximum, gula.

**CONTIONES DE DECEM PRAE-**  
diat, nihil ita mouere libidinem, sicut abum indigestū.  
ideo gulosus, uolens se tradit in libidinem. Sic etiam  
et oīum et pigritia, somnolentia, strati mollitudo,  
omniaq; alia libidinis manāpia, prohibita sine dubio  
intelligendum est ibidem. Et nisi gulosus statim oc-  
cupetur labore multo, in uicta capietur libidine et ti-  
**Hierony/** tillatione. Vnde B. Hiero. Vēter mero æstuans, aīo de/  
mus. spumat in libidinem. Vide quomodo libido sit quodā/  
modo uelut naturalis spuma gulæ, sic fūmus naturale  
ignis, et spuma nouiter infusi uini, et bullitio feruor-  
is aquæ. Quis hæc prohibere potest, nisi summa  
violentia?

**Nodia ad ca-** Qui ergo præcipit castitatem, sine dubio et media  
stitatem. castitatis præcipit, ut sobrietatem, uigiliam, laborem,  
orationem, lectionem, meditationem, studium, officium  
in proximum, frigus, æstum, pauperiem et c.

**Vomitus e-** Hic tamen notandum, de uomitu multi sibi maior  
ebrietate, sicut multi magis pollutionem nocturnam,  
quam ipsam causam eius, cogitationes, crapulasq; pon-  
derant. Sed certe uomitus non est res mala, nec peccat  
ebrijs pdest. tum unquam, cum uel fiat inuito, uel cum dolore. Idar  
co non solum non fugiendus, sed etiam querendus est  
uomitus ebrijs, ut Eccle. 31. Si coactus fueris multum  
bibere, surge et uome, et refrigerabit te, et nō adduc-  
es corpori tuo infirmitatem. Hoc consilium sapientis  
acceptandum est, et non sine ratione. Quia inquit, re-  
frigerabit te, id est, alleuiabit. Valet enim illa exonera-  
tio, ut

ET PECCATIS MORTALIBVS. 183  
tio, ut non ita inflentur uene, & surgat pruritus car-  
nis, dum facilius digeritur, quod minus remaneat. Me-  
ius est enim uomitu euadere libidinem, quam opple-  
tione subire libidinem.

Secundo, quia infirmitas corporis uitatur, ut lœsi-  
capitis & omnium sensuum & uirium. Quis autem  
non maius peccatum putet, totum corpus ledi suffusio-  
ne & retentione, quam uomitu ab eo periculo libera-  
ri? Vitam enim abbreviare maius malum est, quam uo-  
mere, immo uomere, nullum malum, sed replesse, et ins-  
gurgitare, ut uomitu egeas, malum est.

Et utinam sub præcepto, omnes ebrij & suffusi uo-  
mere cogeretur, sacerdos tandem horrerent ebrietatem.  
dum scirent se atque oportere uomere quod biberent,  
quanquam & modo cogantur mingere, & uentre sol-  
uere, nihil tamen mouentur exinde. Quod autem scri-  
ptura aliquando uomitum reprehendit, ut canis reuer-  
sus ad uomitum, Et Esa. Mensa replete uomitu, intel-  
ligitur de uomitu boni, & salutaris uerbi, quod retine-  
re debuit.

Tertio, Si uenenum, aut aliud noxiū aliquod bib-  
bens, sine peccato uomit, cur cum peccato uomit, qui  
uinum, aut potum alium ita bibit, ut ueneno simile no-  
tamentum inferat? Igitur conscientia est habenda in fun-  
dendo, non effundendo, cum ibi multis malis seruiatur  
contra præceptū dei, hic uero multis bonis contra nul-  
lum, immo pro præcepto dei.

Species & differentias gula omitto, quia non semper

## CONTIONES DE DECEM PRAE-

Gula non per sunt peccata mortalia. Siquidem nec ipsa gula semper pec/ per est peccatum mortale, imò raro, nisi sit uju-  
extum.

Quinū mortale, est ira, quæ satis sub quinto pre-

Ira. cepto est declarata.

Inuidia sub Sextum, inuidia, quæ non debuit distingui ab ira,  
quinto prece cum sit nihil, nisi inueterata ira, sicut B. August. in re  
pro contine/ gula, Ne ira crescat in odium, & trahem faciat de fe  
tur. stica. Nam ira est recès uirgula. Inuidia est arbore et  
trabs magna. Igitur & hæc sub quinto precepto est  
authoritate Ioann. Apostoli, Qui odit fratrem suum,  
homicida est.

Aædia. Septimum est, aædia, quæ est tædiu boni, pigritia  
& nis iæ Græcæ, quæ est duplex. una in cultu illo figu-

Exterior. tiua dei & exteriori, ut sunt, ecclesiam uisitare, uer/ bū dei audire, orare, legere, meditari, cattare, & sic  
est prohibitum uitium sub. 3. mandato, Sabbata san-

Interior. ctificare, ut satis patet. Alia est subtilior & interior  
in toto, & omni genere seruitutis dei. Et sic est nihil  
aliud, nisi inceptæ iustitiae fiducia, & proficiendi ne/  
gligentia stare in via dei, tepe scere, securum fieri, timo-

Vitium hypo rem dei remittere. De quo uitio hypocitarum, tota  
crytarum. scriptura loquitur. Hæc enim facit iustitarios secu-  
ros, ante quorum oculos non est timor dei, & auferū  
tur iudicia dei à facie eorum. Horum sunt nouissi-  
ma peiora prioribus, quia inuenit diabolus domū eo/

Ingressi hab rum ornatam, sed uacantem & securam, ideo ingressi  
bitant ibi. si habitant ibi. O' horribile uerbum nimis, quod habi-  
tant ibi, quiq indurantur, qui eiusmodi sunt post ince-  
ptam

ET PECCATIS MORTALIBVS. 184

ptam iustitiam, longe magis quam prius, ut experien-  
tia uidemus, quomodo nihil mouentur ad omnia quæ  
audiunt, se non tangi credunt, & facti sunt uere pro-  
genies uiperarum, palea igni inextinguibili prepara-  
ta. Igitur hoc uitium sub omni præcepto comprehē-  
ditur, cum in quolibet suū proficiendum. Sed ne/  
scio an sit cōfitendum. Credo quod nō,

q̄ est spiritualis defectus, deo  
solī, qui & solus ibi mede-  
ri potest, apes/  
ricndus.

Spiritualis  
defectus non  
debet cōfes-  
ti.

S E R M O N V M D E D E C E M

præceptis ad populum vuit/  
tenbergensem,

Finis.

## PRAEFATIO.

**P**OSTOLVS Paulus Ro. 1r. de finiturus Christianorum solatia dicit: Fratres quæcūq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem Solatia nostra scripturarum spem habeamus. In quo aperte doat sostra è scriptis nostra è scripturis sanctis esse petenda. Scripturarum petens & sancte autem gemino consolationis tropo utundatur, dum duas imagines rerum saluberrima temperie mixtas proponunt, malorum uidelicet, & bonarū. Si aut Ecclesiasticus sapiens didic: in die malorum, memor esto bonorum, & in die bonorum, memor esto malorum. Scit enim spiritus sanctus talem ac tantam esse homini rem quancūq;, qualis & quanta eius in ipso valuerit opinio, quod enim uile & nihil dicitur, parum quoq; affiat, seu amore, si ueniat, seu dolore, si recedat. Ideo id omni studio conatur, ut hominem à rerum opinione & affectu auocet. Quod ubi efficerit iam res quælibet sunt indifferentes. Cum autem hæc auocatio potissimum uerbo fiat, quo transfertur opinio à re, quæ præsenter affiat, in rem quæ, uel absens est, uel non afficit præsens, optimo iure, non nisi per scripturarum consolationem habebimus, quæ nos in die malorum auocat ad spectanda bona, quæ, uel præsentia, uel futura sunt, simul in die bonorum auocat, ad spectanda mala. Verū, ut hæc duo spectra & im-

gnes

gines melius capiamus. Dabitur unicuique suas partes, septem. Prior imago, habebit mala, quae considerantur: Primo, intra se. Secundo, ante se. Tertio, post se. Quarto, iuxta se in sinistro. Quinto, in dextro. Sexto, infra se. Septimo, supra.

Divisio.

# LIBELLVS

CONSOLATORIVS PRO LABORANTIBUS & AFFLICTIS IN HAC VITA, QUEM  
TESSARADECADEM  
INSCRIPSERAT AUTHOR.

**CAPVT PRIMVM DE SPECTRO**

primo, quod est malum internum



O CERATUM EST, & UERISSIMUM,  
sive id credat homo sive non, nul-  
lum esse posse in homine crudel-  
atum tantum, qui pessimum sit ma-  
lorum quae in ipso sunt, adeo sunt  
longe plura & maiora in ipso  
mala, quae sentit. Si enim

suum malum sentiret, infernum sentiret, nam in- Homo in fe-  
fernun in seipso habet. Quæris quomodo? dicit Pro infernum ha-  
pheta: Omnis homo mendax. Et iterum: Vniuersa uabet,  
nitas omnis homo uiuens. Esse autem mendacem &  
uanum, est esse vacuum ueritate et re ipsa, at sine ue-

A ritate

## CONSOLATIO PRO LABO

ritate & re ipsa esse, est sine deo esse, & nihil esse.

**Quid sit dās** hoc autem est in inferno & damnatum esse. Ideo  
natum esse. deus misericorditer nos castigans, leuiora mala nobis  
aperit, & imponit, scens quod si hominem in suū ma-  
lum deduceret cognoscendum, mox in momento perī-  
ret, sed & nōnullos hoc gustasse dedit, de quibus di-  
atur: Deducit ad inferos, & reducit. Proinde recte di-  
cūt, qui passiones corporales uocant quædam monito-  
ria mali interni. Et apostolus heb. 12. uocat eas discipli-  
nas dei paternas, dicens: Flagellat autem omnem fi-  
lium quem recipit, quod facit, ut his flagellis & par-  
uis malis expellat magna ista mala, ne quando ea sen-  
tire oporteat. Sicut prouer. 22. Stultitia colligata est  
in corde pueri, sed uirga discipline fugabit eā. Nōne  
& pij parentes plus in filijs dolent, si sint fures, aut  
mali, quā vulnerati, immo ipsimet eos cedūt, & sau-  
tiant ut mali esse non possint.

**Quid ergo obstat**, quod hoc malum uerum nō sen-  
titur? Nempe, ut dixi, deo disponente ita fit ut homo  
non deficiat, si sua mala penitissima uideret. Nam  
abscondit ea, uolens sola fide ea cerni, dum ea indi-  
cat sensibili malo. Itaq; in die malorum memor esto  
bonorum. Vide quantum bonum sit, nō noſſe totum  
malum, huius esto boni memor, & minus cruciabit  
sensibile malum. Ita rursum in die bonorum, memor  
esto malorum, id est, dum indolens es uerorum ma-  
lorum, in hac indolentia gratus esto, & memorare  
uerorum malorum, tum fieri, ut minus sentias sen-  
sibile

Passiones  
corporales.

RANTIBVS IN HAC VITA. 186

sibile malum. Claret ergo maiorem esse in homine in homine in semper indolentiam quam dolorem in hac uita, non quod dolentia mai non praesens sit malum totum, sed quod opinio & affectus eius non sit per dei bonitatē, qui abscondit ipsum

Hinc uidemus eos quibus datum est suum uerum malum intueri quam atrociter in seipsose auiant, quam nihil ducant, quicquid pati possunt in tota uita, modo infernum suum non sentiant. Ita unusquisque ficeret, si uel sentiret, uel crederet firmiter malum suum internum, sponte aduocaret externa mala, luderet in eis, atque nunquam tristior esset, quam dum non haberet mala, sicut nouimus quosdam sanctos fecisse. Quatis David psal. 6.

Igitur prima imago consolatoria est sibiipsi diceare, nondum homo sentis malum tuum, gaudere, et gratias agere, quod non sentire cogeris: atque ita malum comparatione maximi leue fiet, hoc est, quod alii dicunt: longe peiora, etiam infernum meritus sum. Facile quidem dictu, sed intolerabile sensu.

Atque hoc malū quantumlibet lateat, tamen fructus suos prodit satis sensibiles. Hi sunt timor & incertitudo trepidae conscientiae, qua fides impugnatur, dum homo nescit, aut dubitat, an habeat propitiū deum, qui fructus tanto acerbior est quanto fides infirmior. Atque hæc sola infirmitas digne perspensa, cum sit spiritualis, longe præponderat corporali, quam & leuissimā reddit sui comparatione diligenter facta.

Præter hæc ad interna mala pertinet tota illa tra-

## CONSOLATIO PRO LABO

goedia, quam Ecclesiast. describit, ubi toties uanitatē et afflictionem spiritus commemorat. Quot enim consilia frustra capimus? quot uota nostra illuduntur? quot uilemus? quot audimus, que nollemus? Atque hæc ipsa quæ ad uotum cedunt, contra uotum quoq; cedunt, adeo nihil integrum atq; perfectum est. Deinde hæc omnia tanto maiora sunt, quanto altiori loco & ordine quispiam sederit, quem necesse est præ certis in eadem re laborantibus, longe pluribus & majoribus astibus, fluctibus, procellis agitari. Ut recte psal. 103. dixerit: Animalia pusilla & magna & repūlia, quorum nō est numerus, in hoc mundi mari esse, id est, temptationum infinita nomina. Sed & Job. 7. uitam hominis ob hoc temptationem uocat.

Hæc uero non ideo mala non sunt, quia minus sentiuntur, sed quia usu & assiduitate uiluerūt, & affectus atq; opinio in his detriti sunt, operante deo. Ideo rara potius mouent quæ adhuc nullo usu didicimus contempnere.

Adeo uerum est, uix millesimam partem nostrorum malorum nos sentire. Adeo deniq; uerū est, mala nostra non rei ueritate, sed opinione & affectu nostro metiri, sentiri, aut non sentiri.

## CAPUT SECUNDUM DE SECUNDUM do spacio, quod est malū futurū, siue ante sc.

**N**ON parum leuabit præsens quodcūq; malū, si ad futura uertas animū, quæ tot & talia & tāta sunt

RANTIBVS IN HAC VITA. 187  
ta sunt, ut huic unius datus sit magnus ille & unus prin-  
cipalium affectuum, qui timor dicitur, diffinientibus Timor.  
quibusdam, quod timor sit affectus de futuro malo.  
Ut & Apostolus dicat Ro. ii. Noli altum sapere, sed  
time. Hoc malū eo maius est, quo incertius est, quale  
& quantum sit futurum. Ita, ut milgo quoq; prouer-  
biū teratur: Nō est ulla etas scabiei etiam superior, Nulla etas  
quod tamen puerile atq; adeo infantile malum est. scabiei super-  
Adeo à nullis nullius hominis malis ullus hominum li-  
berē securus est, sed quicquid patitur homo, pati po-  
test & alter. Huc pertinent omnes historie & tragœ-  
die omnium seculorum, omnes querelæ totius mundi,  
huc quod quidam obseruarunt plusquā trecenta no-  
mina morborum, quibus corpus humanū uexari po-  
test. Si autem tot morbi, quot alij putas erunt cāsus re-  
rum, amicorum, tādem ipsius animi, qui omnium ma-  
lorum principale subiectum est, tristitiaq; ac malo/  
rum unicūm receptaculum? Animus ma/  
lorū recepta/  
culum.

Auge scit uero malorū uis & sensus, quo maior fue-  
rite & dignior status, ubi inopia, ignominia, et omnia  
indigna, cum etiam subito possint accidere, necesse  
est, ut sicut tenui pendent omnia filio, formidāda sint  
omni hora, non secus ac gladius ille, quem Dionysius  
tyrannus super caput conuiuē sui suspendit.

Horum autem quicquid non acciderit, pro lucro  
habendum est, ac non paruo solatio eius mali quod ac-  
cidit; ut etiam hic cum Hieremia dicere cogaris. mi-

## COSOLATIO PRO LABO

Dei miseri/ sericordiae domini, quod non sumus consumpti. Nam  
cordia erga quicquid illorum non accedit, prohibente excelsi dex/  
homines, tra non accedit, que uallat nos undique tanta fortitu/  
dine ( ut in Iob monstratum est ) ut Satan & mala  
indigne etiam ferant, se esse prohibita . Proinde  
uidemus quam dulciter sit amandus dominus, quoti  
es nobis quid acciderit, nempe quod unico hoc malo  
nos moueat amantissimus pater uidere , quot instent  
mala, que nos petant, si non ipse obstarerit, ac si dicat:  
Satan & Cahos malorum expetit te, ut cibret te, sed  
ego posui terminum maris , & dixi ei : Huc perue/  
nient et cōfringentur tumentes fluctus tui, Sicut di/  
cit in Iob.38.

Verum esto, nullum eorum sit uenturum forte, sic  
Mors terribi deo uolente, saltem illud quod omnium terribilium  
liū maximū. maximum dicitur, salicet mors certissime futura est,  
& nihil incertius hora eius. Quod sane malum tan/  
tum est, ut uideamus multos homines etiam cum omni  
bus prædictis malis male uiuere, quā illis finitis, se/  
mel mori. Atq; huic uni, cum cætera contemnat, scri/  
ptura quoq; accommodat timorem, dicēs: Memorare  
nouiſima tua, & in æternum non peccabis . Huc uide  
quot meditationes? quot libri? quot modi? quot reme/  
dia sint cōgeſta? ut hac unius mali memoria peccatis  
absterrent, mundum contemptibilem faciant, paſ/  
ſiones & mala alleuient, & tribulatos consolentur,  
comparatione tam horribilis & magni, sed aliquan  
do neceſſarij mali. Nemo est, qui non omnia mala  
optet

optet subire, si per ea licet & mortis malum euadere. Hoc sancti quoq; timuerunt, hoc Christus cum pauro & sanguineo sudore subiuit. Ita, ut misericordia diuina nullo maiore negotio curarit pusillanimes confortare, quam in hoc malo, ut uidebimus infra.

Hæc omnia uero communia sunt omnibus hominibus, sicut & communia salutis beneficia in eisdē malis. Cæterum Christianis noua causa est, timendi futuri mali et propria, quæ omnia mala prædicta facile supereret. Hæc est quam Apostolus pingit. 1. Cor. 10. dicens: Qui stat, uideat ne cadat. Adeo lubrica uia est, adeo potens est hostis armatus nostris proprijs uiribus (id est, carnis & omnium affectionum malarū præsidis) stipatus infinitis mundi copijs, delitijs & uoluptatibus à dextra, asperitatibus & hominum malis uoluntatibus à sinistra, preter eam, qua ipse instruxit, mus est mille modis nocendi, seduændi, perdendi arte. Ita uiuimus, ut ne momento quidem securi simus de bono proposito nostro. Cyprianus multa huiusmodi Christiano commemorans in epistola de mortalitate doct optans/ mors optans/ dam esse mortem tanquam subuentricem uelocem ad da. euadenda hæc mala. Ac uere ubi fuerint bonicordes hi homines q; hæc pericula infinita inferni digne animo tractant, uidemus eos contempta uita et morte, id est, omnibus malis prædictis, optare solui, ut hoc malo peccatorum in quo sunt, ut priore spæstro diximus, & in quod cadere possunt, de quo nunc diamus simul soluantur. Et sunt sanè hæc due rationes iustissimæ,

Hostis noster  
potens est.

## CONSOLATIO PRO LABO

Non tam mortis optandæ, sed & omnium malorum contemnendorum, ne dum unius mali leuiter ferendi, si cui dederit dominus, ut eis promoueat, donum utique dei est eis moueri. *Quis enim recte christianus non optat etiam mori, ne dum infirmari, qui uideat, ac sentiat, se, dum sanus uiuit, in peccatis esse, & cotinue in plurimam amabilissimi patris sui uoluntatem sine intermissione agere?* Hoc enim indignationis æstu & Paulus Ro. 7, commotus cum se non agere bonum, quod uellet, sed malum quod nollet quaestus fuisset, exclamauit: *In felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* *Gratia dei inquit, per Iesum Christum &c.* Parum diligit deum patrem suum, qui non preferit mortis malo, hoc peccandi malu, cum ille moritur. *Deus cur non tem in hoc ordinariit, ut hoc malum aliquando finiat, bis morte sta et sic mors uite ac iustitiae ministra. De quibus infra-*

## CAPUT TERTIVM DE SPECTRO

*tertio, quod est malum præteritum, seu post nos.*

**I**N hoc eximie præ ceteris luæ dulcis misericordia dei patris potens nos consolari in omni angustia. Manus dei stia nostra. Neque enim præsentiorē manum dei super quādū præse quilibet sentit, quam dū recognat annos uitæ præfetiſſima senit. Dicit B. Augu. Si homini daretur optio, ut aut moreretur, aut præteritam uitam iterum ageret, futurum esse ut mori eligeret, tanta & pericula & mala uidens, que uix & egre euaserit. *Quæ sententia ue-*

*rissima*

Hic enim cernere licet, quoties sine suo studio, sine  
cura, imò citra & contra uotum multa fecerit, & pas-  
sus sit, quorum adeo non habuit consilium, antequam  
fierent, aut dum gereretur, ut finito opere, secum mi-  
rans, tum primum cogatur dicere: Quorsum hæc mi-  
hi cesserunt, quæ nec cogitau, aut lōge alia cogitau.  
Ita ut uerum sit prouerbiū: Homo proponit, deus au- Homo ppos-  
tem disponit, id est, in diuersum ponit, & aliud quām nit, deus di-  
homo proponit, effiat, ut uel in hoc uno negare non sponit.  
Possimus, uitam & actus nostros, non nostra pruden-  
tia, sed mirabili potentia & consilio & bonitate dei  
fuisse gubernata. Hic perspicitur quoties deus nobis  
scum fuerit, ubi nec uidimus, nec sensimus. Ac quām  
uere dixerit Petrus: Ipsi enim est cura de nobis oībus.

Quare si non essent libri neque sermones, tamen Vita nostra  
ipsa nostra uita per tot mala & pericula ducta, si con- diuinam bo-  
sideretur, abunde nobis diuinam bonitatem commen- nitatē nobis  
dat præsentissimam & suauissimam esse, ut quæ nos commendat  
longe ultra consilium et sensum nostrū, uelut in sinu  
suo, portauit. Et, ut Moses Deut. 32. dicit: Dominus au-  
studiuit eum, quasi pupillam oculi sui, arcunduxit eū,  
& portauit in humeris suis.

Atq; hinc natae sunt exhortatiōes illæ in Psalterio:  
Memor fui dierū antiquorū. Meditatus sum in omni-  
bus operibus tuis, & in factis manuum tuarum medi-  
tabar. Memor ero ab initio mirabilium tuorū. Et me-  
mor fui iudidorum tuorum, & consolatus sum. Hæc

A 5 & simi

## CONSOLATIO PRO LABO

& similia buc spectant omnia, ut sciamus, quod si tūc  
præsentem fuisse deum nobis uidemus, quando nō co-  
gitabamus, nec uidebatur adesse, iam quoque præsen-  
tem esse non dubitemus, dum absens nobis uidetur.  
Nam qui in multis necessitatibus nos sine nobis suscep-  
pit, etiā in modico, etiam si derelinquere uideatur, nō  
derelinquet. Sicut in Esaiā dicit: Ad momentum &  
modicum dereliquite, & in miserationibus magnis  
congregabo te.

Dei pro no-  
bis cura.

His si addas: Quis nostri curam habuit tot noctes  
dormientium: quis pro nobis solitus fuit, quoties la-  
borauimus, lusimus, et omnia illa infinita egimus, in  
quibus nihil ipsi pro nobis solliciti fuimus? Aut quantum  
est tempus quo nostri curam habemus? Ipse au-  
rus, dum solitus est pecuniam querere, in querēdo  
& agendo solitudinem ponat, neceſſe est. Ita uide-  
mus quām uniuersa nostra cura, uelimus, nolimus, ad  
deum solum redeat, uix rarissime nobis nostro reli-  
eti consilio, quod tamen et ipsum ideo facit dominus,  
ut eruditat nos ad agnoscendam suam bonitatē, ut ali-  
quando uideamus quantum intersit inter curam suā,  
& nostram. Ita fit, ut nos quandoq; leui morbo alio-  
ue malo sinat impetri, dissimulans suā curam (non  
enim aliquādo nō curat) simul tamē prohibēs, ne tot  
mala quot instant, undiq; simul irruat, ut nos sicut fi-  
lios charissimos tētēt, an suā curā per oēm aliam  
Cura nostra uitam cognitę, uelimus nos credere, & quām inutilis  
impotens. & impotens sit nostra cura uidere. Quid enim nobis  
prosumus,

RANTIBVS IN HAC VITA. 190  
prosumus, aut possemus prodesse tota uita, qui unicū  
dolorē cruris paruissimo tēpore curare nō possumus?

Quid ergo tam anxi sumus in punclo unius perit  
euli, aut mali, nec ei curā relinquimus, cum, uita ipsa  
reste, tot malis ab eo eruti sumus, et seruati sine nostro  
studio? Ista inquam nosse, est opera deinoisse, meditari Opera dei  
in operibus eius, & ea memoria cōsolari in aduersitate noſſe.  
tibus. Qui autē ignorant, incurrent in illud Psal. 29.

Quoniā nō intellexerunt opera dei, & opera manū  
eius, deſtrues eos, et nō ædificabis eos. Sūt enī ingra  
ti uniuersæ curæ dei super eos in tota uita habitæ, quæ  
in modico punclo curā ſui nō ei cedunt.

#### C A P V T Q V A R T V M D E S P E C T R O quarto, quod eſt malū infernum, ſeu inſranoſ.

**A**DHV C nō aliud uidimus i oib⁹ malis, que  
patimur, q, qd' diuina bonitas tāta tamq; præ  
ſens ſit, ut inter innumerā mala qbus ſumus in hac ui  
ta circūdati, et penitus in eisdem incarcerati, uix paucu  
la, nec ea omni tēpore, ſinantur nos impetere, ita, ut  
quoduis malū præſens quo premimur, nō niſi moni Malum præ  
torium ſit lucri cuiusdam magni, quo nos honorat deſens donum  
us, dum nō ſinit nos opprimi multitudine malorū in dei.  
qbus ſumus. Quod enim miraculū ſi quis infinitis  
ictibus tentetur, uel uno ſaltē aliquando tangatur? Imò  
gratia eſt nō omnibus feriri, miraculum eſt nō multis  
feriri. Primū itaq; eorum que inſra nos ſunt malorū, Mala inſra  
eſt mors, alterum inſernus. Mortem aliorū tam uariā, nos,  
tam indignā ſi cōſideremus, qua plectuntur peccato  
res,

## CONSOLATIO PRO LABO

res, facile uidebimus quanto nos lucro minora meritis nostris patiamur. Quot enī laqueo, furca, aqua, stran-

gulantur, aut gladio quoq; feriuntur, qui longe mino-

ra peccata forte fecerūt, quam nos? Ita, ut illorum mors

Maleficorū  
Supplicia no-  
bis à deo ob/  
ijāuntur pro  
spectro.

& miseria nobis à Christo quoq; pro spectro obijcia-

tur, in quo uideamus quid nos meruerimus. Sic enim

Lucae.13. cum ei nunciarent quidam de Galileis quo/

rum Pilatus sanguinem miscuerat cum sacrificijs eot-

rum, respondit: Putatis quod hi Galilaei præ omnibus

Galilaeis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nō

dico uobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes simi-

liter peribitis. Sicut illi deæm & octo supra quos cedidit turris in Siloa, et occidit eos, putatis, quod et ipsi

debitores erant, præter omnes homines habitates Hie-

rusalem? Non dico uobis, sed si pœnitentiam non ha-

bucritis, omnes peribitis. Neq; enim cogitare possu-

Iuxta opera lia peccata commisimus. Neque iustitia & ueritas dei

unicuiq; red propter nos iniqua & mendax erit, quæ unicuiq; iu-

ditur.

xta opera sua reddere disposit. Si non ipsi præuen-

rimus & saltem paruulo malo patienter tolerato sa-

tisfecerimus.

In inferno uero et æterna damnatione, quot milia

sunt qui nec millesimam peccatorū nostrorum partē

habent? quot ibi uirgines, pueri, & quos nos innocen-

tes uocamus? Quot religiosi saædotes, coniuges, qui

tota uita uisi sunt deo seruire, & uno forte casu lapsi

in æternum plectuntur. Neq; enim hic dissimulandum

est.

est. Vna est iustitia dei in quolibet peccato, & qualiter  
odit, & damnat peccatum in quo cuncti repertum fuerit.  
An non hic uidemus inestimabilem dei misericordiam inestimabilem  
que toties meritos non damauit? quantum queso est, lis dei miseri  
quod pati possumus, uel tota uita ad poenam eternam cordia,  
quam illi uno delicto meriti patiuntur? nos interim liberi &  
multis adco dissimilatis peccatis seruati. Qd enim haec dei beneficia non curamus, aut frigide & stima-  
mus, ingratitudo est, & quedam incredulitatis insensitudo.  
Sat & duritia. Preterea hoc conuehendi sunt toti infide nostra.  
les, gentes, Iudei, infantes, quibus si data fuissent ea  
que nobis data sunt, non in inferno, sed in celo essent,  
ac longe minus peccassent. Nam & hoc spectrum Christus nobis Matt. ob oculos ponit, dicens: Vnde tibi Coro  
Zaim, vnde tibi Bethsaida. Quia si in Tyro & Sidone  
factae fuissent uirtutes, que factae sunt in uobis, olim  
in alio & in anere penitentiam egissent, ueruntamen dico uobis Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii,  
quam uobis. Vnde tibi Capernaum que usque in coelum exaltata es, usque in infernum descendes. Quia si  
in Zodomis factae fuissent uirtutes, que factae sunt de te, forte mansissent usque in hanc diem. Veruntamen dico uobis,  
quia terra Zodomorum remissius erit in die  
iudicii, quam tibi. Videmus ergo quantum laudis & laus &  
amoris debeamus optimo deo nostro, in quo cuncti manent deo in  
lo huius uite, quod uix stilla una sit eorum, que meri quo cuncti manent  
sumus, que ipse Iob mari comparat & arenae manent lo debentur.

CONSOLATIO PRO LABO  
CAPVT QVINTVM DE SPECTRO  
Quinto , quod est malum sinistrum, seu ad sinistrā.

**H**IC ante oculos ponendus cumulus ille aduersariusorum & malorum hominum, & in ijs priuocando uidendum quot mala non intulerunt corpori, rebus, fame, animabus nostris que uoluissent inferre, nisi deo disponente non potuissent. Et quanto quis in celiore loco sedet, & latius regnat, tanto pluribus eiusmodi aduersariorum infidelys, machinis, oblocutionibus, & temptationibus est expositus. In quibus omnibus presentissimam dei manum licet intelligere et experiri. Quid ergo mirum, si uno aliquando tangamur? Deinde & eorum propria mala sunt uidenda, non ut eis exultemus, sed, ut compatiamur. Sunt autem & ipsi eisdem malis omnibus communiter expostiti, quibus nos ut in predictis spectris facile est intueri. Verum in hoc nobis sunt miseriores, quod extra societatem nostram sunt, tam corporalem, quam spiritualem. Nihil est enim hoc malum quod patimur ad illud, quod illi sunt in peccatis, in infidelitate, sub ira dei, sub imperio diaboli, macipia miserrima impietatis & peccati, ita, ut si totus mundus eis malediceret, peiora imprecari non posset. Quae omnia si digne uideamus, simul uidebimus, quanto benigniore dei dignatione in fide, in regno Christi, in seruitute dei Molestiae toleramus parvulum corpusculi aliquod incommodum iusto ac dum, quod in tanta rerum optimarum opulentia, ne sentiri

sentiri quidem oporteat: quin & illorum miseria, sic adūt, delitiae  
debet Christiano & pio cordi esse molesta, ut suas sunt.  
molestias, delitiae arbitretur. Sic enim iubet Paulus  
Philip. 2. Singuli que sunt aliorum considerantes, nō  
que sua, hoc enim sentite in uobis, quod & in Chri-  
sto Iesu. Qui cum in forma dei esset, formā serui acce-  
pit &c. Hoc est affectu piissimo nostram formam in-  
duit, nō secus se gerens in malis nostris, quam si sua  
essent propria, ita sui suorumq; bonorum oblitus &  
exinanitus, ut omnino inueniretur in similitudinē ho-  
minum factus, nihil humani alienum à se ducens, tan-  
tummodo nostris malis occupatus.

Hoc affectu animati & eo sp̄ctro commoti, soleat  
sancti pro malis etiam inimicis suis orare, & omnia  
facere exemplo Christi, & oblieti suarum iniuriarum,  
uel iustiarum, anxij esse quomodo illos liberet à ma-  
lis suis, quibus incōparabiliter magis cruciatur, quam  
suis corporalibus malis. Sicut de Lot scribit sanctus  
Petrus. 2. Pe. 2. habitas inter eos, qui de die in diē ani-  
mā iusta iniquis operibus cruciabantur. uides ergo quāta  
hic appareat abysmus malorum, et occasio misericordi et cō-  
patiendi, simul parvuli nostri mali obliuiscendi, si cha-  
ritas dei in nobis fuerit, q; nihil nos deus pati pmittat  
ad ea que illi patiuntur. Quod uero haec nos leviter  
mouet, i causa est, qd oculus cordis nō satis purus est,  
quo uideremus quā sit ignominia et miseria hominis sub-  
peccato iacetis, id est, à deo separati, et à diabolo pos-  
sessi. Quis enī tā ferreus est q nō cōtabescat ad mise-

Christus for  
mā serui ac-  
cepit.

Sancti, pro  
inimicis suis  
orant.

rāndam

## CONSOLATIO PRO LABO

randā specie eorū qui in foribus ecclesiarū & plateis  
iacent corrosis uultibus, exēsis naribus & oculis,  
lijsq; membris sanie & putredine fœde consumptis,  
ita ut animus exhorreat cogitare, nedum sensus ferat  
**Anima peccatoris.** intueris At quid his lacrymandis nostræ carnis et fra-  
ternæ similitudinis monstris deus intendit, nisi, ut oas-  
los mentis nostræ aperiat quo uideamus quanto horri-  
biliore specie anima peccatoris saniem et putredinem  
suam ostentet, etiam si ipse in purpura & auro & ro-  
sis & lilijs agat tanquā paradisi filius? At quāti sunt  
peccatores in mūdo ad unū illorū saniosorū cōparati?  
Hæc sanè mala infinita, tū magnitudine, tū multitudi-  
ne cōtempta in proximis faciūt, ut nostrū, uel unū mi-  
nutissimum nobis solum & maximum uideatur. Sed  
age in corporalibus malis necesse est peiore sint con-  
ditione, quām nos. Quid quæso potest eis dulce & pu-  
re iucundum esse etiam si omnia quæ uelint, habeat,  
**Conscientia inquieta.** obtineantq; quando cōscientia eorū quieta esse non  
potest? An est malum atrodius, quām mordax cōsci-  
etiae tumultus? Dicit enim Esaias. 57. Impij sicut mare  
feruēs, quod quiescere nō potest, & redundant fluctus  
eius in concalctionem & luctum. Nō est pax impijs,  
diat dominus deus. Itaq; illud Deutro. 28. in illis uide-  
as: Dabit tibi dominus cor pauidum, & defidacētes oal-  
los, & animam consumptam mœrōre. & erit uita tua  
quasi pendens ante te, timebis die ac nocte, & nō cre-  
des uitæ tuæ, mane dices, quis det mihi uesperum? Et  
ueſpera quis mihi det mane? propter cordis tui formi-  
dinem,

RANTIBVS IN HAC VITA. 193

dinem, quia terreberis, & propter ea quæ tuis uidebis oculis. Breuiter, qui mala malorum omnia digno affectu uideret, siue inimicorū, siue amicorum, nō solū suorum obliuisceretur, et nihil se pati sibi uideretur, uerum & cum Mose & Paulo Apostolo æstuaret ut pro eis mori liceret, & anathema à Christo fieri, ac de libro uite deleri (ut Ro. 9. scribitur) quo illi liberarentur. Hoc enim zelo et incendio Christus ardēs, pro nobis, & mortuus est, & ad inferos descendit non Pro aliorum bis exemplum relinquens, ut & nos pro aliorum malis nobis ita simus solliciti nostrorum penitus obliti, immo uigilandum. nostrorum cupiditatis.

CAPUT SEXTVM DE SPECTRO

sexto, quod est malum dextrum, seu ad dextrā.

**A** DE Xtris sunt amici nostri, in quoru[m] malis lis nostra misericordia nostru[m] malu[m] mitigari etiā sanctus Petrus docebat. i. Pe. 5. Resistite diabolo fortis in fide, scientes easdem passiones ei, quæ in mundo est, fraternitati uestræ fieri. Ita & Ecclesia orat in precibus, ut exemplis sanctorum prouocati uitatem passionis eorum imitemur. Cantatq[ue], omnes sancti quanta passi sint tormenta, ut securi peruenirent ad palmam martyrij.

Ex quibus uerbis & Canticis Ecclesiæ, intelligimus sanctorum festa, memorias, tēpla, altaria, nomina, imagines, ideo celebrari & multiplicari, ut eoru[m] exemplo animemur ad perferenda eadem mala, quæ ipsi tolerant, qua ratione nisi colantur, omnis aliud

amicorū malis mitigari etiā sanctus Petrus docebat.

Sanctorū festa cur celebrentur.

## CONSOLATIO PRO LABO/

cultus eorum superstitione non uacet oportet, ut sunt  
multi qui celebrant hæc omnia, ne malum quod san-  
cti exemplo et memoria sui ferendum docent, ferant,  
fiant que dissimiles eis, quorum festa habent, ut simi-  
les fierent.

Verum longe omnium pulcherrime huc locum cō-  
solationis tractat Apostolus Heb.12, dicens: Nondum  
usq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum re-  
pugnantes, & oblii estis consolationis qua uobis  
tanq; filijs loquitur, dicens: fili mi, noli negligere di-  
sciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argue-  
ris: Quem enim diligit dominus, castigat, flagellat  
autem omnem filium, quem recipit, in disciplina per-  
seuerate, tanq; filijs uobis se offert deus. Quis enim  
filius quem non corripit pater? Quid si extra discipli-  
nam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adul-  
teri et non filij estis? Deinde patres quidem carnis no-  
stræ eruditores habuimus, & reucrebamur eos, non  
multo magis patri spirituū obtemperabimus, & ui-  
uemus? Omnis autem disciplina in præsenti quidem  
non uidetur esse gaudij, sed mororis, postea autem  
fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iusti-  
ciae. Hæc Paulus. Quis nō terreatur his Paulinis uer-  
bis, ubi plane diffinit, non esse filios dei, qui extra di-  
sciplinam dei sum? Quis uero possit robustius confir-  
mari, & efficacius consolari, quam, qui audiat eos di-  
ligi à domino, qui castigantur, esse filios, esse omniū  
sanctorum cōmunione præditos, nō eos solos esse qui

Filij dei non  
sunt q; extra  
disciplinam  
sunt,

patiuntur

RANTIBVS IN HAC VITA. 194

paciuntur? Etiam amabilem disciplinam hæc exhortatio uehemens reddet. Nec patet hic excusandi locus, Vnicuiq; das quod alij mitiora ferant, alij duriora, uniaue enim tur tentatio datur tentatio ad mensuram, non supra uires, ut psal. ad mensurā. 79. Cibabis nos pane lachrymarum & potum das  
bis nobis in lachrymis, in mensura. Quod & Pau-  
lus dicit: Fidelis deus, qui non permittit uos tentari  
ultra, quam potestis, sed faciet cum tentatione pro-  
uentum, ut possitis sustinere. Vbi ergo maius malū,  
ibi plus prouentus, & auxiliū diuini, ita ut inaequali-  
tas passionum magis in speciem pateat, quam re uera  
sit. Nam & beatus Ioannes Baptista, quem hodie de-  
collatum ab Herode recordamur, nonne stupore nos  
omnes confundit? quod tantus uir quo maior inter mu-  
rieres non surrexit, amicus unicus sponsi, præcursor

Sancti Ioani  
nis Baptiste  
ignominiosa  
mors.

Christi, maior Prophetis omnibus, nō saltē publico  
iudicio occiditur, nō saltē, uel ficta causa, sicut Chri-  
stus accusatur, nec propter populum, sed in carcere  
propter saltatricem adultere filiam. Vnius huius san-  
cti ignominiosa mors, & tradita uita tam uiliter, tam  
indignis modis in manus infensissime adultere uni-  
uersum nostrum malum leniat. Vbi hic deus, qui ta-  
lia uidere potuit? Vbi Christus qui hæc audiens pror-  
sus tacuit? perit ille, ac si ignotus esset deo, homini-  
bus, & omnibus creaturis. Quid nos patimur, in  
quo non dico gloriari, sed etiam non confundi oport-  
eat, si huius morti comparatum fuerit? Aut ubi nos  
parebimus, si nihil pati uoluerimus, quando tanti uiri

## CONSOLATIO PRO LABO

etiam mortem tam despectum ferunt immeriti & cor  
pus eorum ludibrio hostium traditur post mortem.  
Ecce, inquit, in Hieremia quibus non erat iudicium ut  
biberent calicem, bibentes bibent, & tu innocēs relin  
queris, non relinquēs innocens, sed bibens bibes.

Recte ergo Eremita ille, qui cum singulis annis  
ægrotasset, uno aliquando anno integro sanus uehe  
menter tristabatur & plorabat, causans quod deus es,

Necessaria set eius oblitus, et gratiam suam ei negasset. Adeo sā  
disciplina o licet necessaria & salutaris est disciplina domini o  
mnibus Chri mībus Christianis.

videmus autem quam nihil est quod nos patimur,  
si sanctorum ungulas, caræres, ferrum, ignem, besi  
as, & infinita tormenta cōsideremus, immo, si et p̄  
sentium nobiscum in hac uita grauiissimas diaboli per  
secutiones patiētum, ponderemus tentationes. Neq;  
enim desunt, qui acerius & grauius patientur quam  
nos, tam in spiritu, quam corpore.

Dicūt hic aliqui, hoc queror quod me a passio san  
ctorum passionibus non comparari posſit, quia peccator  
sum, nec dignus illis comparari, illi pro innocentia sua, ego p̄ peccatis meis patior, ideo nihil mirū illos iucūde omnia pertulisse. Hoc uerbū magna fulti  
dā est, si enī pro peccatis pateris, gaudēdū est tibi qđ  
Patientia et purgātur peccata tua, an nō & sancti fuerunt peccato  
impatiētia di res? Sed Herodis & latronis sinistri similem te esse  
scernit patiē formidas? Non es si patiens fueris. Latrone mē enim  
enras. sinistrum, & dextrum, quis discernit, nisi patientia,  
& ini-

¶ impatiētia? Si es peccator, bene, et latro erat pec-  
cator, sed patientia iustitiae & sanctitatis gloriam me-  
ruit. Ita & tu fac similiter. Non enim pati potes, nisi  
aut pro peccatis aut pro iustitia, utraq; passio sanctis-  
ficat, & beatum facit, si dilexeris eam. Quare nulla  
est reliqua excusatio, deniq; quād ato cōfessus fueris  
te iuste pati pro peccatis, iustus es & sanctus, sicut la-  
tro dexter. Confessio enim peccati, quia ueritas est,  
iustificat, et sanctificat, ac sic mox in momento huius  
confessionis, iam non pro peccatis, sed pro innocentia  
pateris. Iustus enim non patitur, nisi innocenter. At iu-  
stus factus es confessione merita passionis & peccato-  
rum tuorum. Quare & uere & digne tua passio com-  
paratur passionibus sanctorum, sicut uere digne tua  
confessio peccatorum comparatur confessioni sanctorum.  
Una enim omnium ueritas, omnium confessio pec-  
catorum, omnium passio malorum, & uera commu-  
nio sanctorum in omnibus, & per omnia.

Cōfessio Pee-  
catis sanctificatIustus nō ni-  
si innocenter  
patitur.CAP VT SEPTIMVM D E SEPTI-  
mo sp̄ctro, qd' est malū supernū, seu supra uos

**V**LTImo leuandū est cor sursum, et ascendēdū  
in montem myrrhæ cum sponsa. Hic est Iesus  
Christus crucifixus caput omnium sanctorū, princeps  
omnium patientium, de quo multi multa, & omnes  
omnia sicut decet, scripserunt. Huius memoria spon-  
se comedatur, ubi dicitur: Pone me ut signum super  
cor tuum, & sicut signaculum super brachium tuum.

Christus.

## CONSOLATIO PRO LABO

Huius agni sanguinis in limine signatus arcet per  
cussorem angelum. Ab hoc commendatur sponsa,  
quod coma eius sit sicut purpura regis (id est, medita-  
tio eius rubet passionis Christi memoria) Hoc est li-  
gnū quod Moses iussus est mittere in aquas Marath,  
Christi passi id est, amaras passiones, & dulces factae sunt. Nihil  
o, omnia dul est quod hæc passio non dulcoret, etiam mortem. Si  
aut dicit sponsa: Labia eius lilia stillantia myrrā pri-  
mam, quæ proportio liliorum & labiorum, cum hæc  
rubeant, & illa albcent, utiq; mystica loquitur, quod  
uerba candidissima sint et purissima, in quibus nihil  
cruetæ amaritudinis, aut liuoris, sed suauia et mitia,  
quibus tamen stillet, ac persuadeat primam & electā  
myrrham, id est, amarissimam mortem. Potētia sunt  
hæc purissima labia ac dulcisima, amarissimam mor-  
tem, quæ (sicut prima myrra) omnem peccati puto-  
rem semel tollit, dulcem, nitidam, candidam, accepta-  
bilemque reddere, quo modo fiet hoc? Nempe dum au-  
dis Iesum Christum filium dei suo sanctissimo conta-  
ctu omnes passiones ipsam adeo mortem cōsecrassę,  
ac sanctificassę, maledictionem benedixisse, ignominię  
am glorificassę, paupertatem ditassę. Ita, ut mors uitę  
ianua, maledictio benedictionis origo, ignominia glo-  
rie parens esse cogantur. Nam quo modo potes esse tă-  
durus & ingratus, qui non etiam optes et diligas uni-  
uersas passiones Christi purissima, sanctissima carne  
& sanguine tintitas, sanctificatas, innoxias, saluta-  
res, benedictas, beatas tibi redditas?

si enim

Si enim tactu sue mundissimæ carnis omnes aquas Christus oia sanctificauit ad baptismum, imò omnem creaturam, sanctificauit quanto magis tactu eiusdem sue mudißimæ carnis et sanguinis omnē mortē, omnes passiones, omnes iniurias, oia maledicta, omnē ignominiā sanctificauit ad baptismū, spiritus seu sanguinis? sicut dicit de eodem passionis baptismo Luce . 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor donec perficiatur. Vides quantum coartatur, quām anhelat, quām sitit, passiones & mortem sanctificare, & amabiles reddere. Vidit enim passionibus nos terreri, uidit mortem expaue sci, & horreri. Ideo sicut piissimus pastor & fidelissimus medicus huic malo nostro modum positurus, festinat, & artatur mori, & tactu suo easdem nobis commedare. Ita, ut mors Christiani perinde sit habens Christiani d.s., sicut Aeneus Mosi serpens, qui spæcum quidē serpentis per omnia seruat, sed totus est sine uitia, sine motu, sine ueneno, sine morsu: Ita iusti uisi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pate. Similes sumus morietibus, nec alia est species nostræ mortis, quām aliorū, res tamē alia est, nobis enim mortua est mors. Ita & oēs aliae passiones similes sunt passionibus aliorū, sed specie tantū. Verum re ipsa passiones nostræ sunt impossibilitatis initia, sicut mors initia uitiae. Atq; hoc est qđ Ioan.8. dicit: Qui sermonē meū Non uidet seruabit, nō uidebit mortem in æternum. Quomodo mortem, dei nō uidebit? quia moriens uitā inapit. Ita præ uitâ quā sermonē seruidet, mortem uidere non potest. Hic enim nox, uans,

## CONSOLATIO PRO LABO

sicut dies illuminatur dum clarior est lux uitæ in apèntis, quàm mortis desinentis. Hæc omnibus qui credunt in Christum rata sunt, secus incredulus.

**Simile.** Proinde si tunicā Christi, uasa, hydrias, & que cunq; tandem Christus tetigit, & quibus usus est produlcissimis reliquijs, tanquam suo tactu consecratis, exocularis, diligis, amplecteris, Cur nō multo magis pœnas, mala mundi, ignominiam & mortem, non solum eius tactu consecrata, sed etiam sanguine eius purissimo tincta, & benedicta, deinde uoluntate cordis & summa coartante charitate amplexata, diligis, amplecteris, oscularis? Præsertim cum in his multo sint tibi maiora merita, præmia, bona, quàm in illis reliquijs. Siquidem in his uictoria mortis & inferni, & omnium peccatorum tibi paratur, in illis nequaquā. O si cor liceat Christi intueri, quando in cruce pendens artabatur, ut mortem redderet mortuam & contempibilem, quam pro timidis & mortem pœnasq; horrendentibus, ardenter & suauiter morte & pœnas amplexatus fuit, quàm libēter hunc calicē ægrotis prælibit, ut bibere & ipsi nō uereremur, dū nihil illi malii, sed tatum resurgendo boni contigisse cernimus, si ne dubio fieret illa prima myrrha stillantibus eius labijs, et uerbis Christi eam cōmendantibus iucundissima & dulcissima sicut odor & spæces liliorum. Sic & Petrus. 1. Pe. 4. Christo in carne passo, & uos eadē cogitatione armamini. Pau. Heb. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus contra seipsum contradic-  
**Christus ar-**  
**denter calicē**  
**nobis præbi-**  
**bit.**

RANTIBVS IN HAC VITA. 19  
traditionem, ut non fatigemini in animis uestris defi-  
cientes.

Itaq; si in prioribus spectris adhuc infra & iuxta  
nos positis, malum didicimus tolerare patienter, Cer-  
te in hoc ultimo iam supra et extra nos positi, in Chri-  
stum rapti omnibus malis superiores facti non modo  
toleranda nobis sunt, sed amanda, optanda, queren-  
da. Atq; ab hoc affectu, quo quisque remotior est, eo  
minus in ipso Christi passio ualeat, sicuti sit in ihs que  
signis & armis Christi utuntur aduersus mala et mor-  
tem, ne patientur, neue moriantur, omnino cōtrarijs  
studijs, cruci & morti Christi. Quare in hoc septimo  
spectro neæsse est absorberi & cōsumi quicquid mas-  
lorum passi fuerimus, ut iam non modo non doleat,  
sed & delectet, si tamē imago ista penetret corda no-  
stra, & insedeat animi interiori affectui.

Hæc de priore tabella.

Sequitur posterior.

Alteri tabellæ sua quoque spectra septem danda Quæ expe-  
sunt cōtraria prioribus: quorum primum de bono in= Etāda in se-  
terno. Secundū de futuro. Tertiū, de præterito. Quar/ cunda tabu-  
tum, de inferno. Quintum, de sinistro. Sextum, de de/ la-  
stro. Septimum, de superno.

B S Caput

CONSOLATIO PRO LABO  
CAPVT PRIMVM DE SPECTRO  
primo, quod est bonum internum.

Corporis do-  
tes.



TQVIS uel sola hec bo-  
na numeret, que quisque in sua  
persona possidet? Primo cor-  
poris dotes quāter sunt: forma,  
robur, ualetudo, uiuacitas sen-  
sus, quibus in masculo accedit  
nobilissimus sexus, quo multis  
rebus, tu priuatis, tu publicis gerendis & egregijs fa-  
moriibus idoneus est, à quibus mulier aliena est. Quid  
uero magni est, si his donis optimis decem, uiginti, tri-  
ginta annis cu uoluptate, dono dei, sis usus, & in uno  
horum aliquando uel decem diebus labores? Nebulo-  
nes prouerbio dicunt: Es ist vmb ein bösz stund zu  
thun. Et iterū: Ein güt stündt ist einer bössen werdt.  
Quid nobis faciēdum, qui multas horas bonas accipi-  
mus, & ne unam quidem ferre uolumus malā? Vide-  
mus ergo quantis obruamur bonis dei, & quam pau-  
as uix tangamur malis, saltem nostrum plurimi.

Externabo  
na.

His bonis non contentus optimus deus adiicit diui-  
tias, copias omnium rerum, si non omnibus certe mul-  
tis, & his potissimum qui infirmi sunt ad ferenda ma-  
la. Nam (ut prius dixi) quibus minus dat rerum, aut  
Deus iustus, iustus iudex omnium. Neque enim adeo consolantur  
equus oibus, multae diuitiae, quam iucundus animus. Post hec qui-  
busdans

busdam prolem, summam (ut dicitur) uoluptatem, potestatem, principatum, honorem, famam, gloriam, favorem etc. Quibus si detur longo tempore frui, immo etiam paruo, facile suadebunt, quid faciendum sit in paruulo malo.

Animi uero bona his omnibus præstantiora, ingeniū, scientia, iudicium, facundia, prudentia, atq; in his sicut in ceteris quoque temperat sue administrationis æqualitatem, ut quibus plus contulit, non ideo alijs eos prætulit, quibus horū uite, animi maiorem, uel pacem, uel hilaritatem contulit. In his autem omnibus cum gratitudine attēdenda est largissima dei manus, atque nostra infirmitas consolanda, ut in multitudine & magnitudine bonorum, non miremur, si denda larga misceatur aliquid acerbitatis. Quandoquidem & uo dei manus, luptuarijs hominibus, neque assatura sine salsa mentito, neque ullus ferme cibus gratus est, qui non acerbiorre quopiam sapore sit, uel natus, uel conditus, adeo perpetua & sola dulcedo intolerāda res est, ut et ille Perpetua recte dixerit: Omnis uoluptas assiduitate sui fastidi dulcedo, res um parit. Et aliis: Labor est demū ipsa uoluptas, scī intoleranda. licet, quod hæc uita impotentior sit, quam ut sine malorū tēperatura solis bonis frui possit præ nimia abudantia honorū. Unde et in proverbiū illud natū: Oportere ossa esse robusta, que ferant dies bonos. Quod ego proverbiū sapius considerans admiratus sum, quam miram et ueram sententiam habeat, ut uota ho Difficilius minum contra uota pugnant, qui non nisi bonos dies homo potest querant,

## CONSOLATIO PRO LABO

ferre bonos querant, quos tamen adeptos minus ferre queant,  
dies, q̄ ma= quam malos.

los.

Quid enim in his deus nobis commēdat, nisi, qđ  
Crux in ini- in ipsis etiam inimicis crucis mirabilis sit crux, ut non  
micis suis e- secus illius reliquijs oporteat omnia tēperare, & san-  
tiam mirabi- tificare, ne pereant, quam carnes sale condire, ne uer-  
lis. minent ē ut quid ergo hanc temperaturam à deo mis-  
sam non libentissime acceptamus, quam nisi ille mitte-  
ret, impotens nostra uoluptatum & honorū uita spon-  
te accerseret? Ita fit, ut uideamus quam uere deo  
dixerit Sapiens: Qui attingit à fine usq; ad finem for-  
tier, et disponit omnia suauiter. Si enim hæc bona in-  
spiciamus, apparebit uerū esse illud quoq; Mosi Deu.  
32. Portauit eum in humeris suis, circūduxit eum, &  
custodiuit quasi pupillam oculi. Quibus possumus ob-  
sic uitæ sunt struere os eorum, qui huius uitæ plura mala, quam bo-  
nōmoda. na inesse ingrati garriunt, cum bona et suavitatis in-  
finita cōmoda nō desint, sed desint qui intelligent cū  
illo, q̄ dixit: Misericordia domini plena est terra. Et ite-  
rum: Et laudis eius plena est terra. Et Psal. 103. Im-  
pletæ est terra possessione tua, delectasti me domine in  
factura tua. Hinc quotidie canimus in missa: Pleni sūt  
cœli et terra, gloria tua. Cur hoc? quia multa bona un-  
de laudetur, uerum ab ijs duntaxat qui uident hāc ple-  
nitudinem. Sicut enim de malis spectro primo dixi-  
mus, tantum est malorum cuiq; quanta eorum opinio  
& cognitio. Ita & bona licet undiq; nos petant, &  
obruant, tamen tanta sunt, quanta æstimantur. Nam  
cuncta

RANTIBVS IN HAC VITA. 199  
cuncta quæ fecit deus, sunt ualde bona, non tamen  
talia ab omnibus agnoscuntur. Quales illi erant Psal.  
77. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

Huius spectri exemplum pulcherrimum & erudi-  
tiissimum nobis præbet Job, qui ablatis bonis omnibus di-  
xit: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare  
non sustineamus? Vere uerbum aureum, & potens in  
tentatione consolatio. Siquidem & ipse non solum pa-  
tiebatur, sed ab uxore sua tentabatur ad impatientiam,  
dicente illi: Adhuc permanes in innocentia tua? Bene-  
dic domino, & morere. Quasi diceret. Manifestum  
est, quod non sit deus, qui sic te derelinquit: Cur ergo  
in illum confidis, ac non potius negato, & sic male-  
dicto eo mortalem te agnoscis, cui post hanc uitam ne-  
hil reliquum sit? Hæc & similia & unicuique sua sug-  
gerit uxor (id est, sensualitas) in temptatione, quia sensu  
sus non sapit, quæ dei sunt.

Verum hec omnia sunt corporalia bona, commu-  
nia omnibus. Christianus uero alijs lôge melioribus  
pollet internis bonis, id est, fide Christi, de qua dictum  
est Psal. 44. Omnis gloria eius felix regis ab intus in  
fimbrijs aureis circundata uarietate. Sicut enim de pri-  
mi spectri malo diximus, nullum esse tantum in homi-  
ne malum posse, quod pessimum sit eorum, quæ in ipso  
sunt, ita optimum bonorum quod in Christiano est,  
ipse non potest uidere. Si enim sentiret, mox in cœ-  
lo esset, cum regnum cœlorum, ut Christus ait, intra-  
nos sit. Habere enim fidem est ueritatem, & uerbum nos.  
Regnum cœ-  
lorum intra-  
nos sit. Habere enim fidem est ueritatem, & uerbum nos.  
dei

Potes in ten-  
tatione con-  
solatio.

CONSOLATIO PRO LABO  
dei habere, habere uerbum dei, est deum omnium fa-  
ctorem habere. Quæ bona quanta sunt, si animæ reue-  
larentur in momēto, è corpore solueretur, præ nimia  
abundantia suauitatis. Vnde recte cætera bona, quæ  
diximus, sunt uelut monitoria eorum bonorum, quæ  
intus habemus, quæ nobis per illa uult commendataz,  
quod hæc uita non sustineat ea reuelari, sed misericor-  
diter à deo absconduntur, donec creuerint in perfectū  
suum modū. Non secus ac pīj parentes filijs suis quan-  
doq; ludiera & minuta donaria donant, quibus ani-  
mos filiorum allicant ad spem maiorum.

Ostendunt tamē se nōnunquā, & prodeunt foris,  
dum exhilarata conscientia gaudet in fiducia dei libē-  
ter de eo loquitur, cum suauitate uerbum eius audit,  
*Indicia infi*, prompta, et incunda fit ad seruendum ei, ad bona or-  
nata boni la-*pera*, ad ferenda mala &c. Que omnia sunt indicia  
latētis ibi infiniti, & incōparabilis boni, quod has gut-  
tulas & stillas paruas foras mittit tenui scaturigine,  
quamvis nonnunquam fiat, ut contemplatricibus ani-  
mabus latius reueletur, ita, ut absorptæ nesciant, ubi  
fuerint. Qualia sanctus Augustinus & mater sua de-  
se confitentur, & multi alijs.

CAP VT SECUNDVM DE SPB  
etro 2. quod est bonū futurū, seu ante se.

**H**I S qui Christiani nō sunt de futuris bonis pa-  
rum potest solatijs dari in suis malis, quod im-  
ertia sunt omnia. Quanq; in hoc sit magni tumultus  
author,

author, ille affectus, qui spes uocatur, celebris, quo in spes magni  
uicē humana consolatione iubemur sperare meliora, tumultus autem  
quo grandia molimur in incertum frequentissime, thor.  
immo semper falsi. Sicut Christus de eo in Euange/  
lio Luc. 12. docet, qui animæ suæ, dixit: Destruam  
horrea mea, & faciam ampliora, & dicam animæ  
meæ, requiesce, ede, bibe, epulare anima mea, ha-  
bes multa bona in plurimos annos. Dixit autem illi Qui non est  
i deo diues,  
quales sit.  
deus: Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, &  
que parasti, cuius erunt? Sic est qui thesaurizat, &  
non est in deum diues.

Quāquam nec sic deus reliquerit filios hominū,  
quin hoc affectu mali amouendi & boni accessuri eos  
soletur, licet incerti sint de futuris, certi tamē sperant,  
quo interim sustinentur, ne desperationis malo adie-  
cto præsens malum non ferant, & peiora faciant.  
Quare & ipse affectus spei eiusmodi donum dei est,  
non quod eo uelit niti, sed moueri ad spem solidā, quæ  
est in ipsum solum. Ideo enim longanimis est, ut ad-  
ducat eos ad pœnitentiā, ut Ro. 2. dicit: Nec sinit sta-  
tim, & omnes falli hac fallaci spe, si quo modo redes-  
ant ad cor, & uere sperent.

Christianis uero præter hæc bona dupla sunt ma-  
xima bona certo futura, sed per mortem & passiones.  
Siquidem & ipsi gaudent communi illa spe inarta fi-  
niendi mali præsentis, & augendi boni contrarij. Christianos  
Quāquam id non adeo uarent, quam, quod bonum rum bonum  
suum propriū augetur, qd' est ueritas in Christo, in quo proprium  
promouent

## CONSOLATIO PRO LABO

promouēt de die in diē propter qd' & uiuūt, et sperāt.  
Sed ultra hēc dixi, duo maxīa futura habēt in morte.

**Primū mōr.** Primū, qd' morte finitur uniuersa huius uite malorū  
tis bonū chri tragedia, sicut scriptū est: Præciosa in cōspectu domi  
ni, mors sanctorū eius. Et iterum: In pace in idipsum

dormiā, et requiescam. Et iustus si morte præoccupa  
tus fuerit, in refrigerio erit. Vbi cōtra impijs mors ini  
tiū est malorum, sicut dicit: Mors peccatorum pessi  
ma. Et uiurū iniustum mala capient in interitu. Sic

**Impiorum mōr.** Lazarus consolabitur, qui recepit hic sua mala, ubi  
epulo cruciabitur, qd' recepit hic sua bona. Sic fit, ut

Christianus siue moriatur, siue uiuat, semper melius  
Beatum in habeat. adeo beata res est esse Christianū, & in Chri  
stū credere. Vnde Paulus dicit: Mibi uiuere Chri  
stus est, & mori lucrum. Et Ro. 15. Qui uiuit, domino

uiuit, qd' moritur domino moritur. Siue ergo uiuimus,  
siue morimur, domini sumus. Hanc securitatem Chri  
stus nobis obtinuit, quod mortuus est, & resurrexit,

ut dominus esset uiuorum, & mortuorum, potes nos  
facere securos, tā in uita, quām in morte, sicut Psal  
22. dicit: Si ambulem in medio umbra mortis, non tu

mebo mala, quoniam tu mecum es. Quod si hoc lucru  
mortis parum mouet, signum est fidem Christi infir  
mam in nobis esse, quæ precium & lucrum bone mor  
tis non satis estimat, aut bonam esse mortem, nōdum

credit, impediente, scilicet, nimium adhuc uiuace uete  
re hominē et sapientia carnis. Conandum itaq; est, ut  
ad mortis hoc beneficium cognoscendum & aman  
dum

RANTIBVS IN HAC VITA. 201  
dum promoueamur. Magna res est morte, quæ alijs  
maximum malorum est, maximum lucrum nobis fieri.  
Et nisi hoc Christus nobis prestisset, quid dignum  
tanto impendio sui ipsius fecisset? diuinum opus est  
plane quod fecit, ideo non illi mirum quod mortis ma-  
lum fecerit optimum.

Proinde mors iam mortua est fidelibus, nihilq; ha-  
bet terribile, preter speciem & laruam. Non secus stianis mor-  
ac serpens occisus, habet quidem speciem priorè terri tua.  
bilem, reuera tamen sola species ibi est, & mortuum  
malum ac iam innoxium. Immo sicut Numeri. 21. Ser-  
pētem Acneum iussit erigi, cuius aspectu uiui serpen-  
tes peribant: ita & mors nostra fidelissimo intuitu  
mortis Christi perit, ac iā nō apparet, nisi figura quæ  
dam mortis. Adeo nobis infirmis præludit misericor-  
dia dei, his pulchris figuris, ut mortem quoniam non  
oportet auferri, tamen usq; ad specieē solam uirtutē  
eius euacuet, ob quam rem & somnus potius uocatur  
in scripturis, quam mors.

Alterum bonum mortis quod non solum finit ma- Secūdū mor-  
ta poenarum huius uitæ, sed, quod præstantius, finem tis bonum.  
ponit uitijs & peccatis, quod animabus fidelibus lon-  
ge plus mortem reddit optabilem, ut diximus supra,  
quam iam dictum bonum. Siquidē mala animæ que  
sunt peccata incomparabiliter peiora malis corporis Mala animæ  
sunt. Quæ sola, si saperemus, nobis mortem amabi-  
lissimam facerent. Si autem non faciunt, signum est  
quod mala animæ nostræ non satis sentimus, nec odi-

## CONSOLATIO PRO LABO

Hæc uita p[ro] mus. Cum ergo hæc uita sit periculosisima, undiq[ue] lu  
brico peccato nobis insidiante, dein de sine peccato ui  
uere non possumus. Optima mors ab his periculis nos  
soluit, & peccatum penitus abscondit a nobis. Vnde  
in laude iusti, Sap. 4. perorat: Placens deo, factus di  
lectus, & uiuens inter peccatores translatu[m] est, raptus  
est, ne malicia mutaret intellectum eius, aut ne fictio  
deciperet animam illius: Fascinatio enim nugacitatis  
obscurat bona & inconstantia concupiscentiae trans  
uertit sensum sine malicia (o quam hæc uera sunt et  
assidua) consummatus in breui expleuit tempora mul  
ta. Placita enim erat deo anima illius, propter hoc pro  
perauit educere illum de medio iniustitiae.

Ita ( misericordia dei ) mors quæ homini peccati  
poena fuit, Christiano peccati finis, & uitæ ac iustitiae  
initium facta est, quo arca qui uitam & iustitiam  
amat, ministram & officinam earum mortem non ex  
horreat, sed amet, neesse est. Alioquin nec ad uitam,  
nec ad iustitiam unquam perueniet. Qui uero non po  
test, oret deu[er] ut possit. Nam ideo docemur dicere: Fi  
at uoluntas tua, quia nos eam ex nobis facere nequi  
mus, qui potius mortem timentes, morte & peccati  
amamus, quam uitam & iustitiam diligamus. Nā quod  
mortem deus in peccati occasum ordinariit, hinc quoq[ue]

Mors in p[ar]tē colligi licet, quod Ad statim post peccati imposuit  
radiso nobis mortem uelut emendam peccati, atq[ue] id antequam ei se  
tāquā satis fā ret de paradiſo, ut nobis ostenderet mortem nihil mai  
orū imposta li, sed omne bonum nobis operari, quando in Paradiſo, tan

Io, tanquam pœnitentia & satisfactio, imposta est. Verum est enim, quod mors inuidia diaboli intravit in orbem terrarū, & hoc eximiae & diuinæ bonitatis fuit, mortē sic ingressam non sinere tantū noūre, sed apprehensam in peccati pœnam & mortem mox ab initio sui ordinare.

Hoc enim significauit, quod cū mortē Adæ in præcepto prædixisset, non tamen postea tacuit, sed denuo mortem imposuit, ac rigorem præcepti temperauit, immo ne meminit quidem mortis ulla syllaba, sed dixit solum: Puluis es, & in puluerē reuertaris. Et, do/ nec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quasi iam tūc odio habēs mortē, quā nec nominare dignaretur. Iuxta illud: Quoniā ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Ita uisus loqui, quod nisi mors neſſaria fuisset ad peccati abolitionē ipsā, nec scire, nec nominare, nedū imponere uoluiset. Adeo scilicet cō Peccatū suo tra peccatum, quod mortem operatum est, rursus emu gladio occidi latio diuinæ non aliud, quā in ipsam mortem armat, ut tur. hic uideas illud poetæ: Nescis artificem arte perire sua, & peccatum à suo fructu proprio perdi, et mor te quam genuit, occidi, sicut uiperam à sua prole. Hoc est pulcherrimū spectaculū, uidere quomodo peccatum non alieno, sed suo proprio opere perditur, suo gladio iugulatur, & uelut Goliath suo gladio caput amputatur. Nam & Goliath figura fuit peccati terribilis gy Figura pec gas omnibus, excepto paruulo Dauid, id est, Chriſtū, qui solus cum prostrauit, & abscesso capite

**CONSOLATIO PRO LABO**  
proprio illius gladio, iam meliorem non esse gladium  
dicit, quām Goliath. 1. Reg. 21.

*S*i ergo hæc gaudia uirtutis Christi & dona eius  
gratia meditemur, quid nos torquebit malum paruu-  
lum, quando in tā magno malo futuro tam magna bo-  
na uidemus?

**CAPUT TERTIUM DE TERTIO**  
*spectro, quod est bonū præteritū, seu ante se.*

**H**VIVS boni facilis est cōsideratio ex spectro suo  
contrario de præterito malo, tamen iuuemus cō-  
sideratē. In hac re eximus est artifex beatus Augusti  
nus in suis cōfessionibus, ubi pulcherrime reatat dei  
beneficia in se ab utero matris suæ. Idē facit insignis  
**P**rouidentia psalmus. 138. Domine probasti me. Vbi inter cætera  
dei sup nos. prouidentiam dei super se miratus, dicit: Intellexisti  
cogitationes meas de longe, semitam meam & funi-  
culum meum inuestigasti. Quasi diceret: Quicquid  
ego unquam cogitaui, quicquid operatus fui, & quā-  
tum eßem consecuturus ac posseßurus, iam video,  
quām non mea industria gesta sint, sed tua cura lon-  
ge ante hæc ordinata. Denique, omnes vias meas pre-  
uidisti, et nō est sermo in lingua mea: Vbi tunc? in po-  
testate tua. Hæc discimus experiētia propria, si enim  
uitam præteritam recolimus, nōnne stupor est nos ta-  
lia cogitasse, uoluisse, fecisse, dixisse, qualia nos nec  
præuileere potuimus, quām longe alia gessissimus, si  
nostro libero arbitrio relicti fuissimus. Id quod nunc  
primū

Primum intelligimus, tam præsentem, scilicet, curam dei, tam constantem solicitudinem eius super nos fuīs se cernimus, ut nec loqui, nec uelle, nec cogitare potuerimus, nisi quod ille dedisset, sicut sapien. 7. dicit: In manu enim illius & nos & sermones nostri. Et Paulus. Qui operatur omnia in nobis. Quin ergo pudeſcimus insensati & duricordes, qui propria experientia docti uidemus, quā sollicitus pro nobis fuerit in hanc horam dominus, & omnia nobis bona dederit: Nec dum poſsumus eandem nostri curam ei in parvulo præsenti malo tradere, ac ita facimus quasi ille nos reliquerit, aut relinquere ullo modo poſſit? Non ſic psal. 39. Ego uero egenus et pauper, dominus solitus eſt mei. Vbi beatus Augustinus, habeat curam tui, qui fecit te, qui habuit curā tui antequā eſſe. Quomo- do nō habebit curā, cū iam hoc es, qđ uoluit ut eſſe? At nos imperiū cum deo diuīſum accipimus, illi tribuimus, qđ fecerit nos, atq; idipſum tamē uix aut trepide, nobis arrogamus curā nostri, quaſi ille fecerit nos, et mox abierit relictis nobis in noſtra manu regendis.

Quod ſi nobis noſtra obſtant ſapientia et consilia ut hanc curam dei ſuper nos non uideamus, dum forte multa euenerint ſecundū noſtra proposita, redeas- mus cū psal. 118. ad noſtrum intuitum: Nō eſt occulta- tum os meum à te, quod fecisti in occulto, id eſt, oſſa mea in uentre matris tu uidebas, & formabas, quādo ergo nondū eram, quando mater mea non dū ſciebat quid fieret in ea, & ſubſtantia mea in inferioribus ter-

## CONSOLATIO PRO LABO

ræ, id est figura, seu forma corporis mei in uisceribus  
infumis matris meæ, etiam non fuit tibi abscondita,  
quia formabas tu eam. Quid enim his uerbis uult, nisi  
si in genti hoc exemplo nobis ostendere, quām deus no-  
stri siue nobis semper curā habuerit? Quis enim po-  
test gloriari se cooperatum ut formaretur in utero?  
Quis dedit matri curam, ut lactaret, soueret, amaret,  
et omnia illa materna officia exhiberet, cum nos nec  
dum sentiremus uitam nostram? deniq; quorū nisi in  
alijs similia facta uidentes, crederemus et nobis iam  
facta esse, nihil sciremus, nec memores essemus cum  
hæc non aliter nobis impensa sint, quām si dormien-  
tibus, immo mortuis, ac potius nondum natis impen-  
derentur, quantum ad nostram pertinet noticiam. Ita  
uidemus quām sine nobis nos excipiāt diuinæ misera-  
tiones et consolationes. Adhuc dubitamus, aut etiā  
desperamus nostri curam illi usq; hodie esse. Si quem  
hæc experientia non erudit, nec mouet, nescio quid  
erudire, et mouere possit. Hanc enim uidemus pas-  
sim in omnibus infantulis præsentissime nobis expo-  
sitam, ita ut nostre insipientie et duritie tot exem-  
pla proposita merito nobis debeant esse magno pudo-  
ri, si dubitemus uel cuiussum bonum uel malum si  
ne singulari aura dei nobis contingere. Sic beatus Pe-  
trus .i. Pe .5. Omnem solicitudinem proiuentes in  
eum, quoniam ipsi est cura de uobis. Et psal. 36. Iacta  
super dominum aeram tuam, et ipse te enutriet. Et be-  
atus Augustinus ad animā suam in Confess. Quid fu-  
per te

RANTIBVS IN HAC VITA. 204

per te stas, & non stas? proijce te in eum, nō enim substrahet manum ut ruas. Et iterum. 1. Pe. 4. Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatē dei, fidelī crea tori commendent animas suas in benefactis.

O si quis hac ratione deū suū cognosceret, quām securus, quām quietus, quām iucundus ageret. Hic uere de um haberet, sciens certo omnia sua quæcunque illa essent, illius suauissima uolūtate disponente sibi obtingisse, & obtingere. Stat firma sententia Petri: ipsi est cura de uobis. Quid hoc uerbo dulcius audire possumus? ideo projicite omnem, inquit, solitudinem in eum. Quod si hoc non facimus, & nos ipsi pro nobis solliciti sumus, quid aliud facimus, quām quod et dei curam impeditre conamur, & simul nobis etatem nostram triistem, laboriosam, anxiam multis timoribus, curis tumultibus facimus? atque id frustra, nec enim quicquam his promouemus salubriter, sed, ut Ecclesiast. dicit: Hec uanitas est uanitatum, & afflictio sp̄i Vanitas uanitus. Nam & idem libellus totus in hanc experientiam loquitur, ut qui multa pro se tentauerit, & in omnibus tamen, non nisi labore, uanitatem & afflictionem spiritus inuenerit. Ita, ut concludat, donum dei esse, si quis edat, & bibat, & letetur cum uxori sua, id est, sine solitudine uixerit, deo commendata cura sui. Quare & nos nulla alia super nos solitudine solitati esse debemus, quām ne super nos solliciti simus, & deo curam nostri rapiamus. Cetera ex specie contrario, ut dixi, & ex recordatione totius uis-

CONSOLATIO PRO LABO  
te præteritæ quilibet facile comparabit.

CAPVT QVARTVM DE SPECTRO  
Quarto, quod est bonū infernum, seu infra nos.

**H**V C V S Q V E bona uidimus quæ nostra sunt, & in nobisipsis, deinceps ea que in alijs, & extra nos posita sunt, uidemus. Quorum primum est in his qui infra nos sunt, id est, mortui, & dñnati. Sed mirum quid boni in mortuis & damnatis possit inueniri? Verū tanta est ubiq; diuine bonitatis uirtus, ut in summis malis etiam bona det uidere. Cōferimus autem illos primum ad nos, tunc uidemus in estimabiliâ nostra lucra, sicut fācile ex contrario malorum sp̄cetro accipi potest. Nam quanta illic mortis & inferni mala in eis uidemus, tot sine dubio lucra nostra uidemus, tantoq; maiora, quanto illorum mala fuerint maiora. Que omnia non sunt leui corde contemnenda, quia misericordiam dei magnificētissimam nobis uebementer commendant. Et periculum est, si hæc pari ui duxerimus, ingrati inueniamur simul cum illis damnandi, aut peius crucandi: propterea quantum illos dolere, & ululare uiderimus, tanto magis de dei bonitate in nos gaudere debemus. Iuxta illud Esa. 65. Ecce serui mei comedent, & uos esuriatis. Ecce serui mei bibēt, & uos sitiatis. Ecce serui mei letabūtur, et uos cōfundemini. Ecce serui mei laudabūt p̄e exultatione cordis, & uos clamabitis p̄e dolore cordis et p̄e cōtritione sp̄us ululabitis, & dimittetis nomē uestrū in iuramentū

Magna diuinæ bonitatis uirtus.

iuramentum electis meis &c. Deniq; ut dixi, exempla mai  
pla male morientium & damnatorum, sicut & beati le morientium.  
tus Gregorius in dialogo refert, nobis admonitorum  
& bonum eruditionis proficiunt, ut felix sit quem fa  
ciunt aliena pericula cautum. Hoc sane bonum, quia  
vulgariter notum est, parum mouet, cum sit tamen ins  
ter maxima numerandum, & his qui sensato sunt cor  
de, non modica existimatione probatum. Cum hoc uer  
gat magna pars sacre totius scripture, uidelicet, ubi  
de ira, iudicij comminationibus dei doctetur. Quas sa  
luberrimas doctrinas miserrimorum exempla nobis fa  
luberrime confirmant, que tunc primū efficacia sunt,  
si illorum qui ea ferūt affectum induit fuerimus, acue  
lut in loco & persona eorum simus, tunc enim mo  
uebunt, & movebunt nos ad laudem bonitatis dei,  
qui nos ab his seruarit.

Conferemus uero illos etiam ad deum ipsum, quo  
diuinam iustitiam in eis videamus. Hoc et si arduū est,  
tamen conandum est. Nam cum sit deus iustus iudex, Dei iustitia  
iustitiam eius diligi & laudari oportet. Atque ita in laudari ope  
deo gaudere, etiam tunc quando malos male perdit in tet.  
corpore et anima, quia in his omnibus summa sua et  
ineffabilis iustitia luget. Itaq; infernus quoque plenus Infernus ple  
est deo & summo bono non minus, quam cœlum. Iu  
nus summo bo  
stia enim dei ipse deus est, deus uero summum bonū no  
est. Quare, ut misericordia, ita, & iustitia eius, seu iu  
dicium summe amandum, laudandum, prædicandum  
est. Hoc sensu David dicit: Letabitur iustus cum uide

## CONSOLATIO PRO LABO

rit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Hac ratione prohibuit dominus Samuelem. 1. Reg. 16. ne amplius lugeret Saulem, dicens: Vsq; quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israël? Quasi diceret, adeōne uoluntas mea tibi displicet, ut hominis uoluntatem mihi præferas? Deniq; hæc est illa uox laudis & gaudij per totum Psalmum, quod dominus sit Iudex uiduarum, & pater orphanorum, quod facturus sit vindictā pauperū & iudicium inopis, quod cōfundentur inimici, perdentur impij, et multa similia. Quod si quis generationi illi sanguinū quæ occidit iustos, etiam filiū dei, & impiorum cumulo uelit stulta misericordia cōpati, iam inuenietur eorū cōgaudere iniquitati, & probare ea quæ gesserūt, dignus qui cū eis similiter pereat, quorū peccata nolit vindicari: Audietq; illud. 2. Reg. 19. Diligis odiētes te, et odio habes diligētes te. Sicut enī Ioab ad Dauid dicebat, quido Absalon impium homicidā suū nimis lugebat. Quare in hoc spacio congaudendum est uniuersæ sanctorū pietati, et iustitiæ dei, quæ persecutores pietatis iustissime punit, ut liberet suos eleitos ab eis. Atq; ita uides non parua, sed summa bona in mortuis & dānatis lucre. Nempe vindicatā omnium sanctorum iniuriam, & tuam quoq; si iustus es cum eis. Quid ergo mirum si et per tuum præsens malum vindicat hostem tuum, id est, peccatum corporis tui immo gaudendum tibi in hoc officio optimæ iustitiae dei, quæ etiam te non rogante pessimum tuum hostem, id est,

## RANTIBVS IN HAC VITA. 206

id est, peccatum tuum in teipso sic occidit, ac perdit,  
cui si compatiaris, amicus peccati & hostis iustitiae  
in te operantis inuenieris, quod tibi summe cauedum  
sit, ne tibi quoque dicatur: Diligis odiates te, et odis  
diligentes te. Sicut ergo iustitiae in tuum peccatum serui  
enti cum gaudio congratulari debes, ita eidem cogras  
tuleris in peccatores, omnium ac dei hostes, sequientia.  
Vides itaque in summis malis summa bona uideri,  
& latari nos posse in summis malis, non propter  
ipsa mala, sed propter summam bonitatem iustitiae  
nos vindicantis.

## CAPVT QVINTVM DE SPECTRO quinto, quod est, bonū sinistrū, seu ad sinistrā.

**A**DVERSARII hic sunt in uita adhuc pa-  
siti (nam praecedente de eis iam damnatis ac  
demonibus assimilatis considerauimus) hos alio af-  
fectu intueri decet, uidendaque duplicita eorum bo-  
na. Primo, quod temporalibus abundant, ita, ut pro-  
phetæ quoque eorum bonis propè cōmoti sint ad in-  
uidiam. ut Psal. 72. Mei penè moti sunt pedes, penè  
effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pas-  
cem peccatorum uidens. Et infra: Ecce ipsi peccatores  
& abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Hiere.  
12. Iustus quidem es tu domine, si disputerem tecum, ue-  
runtamen iusta loquar ad te, quare uia impiorum  
prosperatur? Bene est omnibus, qui preuaricantur,  
& inique agunt.

Cur

## CONSOLATIO PRO LABO

Cur enim tāta sup̄ eos bona effundit gratis et per̄  
**Quid impio** dit? nisi, ut nos soletur & ostendat quām bonus sit ijs  
rum bona si qui recto sunt corde. ut idem Psal. 72. dicit: Qui malis  
gnificant. tā bonus est, quanto magis bonis bonus erit: nisi, quod  
malos nullo malo uexat, bonos uero multis malis ten-  
tat, ut non tantum in bonis p̄esentibus, sed in abscon-  
ditis quoq; & futuris eum agnoscāt esse bonum sibi,  
dicantq; cum codē Psalmo: Mihi uero adhærere deo  
bonum est, ponere in domino spem meam. Quasi dice-  
ret: Et si aliquid patiar, quo illos liberos uideo, tamen  
confido, quod mihi deus multo magis bonus sit quām  
illis. Atq; ita bona uisibilia malorum nobis incitabu-  
lum sunt, sperandi bona in uisibilia & contemendi  
mala que patimur. Nō secus ac Christus Mat. 6. Nos  
uolatilia cœli, & lilia agri respicere iubet, dicens: Si  
ergo foenum quod hodie est & cras in clibanum mitti  
titur deus sic uestit, quanto magis uos modicæ fidei?  
Quare ex collatione honorum quibus mali abundat.  
& mali quod nos patimur, fides nostra exercatur &  
consolatio in deū (que sola sancta est) paratur, adeo  
necessæ est omnia cooperari in bonum sanctis.

**Impiorū ma- la nobis bo-** Alterum bonum, quod multo mirabilius est, quod  
na. eorum mala nobis bona sunt, deo sic nos curāte. Nā  
& si peccata eorū sint scandala in firmioribus, firmio-  
ribus tamen sunt uirtutis exercitiū & occasio pugnae,  
maiorisq; meriti. Beatus enim uir qui suffert tenta-  
tionē, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam  
uitæ. Que uero maior tentatio, quām multitudo illa  
pessimorum

## RANTIBVS IN HAC VITA. 20

peſſimorum exemplorum: Deniq; hinc mūdus unus Hic mundus  
hostiū appellatur sanctorum dei, quod suis illecebris hostis sāctoſ  
et impijs operibus nos irritat, prouocat, allicit, de uia rum dei,  
dei, in uiā ſuam. Sicut Ge. 6. Viderunt filij dei filias  
hominum quod eſſent pulchræ, & caro facti ſunt. Et  
Numeri. 25. Filij Iſraēl ceāderunt cum filijs Moabita= eo libet  
rumq; ali  
A. 1500  
u. 1500  
1500  
1500  
rum. Ita ut ſalutare ſit nos ſemper aliquo incommo= dū  
1500  
1500  
1500  
do premi, ne mundi ſcandalis offenſiuamus, & pec= 1500  
1500  
1500  
œmuſ nos infirmi. Sic Loth commendatur à Petro. 2.  
Petri. 2. quod à Zodomitarum peſſimiſ exēpliſ mul= Scādala ueni  
re neceſſe eſt  
ta paſſuſ fit, ut in iuſtitia ſua p̄ hæc promouerit. Ne/ 1500  
1500  
1500  
ceſſe eſt ergo, ut hæc ſcandala ueniant, que operentur 1500  
1500  
1500  
nobis pugnā & uictoriam, u. tamen mundo à ſcan= 1500  
1500  
1500  
daliſ. Si autem in peccatiſ aliorum tanta nobis bona  
procurat deus, quāto magis in noſtro incommodo no= 1500  
1500  
1500  
biſ bonū operatur uſ toto corde credi debet, & ſi ſen= 1500  
1500  
1500  
ſuſ, & caro aliud iudicat.

Non minus boni nobis mūdus cōſert ex altero ma= Chymera  
lorum ſuorū latere, quod eſt aduersitas. Nam quos  
illecebris non potest deuorare, & ſcandalis ſibi incor= 1500  
1500  
1500  
porare paſſiōbiſ conatur à ſe expellere, & malis po= 1500  
1500  
1500  
narum exturbare, ſemper aut insidias per peccatoriū  
exemplum, aut furias per poenarum tormentum in= 1500  
1500  
1500  
tentans. Hæc eſt enim Chymera monſtrum, cuius ca/ 1500  
1500  
1500  
put uirgincum & blandum, uenter leoninus & trucu mundus.  
lentus, cauda ſerpentina & mortifera, quia finis mū= 1500  
1500  
1500  
di tam uoluptatis, quam tyrannidis, uenenu & mors  
ſempiterna. Sicut ergo in peccatiſ mūdi fecit nos de= 1500  
1500  
1500  
us bona

## CONSOLATIO PRO LABO

us bona nostra inuenire, ita, ut & persecutio[n]es eius  
non sint frustra & otiose: ordinantur nobis ad incre-  
mentum bonorum nostrorum, ut hoc ipso quo nobis  
no[n]cent, cogantur prodesse, sicut beatus Augustinus  
Herodes o[ste]r de paruulis ab Herode necatis, dicit: Nunquam po-  
dio profuit. tuisset tantum profuisse obsequio, quantum profuit  
Beata Aga[th]a gloriab[us]da ad carcerem tan-  
quam ad epulas iuit, causans in hunc modū: Nisi cor  
pus meum feceris à carnificibus tuis bene contrectari,  
non potest anima mea cum palma ad paradisum in-  
troire. Sicut granum si non exuta fuerit theca eius,  
& in area fortiter percutiatur, non reponitur in hor-  
reum. Sed quid hic modica loquimur? cum in hanc rem  
tota scriptura, omnium patrum scripta & dicta, o-  
mnium sanctorum facta & gesta uideamus consonan-  
re. Esse eos utilissimos credentibus, qui sunt eis nocē-  
tissimi, modo recte ferantur. ut Petrus. i. Pe. 3. Et quis  
est qui uobis nocet, si boni emulatores fueritis? Psal-  
mo. 88. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius ini-  
quitatis non apponet no[n]are ei. Quomodo non no-  
cet, cum sepius etiam occidat? quia scilicet nocendo  
maxime prodest. Ita uidemus undique nos in medijs  
bonis habitare, si prudentes sumus, simul tamen in  
medijs malis, adeo omnia sunt mire temperata diui-  
næ bonitatis magisterio.

Nocētissimi  
credētibus u-  
tilissimi.

Caput

## CAPVT SEXTVM DE SPECTRO

sexto, quod est dextrum, seu ad dextram.

**H**AEC est ecclesia sanctorū noua creatura dei  
fratres & amici nostri, in qbus nihil nisi bonū  
uidemus, non nisi cōsolationem, non semper quidem  
oculis carneis, nam sic in contrario spectro sunt ma-  
lorum, sed oculis spiritualibus. Quanquam & illa  
eorum bona quæ uidentur, non rejcienda sunt, quin  
in his nos consolari à deo intelligamus. Nam & Psal-  
mo. 72. non fuit ausus damnare omnes qui in seculo  
obtinerent diuitias, dicens: Si dicebam sic, eae natio-  
nem filiorum tuorum reprobaui, id est, si uolui di-  
uire esse omnes malos qui diuites, sani, honoratiq;  
essent, iam etiam sanctos tuos damnarem, quorum  
multi in his sunt. Sed & Apostolus Timotheum do-  
cet, ut præcipiat diuitiis huius seculi non super-  
be sapere, diuites eis non prohibens. Et Abraham,  
Isaac et Iacob diuites scriptura refert fuisse. Atq; Da-  
niel cum socijs suis honorati etiā in Babylone fuerūt;  
præterea multi reges Iuda sancti fuerunt. Hos itaque  
intuitus Psalmus dicit: Si dicebam sic, nationem filio-  
rum tuorum reprobaui. Dat, inquam, deus etiam suis  
horum honorum copiam ad solatium eorum & alio-  
rum. Verum non hæc eorum propria, immo hæc um-  
bra & signa sunt uerorum honorum, quæ sunt fides,  
spes, charitas, aliæq; gratia & dona quæ omnia com-  
munia fiūt per charitatē. Hæc est cōmunitio sanctorū, sanctorum,  
in qua

Multi etiam  
sæcti diuites.

Communio  
sanctorum,

## CONSOLATIO PRO LABO

in qua gloriamur. Et quis hic non superbiat, etiam in magnis malis, qui credat, id quod res est? Eſſe ſalicit omniū ſanctorū bona ſua bona, ſuū malum eſſe illorū quoq;. Hoc enim ſpectrum dulcissimum & iucundiffimum eſt, quod A poſtolus ad Gala. hoc uerbo pingit: Alter alterius onera portate, & ſic implebitis le gem Christi. Nōnne bonum eſt hic nos eſſe, ubi ſi unum membrum (ut i. Corin. 6. dicit) patitur, compatiuntur & omnia membra, ſi unum glorificatur, congaudent omnia membra? Itaq; dum ego patior, patior iam non ſolus, patitur mecum Christus, & omnes Christiani, ſicut dicit: Qui tāgit uos, tangit pupillam oculi mei. Ita onus meum portant alij, illorū uirtus mea eſt. Fi des Eccleſia meae trepidationi ſuccurrat, caſtitas aliorum meae libidinis temptationem ſuffert, aliorum ieui nia mea lucre ſūt, alterius oratio pro me ſolidata eſt, & breuiter ita inuicem ſolicita ſunt membra, ut ho nestiora etiam inhoneſta tegant, ſeruent, honorent. Sicut i. Co. 6. pulchre deſcribit. Atq; ita uere gloria ri poſſum in aliorum bonis tanquam meis proprijs. Atq; tunc uere & mea ſunt, ſi gratulor & cōgaudeo eis. Sum ergo turpis et foedus, at illi quos amo, quibus applaudo formosi decoriq; ſunt. Quo amore mihi nō ſolum eorū bona, ſed eos ipſos fādo meos, quare ſub horum gloria facile mea honorabitur ignominia, eorum abundantia mea implebitur inopia, eorum merita meis medebuntur peccatis. Quis ergo queat deſperare in peccatis? quis non gaudeat in pœnis, qui ſua peccata

peccata & pœnas iam neq; portat , aut si portat , non solus portat , adiutus tot sanctis filijs dei , ipso de niq; Christo? Tanta res est communio sanctorum et Ecclesia Christi . Quod si quis hæc non fieri , aut geri credit , hic infidelis est , Christum , et Ecclesiam negavit . Nā & si non sentiatur , uere tamè agitur , immo quis non sentiat ? Nam quod non desperas , quod non impatiēs efficeris , quis in causa est ? Tua uirtus ? nequaquam , sed cōmunione sanctorum . Alioquin nec ueniale peccatum ferres , nec uerbum hominis cōtra te sustine res , adeo prope est Christus et Ecclesia . Hoc est quod dicimus : Credo in spiritum sanctum , sanctam Ecclesiam catholicā . Quid est credere Ecclesiam sanctam , quam sanctorum communionem ? Quo communicat autem sancti ? nempe bonis & malis omnia sunt omnium , sicut figurat sacramentum altaris in pane et uino , ubi unum corpus , unus panis , unus potus ab Apostolo diāmur . Quis enim offendit particulam corporis , in quo non totum corpus offendat ? Quid patitur extremus pedis folliculus , quod non patiatur totum corpus ? quod beneficium confertur in pedibus in quo nō gaudeat corpus totum ? At nos unum corpus sumus . Quicquid alius patitur , ego patior et fero , quicquid beneficet ei , mihi fit . Ita christus dicit , sibi factum quod suis minimis factum fuerit . Quis panem altaris quantumlibet particula accipiens , non dicitur panem accepisse ? Quis particulam eius contemnens , non panem contempisse dicitur .

## CONSOLATIO PRO LABO/

Quare si dolemus, si patimur, si morimur, hoc feratur intuitus & fortiter credamus, ac certi simus quod non nos, aut non soli, sed Christus & Ecclesia nobiscum dolet, patitur, moritur. Adeo scilicet nobis Christus noluit mortis uiam esse solitariam quam omnis homo horret, sed comite tota Ecclesia, uiam passionis & mortis ingredimur, & fortius Ecclesia tolerat, quam nos ipsi, ut uere possimus illud Heliſæi 4. Regum. 6. nobis aptare, quod ad seruum suum timidū dicit: Noli timere, plures nobiscum sunt, quam cum illis. Cumq[ue] orasset Heliſæus, ait: Domine aperi oculos pueri huius, ut uideat, et aperuit dominus oculos pueri, & uidit: Et ecce mons plenus equorum et currū igneorū in circuitu Heliſæi. Hoc solū et nobis restat, ut oremus quo nobis aperiantur oculi, et uideamus Ecclesiam in circuitu nostro, fidei inquit oculi, tunc nimihile est quod timebimus. Sicut et psalmus. 124. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usq[ue] in seculum. Amen.

## CAPVT SEPTIMVM DE SPE/ etro septimo, q[uod] d[icitur] est bonū supernū, sc̄i super nos.

**N**I H I L de æternis et cœlestibus bonis loquor quibus beati fruuntur in uisione clara dei, aut saltem de eis in fide loquor, et qua ratione nobis possunt esse cōprehēsibilia, ita hoc septimū spectrū est Iesus Christus rex glorie resurgens ex mortuis, sicut idem fuit septimū spectrū malorū paſsus, moriens et sepultus. Hic

RANTIBVS IN HAC VITA. 210

tus. Hic uedere licet summū cordis nostri gaudium et Cordis no  
stabilita bona, nihil hic prouersus malorū, quia Christus stri summū  
resurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi ultra gaudium.  
nō dominabitur. Hic est caminus charitatis & ignis  
dei in Sion, ut Esai dicit: Christus enim natus est nos  
bis, nō solū autē sed & datus est nobis. Quare resur  
rectio eius mea est, & oīa quæ per resurrectionē suā  
operatus est. Et (ut Apostolus Ro. 8. exuberantissime  
gloriatur) quomodo non omnia donauit nobis cum il  
lo? Quid autem operatus est resurgendo: nempe pec  
atum destruxit, iustitiam suscitauit, mortē absump̄it,  
& uitam reddit̄it, infernum uicit, & gloriam sem  
piternam contulit. Hęc sunt inæstimabilia ita ut mēs  
hominis uix audeat ea credere sibi donata esse, uelut  
Iacob Gene. 41. Cum audiret filium suum Ioseph re  
gnare in Aegypto, quasi de graui somno euigilans,  
nō credebat eis donec illis repetentibus oīa, plausta  
quoque ostenderent missa à Ioseph, Ita uere difficile  
est credere tanta bona nobis indignis in Christo col  
lata, nisi multis uerbis, ac ut multis apparitionibus  
se discipulis manifestauit, Ita nobis tandem uelut  
plaustris, usu & experientia doceat ita credere. Plau  
strum sanè est suauiſſimum, quod factus est nobis ius  
titia, sanctificatio, redemptio, sapientia à deo. ut. t.  
Cor. i. Apostolus dicit: Ego enim peccator sum, sed ue  
hor in eius iustitia quæ mihi data est, immundus sum,  
sed sanctificatio mea est sua sanctitas in qua suauit  
uehor, stultus ego sum, sed sapientia eius uebit me,

D 2 damnabilis

## CONSOLATIO PRO LABO

damnabilis sum , sed libertas eius redemptio mea est  
plaustrum securissimum. Ita ut Christianus , modo id  
credat de meritis Christi & omnibus eius bonis , non  
aliter queat gloriari , quam si ipse met ea fecisset , adeo  
sunt eius propria , ita ut iam securus etiam dei iudici  
um expectare audeat , quod tamen insustentabile est .  
Tanta res est fides , tanta nobis bona parit , tam glo  
riosos dei filios constituit . Neque enim filij esse possu  
mus , nisi paterna bona hereditemus . Dicat ergo Chri  
stianus cum fiducia : Vbi est mors uictoria tua ? ubi est  
mors stimulus tuus , id est , peccatum ? Stimulus enim mor  
tis peccatum est , uirtus autem peccati lex , deo autem gra  
tia , qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum do  
minum nostrum . Hoc est , lex facit nos peccatores , pec  
catum facit nos reos mortis . Quis haec duo uicit ? Nostra  
iustitia , nostra uita non , sed Iesus Christus a morte re  
surgens , peccatum & mortem damnans , suam iustiti  
am nobis impartiens , sua merita nobis donans , suam  
manum super nos ponens , & bene habemus et legem  
implemus , & peccatum , mortemque superamus . De  
quo sit honor , laus , & gratiarum actio deo in secula  
seculorum . Amen .

Hoc ergo spectaculum supremum in quo iam non  
modo supra mala nostra , sed etiam supra bona nostra  
eleuatis sumus , & sedemus iam in nobis alienis , alieno  
labore partis , qui prius iacuimus in malis , alieno pec  
cato conquisitis & nostro auctis . Sedemus , inquam in  
iustitia Christi , qua ipse iustus est , quia huic nos ad  
heremus ,

RANTIBVS IN HAC VITĀ. 211  
hæremus, per quam ipse deo placet, & pro nobis me-  
diator interpellat, et totum se nostrum facit optimus  
sacerdos & patronus. Quod ergo impossibile est,  
ut Christus in sua iustitia non placeat, tam impossibi-  
le est, ut nos fide nostra qua illius iustitiae imhæremus,  
nō placeamus. Quibus sit, ut Christianus sit omnipo-  
tens, omnium dominus, omnia habens, omnia faciens,  
prorsus sine ullo peccato. Quod si etiam in peccatis  
sit, tamen necesse est ut non noceant, sed donentur  
propter insuperabilem & omnia peccata exhauien-  
tem iustitiam Christi, in qua fides nostra nititur, forti-  
ter credens talem nobis esse Christum, qualem dixi-  
mus. Nam qui id non credit, surdus fabulam audit,  
nec Christum agnoscat, nec ad quid prospicit, nec quis-  
cias usus sit, intelligit.

Quare uel hoc unum spectrum, si nulla sint alia,  
tanta nos potest consolatione imbuere, si bene & cor-  
de intento spectetur, ut non modo malis nostris non  
doleamus: sed etiam gloriemur in tribulationibus p̄  
gaudio, quod in Christo habemus, uix ea sentientes.  
Quia gloria nos eruditat ipse Christus dominus, ac de-  
us noster in secula benedictus. Amen.

Christianus  
omnium do-  
minus.

LIBELLI CONSOLATORII PRO  
tribulationibus in hac uita.

Finis.

LEONI DECIMO PONTIFI

ci Romano, Martinus Lutherus salutē in

Christo Iesu domino nostro.

Amen.



NT E R monstra huius seculi,  
cum quibus mihi iam in tertium  
annum res et bellum est, cogor  
aliquando & ad te suspicere, tui  
& recordari, Leo pater beatissi  
me, immo cū tu solus mihi belli  
causa passim habearis, nō possū  
unquā tui nō meminiſſe. Et quāquā impijs adulatorijs  
bus tuis in me sine causa ſæuietibus, coactus fuerim à  
ſede tua ad futurum prouocare Cōcilium, nihil uerij  
tus pīj & Iulij tuorum prædeceſſorum uaniſſimas cō  
ſtitutiones, id ipsum ſulta tyrannide prohibentium,  
non tamen unquā interim animum meum à tua beati  
tudine ſic alienauī, ut non totis uiribus optima que  
q; tibi ſediq; tuę optarim, eademq; ſedulis, atq; quan  
tum in me fuit, gemebundis precibus apud deū que  
ſterim. Atqui eos qui me authoritatis & nominis tui  
maieſtate hacenſus terrere conati ſunt, penè contene  
re ac triumphare coepi. Vnum ſuperereſſe video, quod  
cōtemnere non poſſum, que cauſa fuit, ut denuo ſcri  
Harū literaſ berem ad T.B. Hæc eſt, quod accuſari me & magno  
rum ad Leo, uerti mihi uitio intelligo meam temeritatem, qua nec  
nem cauſa. tuę perſone pepercisse iudicor.

Ego uero, ut rem aperie confitear, conscius mihi sum, ubicunque tue personae meminisse oportuit, non nisi magnifica & optima de te dixisse: Si uero à me secus factum eſſet, ipſem et nullis modis probare possem, & illorum de me iudicium omni calculo iuuare, nihilq; libentius quam palinodiam huius temeritatis & impietatis mee cancerem. Appellaui te Daniēlem in Babylone, & innocentiam tuam insignem aduersus contaminatorem tuum Syluestrum, quam egregio studio tutatus sim, quiuis lector intelligit abunde, sicut, celebratio et augustinor est in omni terrarum orbe, tot tantorum uirorum literis cantata opinio & uite tue inculpatæ fama, quam ut à quoquis, uel maximi nominis, possit quauis arte impeti. Non sum tam fulvis, ut eum incessam, quem nullus non laudat, quin & mei studij fuit eritq; semp, nec eos incessere quos publica fama foedat, nullius enim delector criminе, qui & ipſe mihi satis cōſcius sum magnæ trabis meæ in orulo meo, nec primus esse queam, qui in adulterā lapidem mittat.

Cōmuniter quidem in impiis doctrinas inuectus sum acriter, et aduersarios, non ob malos mores, sed ob impietatem, non segniter momordi, cuius me adeo non pœnitet, ut animum induxerim, contemptu hominum iudicio, in ea uehementia zeli perseuerare, Christi exemplo, qui genimina uisperarum, cæcos hypocritas, filios diaboli, suos aduersarios proze lo suo appellat. Et Pau. filium diaboli, plenū omni dolo

## EPISTOLA AD LEONEM

Paulus & malitia Magum criminatur, canes, subdolos cau-  
pphetæ mor ponatores quodā traducit. Vbi si des molliculos istos  
daces molli= auditores, nihil erit Paulo mordacius & immodestis  
calis sunt. *ur.* Quid mordacius Prophetis nostri sanè seculi mo-  
res ita delicatos reddidit adulatorum uesa multitu-  
do, ut quam primū nostra non sentiamus probari, mor-  
deri nos clamemus, & cum ueritatem alio titulo repel-  
lere ne queamus, mordacitatis, impatientie, immode-  
stie prætextu fugimus. Quid proderit sal, si non mor-  
deat? Quid os gladij, si nō cedat? maledictus uir, qui  
faicit opus domini fraudulenter. Quare optime Leo,  
bis me literis rogo expurgatum admittas, tibiq; persua-  
deas, me nihil unquam de persona tua mali cogitasse,  
deinde me tales esse, qui tibi optima uelim conting-  
re in eternū, neq; mibi cum ullo homine de moribus,  
sed de solo uerbo ueritatis esse contentionem. In o-  
mnibus alijs cedam cuiuis uerbum deserere & nega-  
re nec possum nec uolo. Qui aliud de me sentit, aut  
aliter mea hausit, non recte sentit, nec uera hausit.

*Curia Ro/  
mana.*

Sedem autem tuam (que curia Romana dicitur,  
quam neq; tu, neq; ullus hominum potest negare, cor-  
ruptiore esse quamvis Babylone & Zodoma, & quan-  
tum ego capio, prorsus deplorare, desperare, atq; co-  
clamatæ impietatis) sanè detestatus sum, indigneq; tu-  
li, sub tuo nomine, & prætextu Romanæ Ecclesiæ, lu-  
di Christi populum, atque ita restiti, resistamq; dum  
spiritus fidei in me uixerit: nō quod ad impossibilia né-  
tar, & sperem mea solius opera, tot repugnantibus fa-  
rjs adulat

rij adulatorum, quicquam promoueri in ista Babylone confusissima: Sed quod debitorem me agnoscā fratrum meorum, quibus consuli à me oportet, ut uel pauperes, uel mitius à Romanis pestibus perdantur. Ne! Quid ex Rome enim aliud ē Roma iam à multis annis in orbem mundat (quod non ignoras ipse) quam uastitas rerū, inundet. corporum, animarum, & omnium pessimarum rerum pesima exēpla. Luce enim hēc omnibus clariora sūt, & facta est Romana Ecclesia, quondam omniū sanctissima, spelunca latronum licentiosissima, lupanar clesia. omnium impudentissimum, regnum peccati, mortis & inferni, ut ad maliciam, quod accedit, iam cogitare nō possit ne Antichristus quidem si uenerit.

Interim tu Leo, sicut agnus in medio laporum sedes, sicut Daniēl in medio leonum, & cum Ezechiel inter scorpiōes habitas. Quid his mōstris unus opponas? adde tibi eruditissimos et optimos Cardinales tres aut quatuor. Quid hi inter tātos? ante ueneno omnibus pereūdum uobis, q̄ de remedio statuere præsumeretis. Actum est de Romana curia, peruenit in eam ira dei usq; in finem: Cōalia odit, reformari mesuit, furorē impietatis suae mitigare nequit, & implet matris suae elogium, de qua dicitur: Curauius Babylonē, et nō est sanata, derelinquamus eā. Officij quidē tui, Cardinaliumq; tuorum, fuerat, bis malis mederi, sed ridet medicam ista podagra manum, & nec carrus, nec audit habenas. Hac affectiōe tactus dolui semper optime Leo, his seculis te pontificem factum, qui

D 5 melioribus

## EPISTOLA AD LEONEM

melioribus dignus eras. Nō enī Romanacuria mere  
tur te tuiq; similes, sed satanā ipsum, quiet uere plus  
quā tu in Bābylone ista regnat. O utinā deposita ista  
quām tibi gloriam esse iactant hostes tui perditissimi,  
priuato potius sacerdotiolo aut hēreditate paterna uis  
clitares, hac gloria gloriari non sunt digni, nisi Schā,  
riotides, filij perditionis.

Satanas non  
Papa Rome  
regnat.  
Ad oīa flagi  
tia Pōficiā  
nomine utun  
tur scelerati.  
Quid enim facis in aria,  
mi Leo, nisi, ut quo quisq; est scelerator & excrator,  
eo felicius utatur tuo nomine & authoritate, ad  
perdendas hominū pecunias & animas, ad multiplicanda  
sclerata, ad opprimendā fidem & ueritatē cū  
tota Ecclesia dei? O reuera infelicissime Leo, & per  
riculosissimo sedens solio, ueritatē enim tibi dico, qā  
bona tibi uolo. Si enim Bernhardus suo Eugenio co-  
patitur, cū adhuc meliore spe Romana sedes, licet tū  
quoq; corruptissima, imperaret. Quid nos nō quera-  
mur, qbus intrecētis annis tantū accessit corruptio-  
nis & perditionis? Nōnne uerum est, sub uasto isto  
cēlo, nihil esse Romana curia corruptius, pestilen-  
tius, odiosius; incomparabiliter enim turcarum uim  
at impietatem. Ut reuera, quæ oīm erat ianua cœli,  
nunc sit patēs quoddam os inferni, & tale os, quod,  
urgente ira dei, obstrui non potest. Vno tātum relicto  
misericō consilio, si queamus aliquot à Romano (ut di-  
xi) isto hiatu reuocare & seruare. Ecce mi Leo pa-  
ter, quo consilio, qua ratione, in sedem istam pe-  
stilentie debacchatus sim, tantum enim abest ut in  
tuam

tuam personam scuirem, ut sperarem etiam gratiam  
initurum me, & pro tua salute staturum, si cararem  
istum tuum, immo infernum tuum, & renue & acriter  
pulsarem. Tibienim tua q̄ saluti profuerit & tecum  
multis alijs, quicquid in impia huius seculi curie con-  
fusionem moliri potest omnium ingeniorum impetus.  
Tuum officia faciunt, qui huic male faciūt, Christū  
glorificant qui eam omnibus modis execrantur, breui-  
ter, Christiani sunt, qui Romani non sunt.

Sed ut amplius loquar, nec hoc ipsum unquam su-  
per cor meū ascendit, ut in Romanā Curiam inuches-  
rer, aut quicquā de ea disputarem. Videns enim de spe-  
rata omnia salutis remedīa, cōtempsi, et dato repudiij  
libello, dixi ad eam: Qui sordet, sordescat adhuc, &  
qui immundus est, immundus sit adhuc, tradēs me pla-  
adīs & quietis sacrarum literarū studijs, quibus pro-  
deſsem fratribus arcum me agētibus. Hic cum nonni-  
matu Ro. Ecclesiae, mihi obiter elapso. Hic Thrasoil  
le gloriōsus, spumans & frendens iactabat: Pro glo-  
ria dei, pro honore sancte sedis Apostolice omnia  
se ausurum, & de tua inflatus abutenda sibi potesta-  
te nihil certius expectabat quā in uictoriam, non tam  
primatū Petri, quam suum principatum inter Theolo-  
gos huius seculi, quārens, ad quē nō paruum momentū  
habere

## EPISTOLA AD LEONEM

habere duabat, si Lutherū duæret in triūpho. Quod ubi Sophistæ infeliâter cessit, incredibilis furia hominem exagitat, sentit enim sua culpa solius factū esse, quicquid Romanæ infamiae per me natum est.

Atq; sine me quæso optime Leo, hic & meam ali quando causam agere, uerosq; tuos hostes accusare.

Notum esse arbitror tibi, quid meum egerit Cardi-

Caietanus nalis sancti Sixti, Legatus tuus, imprudens et infelix, Cardinalis. imò infidelis. In cuius manu, ob tui nominis reueren-

tiam cum me & omnia mea posuisse, non hoc egit, ut pacem statueret, quam uno uerbulo potuisset facile statuere, cum ego tum promitterem silentium & fine causæ meæ facturum, si aduersarijs idem mādaretur.

At homo glorie, non contentus eo pacto, coepit aduersarios iustificare, licetiam aperire, & mihi palinodia mandare, id quod in mandatis prorsus non habuit, hic sancè, ubi causa in optimo loco erat, illius importuna tyrānide uenit in multo peiorem, unde quicquid post hæc seatum est non Lutheri, sed Caietani tota culpa est, qui ut silerem & quiescerem non est passus, quod tum summis uiribus poscebam, quid enim facere amplius debui?

Carolus Mi-  
litius.

Seatus est Carolus Militius, & ipse B. T. nunat-  
us, qui multo & uario negotio cursans & reuersans,  
nihilq; omittens quod ad reparandum cause statum,  
quem Caietanus temere & superbe turbauerat, perti-  
neret, uix tandem etiam auxilio illustrissimi principis  
Friderici electoris, effecit, ut semel & iterum familia  
riter tecum,

riter mecum loqueretur, ubi denuo tuo nomini cessi,  
 paratus silere, acceptans etiam Iudicem uel Archiepi Iudices Lu-  
 scopum Treueren. uel Episcopum Numburgen. atque therianæ cau-  
 ita factum et impeiratum. Dum haec spe bona agun se electi.  
 tur, Ecce alter & maior hostis tuus irruit Eccius, cu di-  
 sputatione Lipsica, quam instituerat contra D. Carl-  
 stadium, & noua accepta de primatu Papæ questio-  
 ne, in me uertit insperatum arma, & penitus hoc con-  
 cilium pacis dissipat. Expectat interim Carolus Mili-  
 tius, disputatur, iudices eliguntur, nec hic aliquid des-  
 cernitur, nec mirum, quando Eccij mendacijs, simula-  
 tioibus, technis, omnia ubiq; erant turbatissima, exulce-  
 ratissima, confusissima, ut quocunq; inclinasset senten-  
 tia, maius esset exortorum incendium, gloriam enim  
 non ueritatem quærebat, nihil etiam hic omisi, quod  
 à me fieri oporteret.

Et fateor, hac occasione, non parum uenisse ad lu-  
 cem Romanarum corruptelarum, sed in qua si quid pec-  
 catū est, Eccij culpa est, q onus supra uires suscipiēs,  
 dum gloriā suam furiose captat, ignominiam Roma-  
 nam in totum orbem reuelat. Hic est ille hostis tuus, mi Ecaus adu-  
 Leo, seu potius curie tue: huius unius exemplo disce lator plus ro-  
 re possumus, non esse hostem adulatore nocentiorem, manu curie  
 Quid enim sua adulazione promouit, nisi malū, quod noait, quām  
 nullus regum promouere potuisset? fœtet enim hodie potētissim is  
 nomen Romanæ curiæ in orbe, & languet papalis au hostis potuissi-  
 thoritas, famosa inficta male audit, quorum nullū au set facere,  
 diremus, si Ecaus, Caroli et meum de pace consilium  
 non

## EPISTOLA AD LEONEM

non turbasset, id quod non obscure & ipse sentit, sero & frustra indignatus in libellorum meorum actionem, hoc debebat tum cogitare cum totus in gloria, sicut biniens emissarius, insaniret, neq; alia, quam sua in te, tuo tamen maximo periculo, quereret. Spe-rabat homo uanissimus me formidine nominis tui & surū & taciturnū (nam de ingenio et eruditione nō credo qd' præsumperit) Nunc cum nimio me confidere & sonare uideat, sera pœnitentia temeritatis suæ, intelligit eße in cœlo, qui superbis resistat, & præsumentes humiliet, si tamen intelligit.

Nihil itaq; hac disputatione promouentibus nobis, nisi maiorem cōfusionem Romanae causæ, iam tertio Carolus Militius patres ordinis capitulo congregatos adit, consiliū petit componēdæ causæ, quæ iam distractissima & periculosissima esset. Mittuntur bine ad me, cū uiribus in me (deo propitio) nō sit spes grāndi, aliquot celebriores ex illis, qui petūt, ut saltem tuæ beatitudinis personam honorem, & literis humilitatis excusem innocentiam & tuam & meam, esse adhuc rem non in extremo desperationis loco, si Leo deamus pro sua innata bonitate manum admoueret. Hic ego, qui semper pacem & obtuli & optauī, ut placidioribus et utilioribus studijs inseruirem, cum & in hoc ipsum tanto spiritu sim tumultuatus, ut eos, quos mihi logissime impares esse uidebam, magnitudine, & impetu, tam uerborū, quam animi compescerem, non modo libens cessi, sed & cum gaudio & gratiis,

ROMANVM EPISCOPVM. 216  
et gratitudine acceptaui, ut gratissimum beneficium,  
si dignum fuerit spei nostræ satisfacere.

Ita uenio beatissime pater, et adhuc prostratus ro-  
go, si fieri potest, manū apponas, et adulatoribus istis  
pacis hostiis dum pacem simulant, frenum iniicias. Reuocare nū  
Porro palinodiam ut canam beatissime pater non est  
quod ullus præsumat, nisi malit adhuc maiore turbis  
ne causam inuoluere. Deinde leges interpretādi ueri-  
bi dei non patior, cum oporteat uerbum dei esse non al-  
ligatum, quod libertatem doceat omnium aliorum. His  
duobus saluis, nihil est quod nō facere et pati possim,  
ac libentissime uelim. Contentiones odi, neminem pro-  
uocabo, sed prouocari rursus nolo, prouocatus autē,  
Christo magistro, elinguis non ero. Poterit enim T.B.  
breui & facili uerbo, contentionibus istis ad se uoca-  
tis & extinctis, silentium & pacem utring mandare,  
id quod semper audire desiderau.

Proinde mi Leo pater, caue Syrenas istos audias, Monet Papā  
qui te nō purum hominem, sed mixtum deum faciunt, ne adulato-  
ut quæuis mandare & exigere possis. Non siet ita, res audiat,  
nec præualebis. Seruus seruorum es, & præ omni-  
bus hominibus miserrimo et periculosisimo loco. Nō  
te fallant, qui te dominum mundi fingunt, qui sine  
tua authoritate nullum Christianum esse sinunt, qui  
te in cœlū, in fernum, purgatorium posse aliquid gar-  
riunt. Hostes hi tui sunt & animam tuam ad perden-  
dum querunt, sicut Esaias dicit: Popule meus quite  
beatiū predicator, ipsi te deapiunt. Errat qui te supra  
Concilium

## EPISTOLA AD LEONEM

Concilium & uniuersalem Ecclesiam eleuant. Errant  
qui tibi soli scripture interpretande iustribuunt: suas  
enim hi oes impictates sub tuo nomine statuere in Ec-  
clesia querunt, & proh dolor, multum per eos satan  
profecit in tuis prædecessoribus. Summa, nullis cre-  
de, qui te exaltant, sed ijs qui te humiliant: Hoc enim  
est iudicium dei. Depositus potentes de sede, & exalta-  
uit humiles. Vide quam dissar sit Christus suis succe-  
soribus, cu tamen omnes uelint eius esse uicarij. Et me-  
tuo ne reuera plurimi eorum sint & nimium serio ui-

**Vicarius qui carij eius.** Vicarius enim, absentis primapis est: Quod  
si pontifex, absente Christo & no inhabitante in or-  
de eius, præsit, qd aliud quam uicarius Christi est? At  
quid tu illa Ecclesia, nisi multitudo sine Christo este?  
Quid uero talis uicarius, nisi Antichristus & Idoli  
est? Quanto rectius Apostoli, qui se seruos Christi ap-  
pellant præsentis, non uicarios absentis?

Impudens forte sum, tantum uerticem uisus doce-  
re, à quo doæri omnes oportet, & sicut iactant pesti-  
lentie tue, à quo iudicantium throni accipiunt senten-  
tiam, sed emulor sanctum Bernhardum in libello de  
Consideratione ad Eugenium, omni pontifici memoris  
ter nosændo. Neque enim docendi studio, sed pure fu-  
delisq; solitatudinis officio hoc facio, que cogit nos ei-  
tiā omnia tua uereri proximis nostris, nec patitur ra-  
tionem dignitatis aut indignitatis haberis, solis peris-  
culis et cōmodis alienis intenta. Cu enim sciam T.B.  
uersari & fluctuari Rome, id est, summo mari in fin-  
nitis

nitis periculis undiq; urgente, & ea te misericordiae condicione laborantem, ut etiam cuiusq; minimi fratri miseria ope indigeas, non uideor mihi absurdus, si inter rim maiestatis tuae obliuiscar, dum officium charitatis impluerem, nolo adulari in re tam seria & periculosa, in qua si amicus esse & plusquam subiectissimus tibi, non intelligat & iudicet.

In fine, ne vacuuus aduenierim B. T. mecum afferro tractatulum huc sub tuo nomine editum, uelut auspicio pacis componendae & bona spei, in quo gustare possis, quibus nam studijs ego malim et possim fructuosius occupari, si per impios adulatores tuos licet, & hactenus licuisse; parua res est, si corpus speces, sed summa (nisi fallor) uitae Christianae compendio congesta, si sententiam captes. Neque habeo pauper aliud quo gratificer, nec tu alio eges quam spirituali dono augeri. Quo et meipsum paternitatem & beatitudini tuae commendo. Quam dominus Iesus seruet in perpetuum  
Amen.

VVITTEMBERGAE SEXTA  
Septembbris Anno. M. D. XX.

E Tracta

# TRACTA<sup>o</sup>

## TVS DE LIBERTATE CHRI stiana.



A C I L I S res multis est uisa,  
Christianæ fides, quam & non  
pauci inter uirtutes seu socias  
numerat, quod faciunt, quia nul-  
lo experimento eam probauer-  
runt, nec quante sit uirtutis un-  
quiam gustauerūt, cum fieri no-

Fides tribula-  
tionibus di-  
fatur.  
possit, ut bene de ea scribat, aut recte scripta bene in-  
telligat, qui non spiritum eiusdem, urgentibus tribu-  
lationibus, aliquando gustarit. Qui autem uel paulus  
Iul gustauit, non potest unquam satis de eadem scri-  
bere, dicere, cogitare, audire, fons enim uiuus est sali-  
ens in uitâ eternâ, ut Christus Ioan. 4. appellat. Ego  
autem, quamquam de abundantia no gloriem, sciamq;  
quam sit mihi curta supplex, spero tamen nonnullâ  
guttam fidei, magnis et uarijs agitatum temptationibus  
me consecutum, possicq;, si non elegantius, ærte soli-  
dius de ea dicere, quam literales illi & subtile nimio  
disputatores hactenus disseruerunt, sua ipsorum non  
intelligentes. Quo autem facilitiore uitâ rudibus (nâ ijs  
solis seruio.) aperiā, duo hæc themata præmitto de li-  
bertate et seruitute spiritus.

Themata.  
— Christianus homo, omnium dominus est liberrimus,  
nulli subiectus,

Christia

Christianus homo, omnium seruus est officiosissimus, omnibus subiectus.

Hæc quanquam pugnare videantur, tamē ubi conuenire inuenta fuerint, pulchre facient ad institutum nostrum. Sunt enim ipsius Pauli utraq; dianatis. 1. Cor. 12. Cum liber essem, omnium me seruum feci, Ro. 13. Nemini quicquā debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Amor uero natura sua officiosus est & obsequens ei quod amat, sic et Christus, quanquā omnī domīnus, factus tamē ex muliere, factus est sub lege, simul liber & seruus, simul in forma dei, et in forma serui.

Altiore et crassiore petamus ista principio. Homo enim duplii constat natura, spirituali & corporali. Luxta spiritualem, quam dicunt animam, uocatur spiritualis, interior, nouus homo: Luxta corporalem, quam carnem dicunt, uocatur carnis, exterior, uetus homo, de quo Apostolus, 2. Cor. 4. Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Hæc diuersitas facit, ut in scripturis, pugnantia de eodem homine dicantur, cum & ipsi duo homines in eodem homine sibi pugnant, dum caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem. Gal. 5.

Primum autem, interiorum hominem apprehendimus, uisuri, qua nā ratione, iustus, liber, uereq; Christianus, hoc est, spiritualis, nouus, interior homo, fiat. **Libertas** Et constat, nullam prorsus rerum externarum, quocū Christiana que censeantur nomine, aliquid habere momenti ad quibus non

E 2 iustitiam consistat.

## DE LIBERTATE

iustitiam aut libertatem Christianam, sicut nec ad iniustitiam, aut seruitutem parandam, quod inductione facili persuadetur. Quid enī prodeſſe queat animæ, si corpus bene habeat, liberū & uiuax sit, edat, bibat, agatq; ut libuerit, cum ihs rebus floreat etiam impiissimi, omnium scelerum serui? Rursus, Quid obfuerit animæ, mala ualeſtudo, aut captiuitas, aut fames, aut ſitis, aut quoduis incomodum externum, cum ihs rebus uexentur etiam piſſimi, puraq; cōſcientia liberarimi? Neutra harum rerum pertingit ad animæ, ſive libertatem, ſive ſeruitutem. Ita nihil profuerit, si corpus ſacris uestibus, more ſacroruſ ornetur, aut locis ſacris uerſetur, aut officijs ſacris occupetur, aut oreſ, ieuinet, abſtineat certis cibis, et faciat opus, quodcunq; per corpus et in corpore fieri potest. Longe alia re opus erit ad iuſtitia & libertate animæ, cū ea quæ dicta ſunt, geri poſſint à quoq; impio, nec ihs ſtudijs alij q; hypocritæ euadit. Ediuero, nihil oberit animæ, ſi corpus uestiatur prophanis, uerſetur locis pphanis, edat, bibat cōmuniter, non oreſ uoce, omittatq; omnia, quæ per hypocritas ſuperius dicta fieri poterunt.

Et ut omnia reiſciamus, etiā ſpeculationes, meditationes, & quicquid per animæ ſtudia geri potest, Verbuſ dei aꝝ nihil prodeſt. Vna re, eaq; ſola, opus eſt ad uitam, nimæ neceſſa iuſtitiam, et libertatem Christianam. Ea eſt, ſacroſanctum. Etum uerbum dei, Euangeliuſ Christi, ſicut dicit Ioan. u. Ego ſum resurrecțio & uita, qui credit in me, non morietur in eternum. Item, 8. Si filius uos liberauerit,

uerit, uerū liberi eritis. Et Mathæi. 4. Non in solo pa-  
ne uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit ab  
ore dei. Certum ergo habeamus ac firmiter posatum:  
Animam posse omnibus rebus carere, excepto uerbo  
dei, sine quo nullis prorsus rebus est illi consultum.  
Habens autem uerbum, diues est, nullius e gens, cum  
sit uerbum uitæ, ueritatis, lucis, pacis, iustitiae, salu-  
tis, gaudij, libertatis, sapientiae, uirtutis, gratiae, glo-  
rie, & omnis boni inæstimabiliter. Hoc est, quod David in o-  
clonario.  
Propheta oclonario tow, & multis alijs locis tot ges-  
mitibus & uocibus suspirat & inuocat uerbum dei.  
Sæuissima  
dei plaga.  
Rursus, nec sœuior plaga iræ dei, dum mittit famem  
auditus uerbi sui, ut in Amos dicit, sicut nec maior est  
gratia, quam si emittat uerbū suum, ut psalmo. 104.  
Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de  
internitionibus eorum. Neq; Christus ad aliud officium  
missus est, quam uerbi. Et Apostolicus, Episcopalis,  
uniuersusq; ordo clericorum, nō nisi in uerbi ministe-  
rium uocatus & institutus est.

Quæres autem: Quod nam est uerbū hoc, aut qua Verbum dei  
arte utēdum est eo, cum tam multa sint uerba dei? Re quod sit.  
spondeo: Apostolus Ro. 1. id explicat, scilicet Euange-  
lium dei de filio suo incarnato, passo, resuscitato, &  
glorificato per spiritum sanctificatorem. Prædicat-  
se enim Christum, hoc est, anima pauisse, iustificas-  
se, liberasse, & saluam fecisse, si crediderit prædicati-  
oni, fides enim sola est salutaris & efficax usus uerbi  
dei. Ro. 10. Si cōfitearis ore tuo, I E S U M esse domi-

## DE LIBERTATE

num, et corde tuo credideris, qd' deus illū suscita uit à mortuis, saluus eris. Et iterū. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et Ro. 1. Iustus ex fide sua uiuet. Neq; enim uerbum dei, operibus ullis, sed sola

Sola fides iu/  
stificat.

fide suscipi & coli potest. Ideo clarū est, ut solo uerbo anima opus habet ad uitam & iustitiam ita sola fide & nullis operibus iustificatur. Si enim alio quo piam iustificari posset, uerbo nō haberet opus, ac per hoc nec fide. Verum hæc fides subsistere prorsus non potest cum operibus, hoc est, si per opera ( quæcunq; sint ) simul iustificari præsumas, hoc enim esset in duas partes claudicare, Baal adorare, & manum osculari, quæ est iniquitas maxima, ut Iob ait: Ideo dum credere incipis, simul discis, omnia quæ in te sunt, esse prorsus culpabilia, peccata, damnanda. Iuxta illud Ro. 2. Omnes peccauerūt & e gent gloria dei. Et Ro. 3. Non est iustus, nō est, qui faciat bonum; omnes delinquerunt, simul inutiles facti sunt. Hoc enim cognitio, scies Christum necessarium tibi, qui pro te paßus et resuscitatus est, ut in eum credens, aliis homo hac fide fieres, donatis omnibus peccatis tuis, et iustificato te alienis meritis, nempe Christi solius.

Nullo exte-  
no opere iu-

Cum ergo hæc fides nō nisi in homine interiore regnare possit. Sicut dicit Ro. 10. Corde creditur ad iustificatur hominem iustitiam: & sola ipsa iustificet, manifestum est, hominem interiore prorsus nullo externo opere uel negotio posse iustificari, liberum & saluum fieri, & opera quæcunq; ad eum nihil pertinere: sicut eccl̄tra,

sola

sola impietate & incredulitate cordis, reus fit & seruus peccati damnandus, nullo externo peccato vel opere. Quare cuiuslibet Christiani, prima cura esse debet, ut posit a operum opinione, solam fidem magis ac magis roboret, & per eadem crescat, in cognitio ne, non operum, sed Christi I E S V, pro se passi & resuscitati, (ut i. Petrus ultimo docet) cum nullū ali ual opus faciat Christianum. Sic Christus Io. 6. cum Iudaei interrogarent, quid facerent, ut operarentur opera dei, operum multitudine, qua illos videbat tur gere, repulsa, unū eis præscribit, dicens: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille, hunc enim pater signauit deus.

Hinc recta in Christo fides, incōparabilis thesau Fides thesau rus est, secū habens uniuersam salutē, & seruans ab ius incompa omni malo, sicut Mar. ultimo dicit: Qui crediderit et rabilis. baptizatus fuerit, saluus erit: Qui nō crediderit, condemnabitur. Quē thesaurū Esaias intutus prædixit. 10. Verbum abbreviatū & consumans facit dominus super terram. Et consummato abbreuiato inundabit iustitiā, quasi dicat: Fides, quæ est breuis et cōsumma ta plenitudo legis, tanta iustitia credentes replebit, ut nulla alia re ad iustitiam opus habeant. Sic & Paulus Rom. 1. 10. dicit: Corde enim creditur ad iustitiam.

Queris autem, qua ratione fiat, ut sola fides iustifi cit, & sine operibus, tantorum bonorum thesaurū præbeat, cum tam multa opera, ceremonie, leges in scripturis nobis præscripta sint. Respondeo. Ante oīa,

## DE LIBERTATE

memor esto eius, quod dictum est, solā fidem, sine ope  
ribus, iustificare, liberare & saluare, id quod clarius  
infra faciemus. Interim signandum, uniuersam scri-  
pturā dei, in duo partiri: Præcepta & promissa. Præ-  
cepta docent quidē bona, sed non statim fiunt, quæ do-  
cta sunt: ostendunt enim, quid facere nos oporteat, sed  
uirtutem faciendi non donant, in hoc autem sunt or-  
dinata ut hominem sibi ipsi ostendant, per quæ suā im-  
potentiam ad bonum cognoscat, et de suis uiribus de-  
speret. Qua causa, & uetus testamentum uocatur &  
fiunt. Exempli causa: Non concupisces, præceptum  
est, quo nos oēs esse peccatores cōuincimur, cū nemo  
possit non concupiscere, quicquid contra molitus fue-  
rit, ut ergo, non concupiscat & præceptum impleat,  
cogitur de se de sperare, & alibi ac per alium quaere  
re auxilium, quod in se non inuenit, sicut Osee dicit:  
**Omnia præcepta Perditio tua Israel, tātum in me auxilium tuū.** Quod  
cepta nobis autem hoc uno præcepto agitur, idem omnibus agitur,  
et que imposi, et que enim sunt impossibilia nobis omnia.  
sibilita.

Vbi uero per præcepta doctus fuerit impotentiam  
suam, & iam anxius factus, quo studio legi satisfaci-  
Legi satisfaat, cum legi satisfieri oporteat, ut ne iota quidem, aut  
ciendum, apex prætereat, alioquin sine ulla spe dānabitur, tum  
uere humiliatus & in nihilum redactus coram oculis  
suis, non inuenit in seipso, quo iustificetur & saluus  
fiat. Hic altera scripture pars adest, Promissa dei,  
que annūdant gloriam dei, & dicunt: Si uis legē im-  
plere, non concupiscere, sicut lex exigit; En tibi crede  
in Christum,

In Christum, in quo promittuntur tibi, gratia, iustitia, pax, libertas, & omnia, si credis habebis, si non credis carebis. Nam quod tibi impossibile est in uniuersis operibus legis, quae multa sunt & tamen inutilia, facili compendio implebis per fidem. Quia deus patet per fidem, omnia in fide posuit, ut quisquis hanc habuerit, oportet implemus. Omnia habeat, qui non habuerit, nihil habeat: Conclusum enim omnia sub incredulitate, ut omnium misereatur. Ro. ii. Sic promissa dei hoc donat, quod praecpta exigunt, & implent, quod lex iubet, ut sint omnia solius dei, tam praecpta & plenitudo eorum. Ipse solus Deus solus praecipit, solus quoque implet, ideo promissa dei pertinent ad novum testamentum, immo sunt nouum & impletum testamentum.

Cum autem haec promissa dei, sint uerba sancta, uera, iusta, libera, pacata & uniuersa bonitate plena, fit, ut anima, quae firma fide illis adhaeret, sic eis unita Fidei pertinet, immo penitus absorbeat, ut non modo partcipet, uirtus. sed saturret & inebrietur omnibus uirtutibus eorum. Si enim tactus Christi sanabat, quanto magis hic tenerimus in spiritu, immo absorptio uerbi, omnia quae uerbi sunt, anima communicat. Hoc igitur modo anima per fidem sola, sine operibus est uerbo dei iustificatur, sanctificatur, uerificatur, pacificatur, liberatur, & omnibus bono repletur, uereque filia dei efficiatur, sicut Ioan. i. dicit: Dedit eis potestatem filios dei fieri, ihs qui credit in nomine eius.

Ex ihs facile est intellectu. Vnde fides tantum possit,

E S C U R

## DE LIBERTATE.

**O** cur ulla, nec omnia bona opera, eam possint æquare, quia nullum opus adhærere uerbo dei, nec in anima esse potest, sola autem fides & uerbum in ea regnāt, quale est uerbum, talis ab eo fit anima, et uerum ignitū, candet sicut ignis, propter unionē sui et ignis, ut clarum sit homini Christiano suam fidem sufficiere pro omnibus, nec operibus ei opus fore, ut iustificatur, quod si operibus nō habet opus, nec lege opus habet, si lege non habet opus, arte liber est à lege, uerumq; est: iusto nō est lex posita. Atq; hæc est Christiana illa libertas, fides nostra, quæ facit, nō ut otiosi simus, aut male uiuamus, sed, ne cuiquā opus sit lege aut operibus ad iustitiam & salutem.

### Altera fidei virtus.

Hæc prima fidei uirtus esto. Alteram quoque uideamus. Fidei enim & hoc officiū est, ut eum cui credit, omnium p̄iissima & summa colat opinione, nempe quod eum ueracem & dignum habeat, cui credendum sit. Neq; enim aliis est honor similis ueritatis & iustitiae opinioni, qua honoramus eum cui credimus.

### Summus ho- nor.

Quid possumus tribuere ulli maius, quam ueritatem & iustitiam & absolutam prorsus bonitatem? Ediuerso summa contumelia est, opinione mendacij & iniuritatis quæquam celebrare aut suspectum habere qd̄ faamus, dum non credimus ei. Sic anima dum firmiter credit promittenti deo, ueracem & iustum eum habet, qua opinione nihil potest deo præstantius tribuer: hic summus cultus dei est, dedisse ei ueritatem, et iustitiam, & quicquid tribui debet ei, cui creditur.

Hic

Hic paratum sese præbet in omnes uoluntates eius, hic sanctificat nomen eius, et secum ag patitur, sicut placitum fuerit deo, quia promissis eius inhærens, non dubitat eum uerum, iustum, sapientem, omnia optime facturum, dispositurum, curatur. At nonne talis anima, hac fide sua, per omnia obedientissima deo est?

Obedientia  
perfecta.

Quod ergo præceptum est reliquum, quod talis obedientia non abunde impleuerit? Quæ plenitudo plerior quam omnimoda obedientia: at hanc, non opera sed sola fides præstat.

Contra quæ rebellio? quæ impietas? quæ cōtumelia. **Rebellio.**  
 dei maior quam non credere promittentis? Quid enim aliud est quam deum aut mendacem facere, aut dubitare ueracem esse? hoc est, sibi ueritatem tribuere, deo autem mendacium & uanitatem: in qua re nonne deū negat & seipsum sibi Idolum in corde erigit? Quid rogo prosunt opera in hac impietate facta, etiā si Angelica & Apostolica forent? Recte ergo deus, non in ira aut libidine, sed in incredulitate, omnia cōclusit, ne qui castis & māsuetis operibus legis fingunt se implere legem (ut sunt politice & humanae virtutes) salvos se futuros presumant, cum in peccato incredulitas comprehensi, aut misericordiam querant, aut per iustitiam damnentur.

Vbi autē deus uidet, ueritatem sibi tribui, & fide Honorat de cordis nostri se honorari tanto honore, quo ipse dominus credentes gnos est, Rursum & ipse nos honorat, tribuens & nos in eum, his ueritatem & iustitiam, propter hanc fidem. Fides enim

## DE LIBERTATE

enim facit ueritatem et iustitiam, reddens deo suum,  
ideo rursus, reddit deus iustitiae nostræ gloriam. Ve-  
rum est enim & iustum, deum esse ueracem & iustum:  
& hoc ei tribuere & cōfiteri, hoc est esse ueracem &  
iustum. Sic 1. Reg. 5. Quicunq; honorificat me, gloriſi-  
cabo eum. Qui uero contemnunt me erunt ignobiles.  
Sic Paulus Ro. 4. Abrahæ dicit suam fidem esse repu-  
tatum in iustitiam, quia per eam dedit plenissime glo-  
riam deo, & nobis eadem causa reputandam ad iustiti-  
am, si crediderimus.

Tertia fidei  
gratia.

Tertia fidei gratia incomparabilis est hæc, quod an-  
nam copulat cum Christo, sicut sponsam cum sponso.

Vnio ad spō  
sum.

Quo sacramēto (ut Apost. docet) Christus & anima  
efficiūtur una caro. Quod si una caro sunt, uerū inter  
eos matrimonium, imò omnium lōge perfectissimum  
consummatur (cū humana matrimonia huius unici,  
figuræ sint tenues) Sequitur & omnia eorum commu-  
nia fieri, tam bona quam mala, ut quæcunq; Christus  
habet, de ijs tanquam suis, præsumere & gloriari pos-  
sit fidelis anima. Et quæcunq; animæ sunt, ea sibi ar-  
roget Christus, tanquam sua. Conferamus ista & uis-  
ta debimus inestimabilia: Christus plenus est, gratia, ui-  
ta, & salute: Anima plena est peccatis morte & dar-  
matione. Intercedat iā fides, & fiet, ut Christi sint  
peccata, mors, & infernus. Anime uero gratia, ui-  
ta & salus: oportet enim eum si sponsus est, ea simul  
quæ sponsa habet acceptare, & ea quæ sua sunt, spon-  
se impartire, qui enim corpus suum & seipsum illi  
donat,

Vide inestu-  
mabilitia.

donat, quomodo non omnia sua donat? Et qui corpus sponsæ accepit, quomodo non omnia quæ sponsæ sunt accepit? Hic iam dulcissimum spectaculum prodit non solum communionis, sed salutaris belli & uictoriae & salutis & redemptionis.

Cum enim Christus sit deus & homo, eaq; persona quæ nec peccauit, nec moritur, nec damnatur, sed nec peccare, mori, damnari potest. Eiusq; iustitia, uita, salus insuperabilis, eterna, omnipotens sit. Cum in quam talis persona, peccata, mortem, infernum, sponsæ, propter annulum fidei, sibi communia, imo propria facit, nec in ijs aliter se habet, quam si sua esset, ipseq; peccasset, laborans, moriens, & ad infernum descendes, ut omnia superaret, peccatumq; mors & infernus, eum absorbere non possent, necessario in ipso absorpta sunt, stupendo duello. Nam iustitia eius, omnium peccatis superior, uita eius, omni morte potentior, salus eius, omni inferno invictior. Ita fit anima fidelis, per arrâ fidei suæ in Christo sponso suo, omnibus peccatis libera, à morte secura, & ab inferno tutâ, donata eterna iustitia, uita, salute, sponsi sui Christi. Sic exhibet sibi sponsam, sine macula et ruga, gloriosam, mudans eam lauacro in uerbo uitæ, id est, per fidem uerbi, uitæ, iustitiae, & salutis. Sic sponsat eam sibi, in fide, in misericordia & miserationibus in iustitia & iudicio, ut Osee. 2. dicit.

Quis ergo has nuptias regales satis estimet? Quis diuitias glorie, gratiæ huius comprehedat? Vbi diues & pius

Duellū amo  
ris ī Christo.

Arrâ fidei ī  
sponsa Chri  
sti.

Regalū nu  
ptiarum ma  
iestas.

## DE LIBERTATE

et pius hic sponsus Christus duduxorē hāc pauperculam, impiam, meretricialā, redimens eam ab omnibus illius malis, & ornans omnibus suis bonis. Iam enim impossibile est, ut peccata sua eam perdant, cum super Christum posita sint & in ipso absorpta, ha/beatō; ipsa eam iustitā in Christo sponso suo, de qua, ut suā propria præsumat, & aduersus omnia peccata sua, contra mortem & infernum, possit cum fiducia illam opponere, & dicere: Si ego peccavi, at Christus meus, non peccauit, in quem credo, cuius omnia, mea sunt, & omnia mea illius. Sicut in Canticis: Dilectus meus mihi, & ego illi. Hoc est, quod Paulus dicit. 1. Cor. 15. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriā per IE SVM Christum dominum nostrum. Victoriam autē peccati & mortis, sicut illic inducit: Peccatum stimulū mortis est, uirtus uero peccati lex.

**Qua causa  
tantū tribua  
tur fidei.**

Ex ijs iterum intelligis, qua causa tantum tribuat tur fidei: ut sola impleat legē, & sine ullis operibus, iustificat. vides enim primū præceptum, quod dicitur, Vnum deum coles, sola fide impleri. Si enim etianē ipse aliud non esses à plāta pedis ad uerticem, quāne bona opera, non tamen iustus esses, nec deum cole/ res, nec primum præceptum impleres, cum deus colē non possit, nisi tribuatur ei ueritatis & uniuersæ bo nitatis gloria, sicut uere tribuēda est: hoc autem ope ra non faciunt, sed sola fides cordis. Non enim ope rando, sed credendo deum glorificamus & ueracē cō ficiemur. Hoc nomine fides sola est iustitia Christianē hominis

**Cultus dei  
uerus.**

hominis & omnium præceptorum plenitudo. Qui enim primum implet, cetera omnia facili opera implet. Opera uero, cum sint res insensatae, non possunt deum glorificare, quamuis ad gloriam dei ( si fides assit) fieri possint. Verum nos hoc temporis querimus, non ea que sunt, qualia sunt opera, sed cum opera. qui facit, qui glorificat & opera producit. Hæc est fides cordis, caput et substantia totius iustitiae nostræ. Vnde cæca & periculosa doctrina est, quæ per opera impleri præcepta docet, cum ante omnia opera operat præcepta esse impleta, & plenitudinem sequatur opera, sicuti audiemus.

Vt autem hanc gratiam, quam in Christo habet interior ille homo noster, latius uideamus, sciendū qd' deus in ueteri testamento, sibi sanctificabat omne primogenitum masculinum, eratq; primogenitura maturæ pretiosi prætij, dupliciti honore præ ceteris pollens, sacerdos gatiua. doto & regno. Erat enim frater primogenitus, sacerdos & dominus omniū aliorū. Qua figura Christus præmonstratus est, uere et unicæ primogenitus dei patris et uirginis Mariæ, uereq; rex et sacerdos, nō secundum carnem & terram. Regnum enim eius nō est de hoc modo: in cœlestibus & spiritualibus ipse regnat, & cōsecrat, quæ sunt, iustitia, ueritas, sapientia, pax, salus &c. Non quod non omnia etiam terrena & inferna subiecta sint ei (alioqui quomodo posset nos ab illis tueri & salvare) sed qd' nō in ijs nec ex ijs regnū eius constet. Ita nec saardotium eius cōsistit in uestiū gestuumq;

Regnū Chrt  
stii in quibus  
constet.

## DE LIBERTATE

gestuumq; pompa externa, quale fuit humanū illud  
Aarons, & nostrum hodie Ecclesiasticum saerdo-  
tium, sed in spiritualibus, per quæ in cœlis inuisibili of-  
ficio, pro nobis interpellat apud deum, ipsiq; scipsum  
offert, & omnia facit, quæ sacerdotem facere oportet,  
sicut eum describit Paulus ad Hebreos ex figura  
Melchisedech. Nec solum pro nobis orat, et interpel-  
lat, sed & intus in spiritu nos docet uiuis doctrinis  
spiritus sui, quæ duo sunt proprie officia sacerdotis,  
quod in carnalibus sacerdotibus figuratur, precibus  
& contionibus uisibilibus.

Quomodo  
Christianos  
fideles, saer-  
dotes esse in-  
telligi debe-  
at.

Christianire  
ges.

Quemadmodum autem Christus primogenitura  
sua, has duas dignitates obtinuit, ita imparit & com-  
munes easdē facit cuilibet suo fideli, matrimonij præ-  
dicti iure, quo sponsæ sunt, quæcunq; spōsi sunt. Hinc  
omnes in Christo sumus sacerdotes et re ges, quicūq;  
in Christū credimus. Sicut 1. Pe. 2. dicit: Vos genus ele-  
ctum, populus acquisitionis, sacerdotium regale, ex  
regnum sacerdotale, ut uirtutes enarretis eius, qui uo-  
cauit uos de tenebris in admirabile lumen suum. Que  
duo sic se habēt: Primū, quod ad regnū pertinet, qui-  
libet Christianus, per fidem, sic magnificatur super o-  
mnia, ut spirituali potentia, prorsus omnium dominus  
sit, ita, ut nulla omnino rerum possit ei quicquam no-  
cere, imò omnia ei subiecta coguntur seruire ad salu-  
tem. Sic Paulus Roma. 8. dicit: Omnia cooperantur in  
bonū electis. Itē 1. Corin. 3. Omnia uestra, siue mors,  
siue uita, siue instantia, siue futura, uos autem Christū.

Non,

Non quod corporali potētia, quisquam Christianorū Nota.  
 super omnia constitutus sit possidenda & tractanda,  
 quo furore, passim Ecclesiastici quidam insaniunt,  
 hoc enim, regum, principum et hominū est in terra,  
 quando ipso uite usu uidemus, nos omnibus subiici,  
 multa pati, atq; adeo mori, immo quo Christianior  
 quisq; est hoc pluribus subiectus est malis, passioni=bus  
 et mortibus ut in ipso principe primogenito Chri=sto & omnibus fratribus suis sanctis uidemus. Poten=tia hæc spiritualis est, quæ dominatur in medio inimi=corum, & potens est in medijs pressuris, quod est alijs rituale,  
 uid nihil, quam quod uirtus in infirmitate perficitur:  
 & in omnibus possum lucrum facere salutis, adeo ut  
 erux & mors cogartur mihi seruire & cooperari ad  
 salutem. Hæc est enim ardua & insignis dignitas,  
 ueraq; & omnipotens potestas, spirituale imperium,  
 in quo nulla res tam bona, nullatam mala, quæ non  
 in bonum mihi cooperetur, si modo credidero. Nulla  
 tamen mihi opus est (cum sola fides sufficiat ad salu=tem) nisi quod fides in ea uirtutem et imperium libe=ritatis sue exerceat. Ecce hæc est, Christianorum inestimabilis potentia & libertas.

Nec solum reges omniū liberrimi, sed sacerdotes Sacerdotes  
 quoq; sumus in æternum, quod longe regno excellen sumus in æ=tiis, per sacerdotium enim digni sumus corā deo ap=ternum.  
 parere, p alijs orare, et nos inuicē ea quæ dei sunt do=cere. Hæc enī sacerdotū officia sunt, quæ pr̄sus nulli  
 incredulo cōcedi possunt. Ita Christus nobis obtinuit,

F si in

## DE LIBERTATE

Si in eum credimus, ut sicut confratres, coheredes, et corriges, ita et consacerdotes ei simus, audentes cum fiducia, per spiritum fidei coram deo prodire et clamarē, Abba pater, et alter pro altero orare et omnia facere: quae uidemus, uisibili et corporali officio sacerdotum geri et figurari. Qui uero non crediderit, huic nihil seruit, aut in bonū cooperatur, sed omnium ipse seruus est, et omnia ei adiunt in malū, quia omnibus impietate utitur in sua cōmoda, non in dei gloriā. Ita nec sacerdos est, sed prophanus, cuius oratio fit in peccatum, nec coram deo unquam appetit, quia deus peccatores non exaudit. Quis ergo comprehendere potest, altitudinem dignitatis Christianæ, que per regalem suam potentiam, omnium dominatur, mortis, uitæ, peccati et cetera. Per sacerdotalem uero gloriam apud deū omnia potest, quia deus facit, quae ipse petit et optat, sicut scriptum est: Voluntatem timentium se faciet, et depreciationem eorum exaudiet, et saluos faciet illos? Ad hanc gloriā certe nullis operibus, sed sola fide, puenit.

Christianorum libertas.

Ex ijs clare uidere potest quilibet, quo modo Christianus homo liber est ab omnibus et super omnia, ita, ut nullis operibus ad hoc indigat, ut iustus et saluus sit, sed sola fides haec omnia largitur abunde. Quod si sic desiperebat, ut per illum opus bonum presumeret, iustus, liber, saluus, Christianus fieri, statim amitteret fidem cum omnibus bonis. Quae stultitia pulchre figurata est in fabula illa, Vbi canis in aqua currens et carnem uerā in ore gestā, deceptus umbra carnis in aqua patentis,

patetis, dum candē aperio rictu peuit, ueram carnem  
simul cum imagine perdit.

Hic quæres, si omnes qui in Ecclesia sunt, sacerdotes sunt, quo nomine dicernuntur ijs, quos nunc sa-  
cerdotes dicimus, à laicis? Respōdeo. Vocabulis istis,  
sacerdos, clericus, spiritualis, Ecclesiasticus, iniuria fa-  
cta est, dum à reliquis Christianis omnibus translata  
sunt & paucos istos, qui nunc usu noxio Ecclesiastis  
à dicuntur. Scriptura enim sancta nihil discernit int̄  
ter eos, nisi qđ ministros, seruos, & economos appellat,  
qui nunc Papæ, Episcopi, dominiq; iactantur, qui cæ-  
teris seruant, ministerio uerbi ad docendam fidem  
Christi & libertatem fidelium. Nam & si uerum  
est, nos omnes & equaliter sacerdotes esse, non tamen  
possimus, nec si possemus, debemus omnes publice  
seruire & docere. Sic Paulus a. Corinth. 4. Sic nos exis-  
timet homo, sicut ministros Christi & dispensatores  
ministeriorum dei.

At dispensatio ista nūc in tantam pompam potesta. Ministerium  
tis et terrificam quandā tyrannidē euasit, ut nec gen Ecclesiastico  
tū, nec ulla mundi imperia queant ei conferri, quasi rum quo per  
latiā, aliud quiddā quā Christiani sint, qua peruersi-  
tate factū est, ut penitus interciderit scientia Christi:  
uane gratiæ, fidei, libertatis & totius Christi: Succedē  
te in locū eius, humanorū operū et legum intolerabili  
captiuitate, facti qđ simus iuxta lamentationes Hiero-  
miae serui hominum uilissimorū, qui in terra sunt, qui  
nostra miseria abutuntur in omnes turpitudines &

## DE LIBERTATE ignominias uoluntatis suæ.

Christus  
quomodo  
prædicant-  
dus.

Redeundo ad id quod cœpimus, puto per hæc clarum fieri. Non esse satis nec Christianum, si Christi opera uitam & uerba prædicemus historicō more, cū res quas dā gestas, quas nosse satis sit ad uitæ formādæ exemplum, quomodo iij, qui nunc optimi sunt, prædicant. Multominus si penitus taceatur & leges hominum decretāq; patrum uice eius doceantur. Iam sunt non pauci, qui eo studio Christum prædicant & legunt, ut affectus humanos moueant ad condolendum Christo, ad indignandū Iudeis, & id genus alia puerilia & muliebria deliramenta. Oportet autem, ut eo fine prædicetur, quo fides in eū promoueat, ut non tantū sit Christus, sed tibi & mihi sit Christus & id in nobis operetur, quod de eo dicitur, & quod ipse uocatur. Hæc autem fides nascitur, & seruatur ex hoc, si prædictur, quare Christus uenerit, quid attulerit, & dederit, quo usu & fructu acceptandus sit. Hoc fit, ubi recte docetur Christiana libertas, quā ex ipso habemus, & qua ratione omnes Christiani, reges et sacerdotes simus, in quo omnī domini sumus, & quicquid egerimus coram deo placitū & acceptū esse confidimus, sicut hactenus dixi.

Fructus opti-  
me prædica-  
tionis.

Cuius enim cor, hæc audiens, nō totis medullis gau-  
deat, & tanto solatio accepto non dulcescat in amo-  
rem Christi: ad quem amorem, nullis unquam legi-  
bus aut operibus peruenire potest. Quis est, qui tali  
corde noçere possit, aut ipsum pauefaciat? Si irruit cō-  
scientia

sciētia peccati, aut horror mortis, paratū est sperare  
in domino, nec timet ab auditione ista mala, nec com-  
mouetur, donec despiciat inimicos suos. Credit enī iu-  
stitiā Christi, suā esse, & peccatum suū iam nō suum,  
sed Christi esse. At à facie iustitiae Christi, omne pec-  
catū absorbeatur neceſſe est, propter fidem Christi,  
sicut superius dictum est, discitq; , cum Apostolo,  
morti & peccato insultare & dicere: Vbi est mors ui-  
ctoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem  
mortis peccatū est, uirtus uero peccati, lex. Deo autē  
gratia, qui dedit nobis uictoriā per I E S U M Chris-  
tum domiuū nostrū. Absorpta enim est mors uictoria  
non tantum Christi, sed & nostra, quia per fidem no-  
stra fit, & in ipsa & nos uincimus.

Hec dicta sint de interiore homine, de eius liber-  
tate, & de principe iustitiae fidei, quæ nec legibus, nec  
operibus bonis indiget, quin noxia ei sunt, si quis per-  
ta præsumat iustificari. Nunc ad alteram partem re- Questio co-  
uertamur ad extremum hominem. Hic enim responde rum qui Lu-  
bitur illis omnibus, qui uerbo fidei de ijs, que dicta therū immo-  
sunt, offensi, dicunt: Si fides omnia facit & sola ad iu quid fides,  
stitiā satis est, cur ergo præcepta sunt bona opera? Qā nō intelligūt  
abimur ergo & nihil operabimur, si le contenti. Re-  
ſpondeo. Non sic impij non sic, vere quidem sic habe-  
ret res ista, si penitus et perfecte, interni et spirituales  
essemus, quod nō fiet, nisi in nouissimo die resurre-  
ctionis mortuorū, donec in carne uiuimus, nō nisi in-  
cipimus et profiamus, quod in futura uita perficietur,

## DE LIBERTATE

propter quod Apostolus Ro. 8. Apellat primitias spiritus, quod in hac uita habemus, accepturi scilicet de amas & plenitudinē spiritus in futuro. Ad hanc partem pertinet, quod supra positiū est: Christianū esse omniū seruū & omnibus subiectum. Quia enim parte liber est, nihil operatur, qua autē seruus est, omnia operatur, quod qua ratione fiat, uideamus.

Quanquam homo (ut dixi) intus secūdum spiritū per fidem abunde satis iustificetur, habens quicquid habere debet, nisi quod hanc ipsam fidem & opulentiam oportet de die in diem augescere, usq; in futurā uitam, tamen manet in hac uita mortali super terram

Vnde opera in qua necesse est, ut corpus suum proprium regat, incipiunt. & cum hominibus conuersetur. Hie iam incipiunt opera, hic non est otium, hic certe curandum, ut

corpus, ieunijs, uigilijs laboribus alijsq; disciplinis moderatis, exerceatur & spiritui subdatur, ut homini interiori & fidei obediatur et conformis sit, nec ei rebelleret, aut ipsum impedit, sicut est in genū eius si cor eratus nō fuerit. Interior enim homo conformis deo,

& ad imaginem dei creatus per fidem, & gaudet &

Negotiū uni iucundatur, propter Christum, in quo tanta sibi collatū hominis ta sunt bona, unde et hoc solū negotijs sibi habet, ut cū interioris, gaudio & gratis deo seruiat in libera charitate.

Hoc dum agit, ecce in carne propria offendit uoluntatem contrariam, quae mūdo seruire & querere quae sua sunt, nititur. Id quod spiritus fidei ferre non potest neq; ualeat, et aggreditur, hilari studio ad opprimendam &

dam & coerēdām eam. Si autē Paulus dicit Rom. 7.  
 Cōdelector legi dei secundum interiorem hominem.  
 Video autem aliam legem in membris meis, repugnan-  
 tem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem pec-  
 rati. Et ali⁹ i: Castigo corpus meum, & in seruitutem  
 redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobus efficiar.  
 Et Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suā crucifixérūt  
 eum concupiscentijs suis.

Verum ea opera oportet, non ea fieri opinione, quo Quæ opinio-  
 per ipsa coram deo iustificetur quisquam, hanc enim ne opera fa-  
 falsam opinionem fides nō feret, quæ sola est iustitia aenda.  
 coram deo, sed solum ea opinione, ut corpus in servit-  
 tutē redigatur & purificetur à concupiscentijs suis ma-  
 lis, ita ut oculum non nisi uertat ad cōcupiscentias ex-  
 purgandas. Cum enim anima per fidem purgata sit,  
 & amans dei facta, uellet omnia pariter purgari,  
 præcipue corpus proprium, ut omnia secum amarent  
 & laudarent deum. Ita fit, ut homo exigente corpo-  
 ris sui causa otiori non possit, cogaturq; ob id, multa  
 bona operari, ut in seruitutem redigat. Hęc tamē ope-  
 ra ipsa, non id sunt, quo iustificetur, corā deo, sed gra-  
 tuito amore ea faciat in obsequium dei, nihil aliud in-  
 titutus quam diuinum beneplacitum, cui per omnia uel-  
 let obsequi officiosissime.

Hac ratione quisq; seipsum erudire facile potest, Quarationem  
 qua mensura aut discretione (ut dicunt) corpus suum corpus casti;  
 castigare debeat, tantū enim ieiunabit, uigilabit, labo- gandum.  
 rabit, quantū satis esse uiderit ad corporis lasciviam

## DE LIBERTATE

Et concupiscentia premendam. Qui uero presumunt

**Nota.** operibus iustificari, obseruant non mortificationem concupiscentiarum, sed ipsa tantum opera, arbitrantes, si modo quam plurima et maxima fecerint, sese bene habere et iustos factos esse, aliquando et cerebrum dentes et naturam extinguentes, aut saltem inutiliter reddentes. Quae est ingens insipientia et ignorantia Christiane uite et fidei, uelle sine fide per opera iustificari et saluari.

**Similitudo  
egregia.**

Vt autem ea quae diximus faecilius capiantur, similitudinibus ea monstruemus. Debent opera hominis Christiani per fidem suam ex mera gratuitate misericordia dei iustificati et saluati, non alio loco haberi quam opera fuissent Adae et Euae in paradyso et omnium filiorum, si non peccassent, de quibus Gen. 2. sic dicitur: Posuit deus hominem, quem formauerat in paradysum, ut operaretur et custodiret illum. At Adam erat iustus et rectus a deo creatus, sineque peccato, ita, ut per suam operationem et custodiā, non opus habuisset iustificari et rectus fieri, sed ne otiosus iret, dedit ei dominus negacium, ut paradysum coleret et seruat. Quae fuissent opera uere liberrima nullius gratia facta, nisi benepacitati diuini, non ad iustitiam obtinebam, quam iam habebat plenē, que et congenita fuisset nobis omnibus.

**Fides reposa-**  
nit in para-

denuo repositus est in paradysum et de nouo recreatus, non eget operibus ut iustus fiat aut sit, sed ne otiosus sit,

Sus sit, & corpus suū operetur & seruet, sunt ei ope  
ra eiusmodi libertatis, solum intuitu diuini beneplaciti,  
facienda, nisi, quod nondū plenē recreati sumus per  
fecta fide & charitate, quas augeri oportet, nō tamē  
per opera, sed per seipcas. Aliud: Episcopus sacer tēs. Aliud simile  
plum consecrans, pueros confirmans, aut aliud quip  
pian officij sui faciens, non consecratur ijs ipsis operis  
bus in Episcopū, imo, nisi ante esset consecratus Epi  
scopus, nullum istorum operum quicquam ualerent,  
essenq; stulta & puerilia et ludicra. Ita Christianus  
per fidem suam consecratus bona facit opera, sed nō  
per hæc magis sacer aut Christianus efficiatur, hoc enī  
solius fidei est immo, nisi ante crederet & Christianus  
esset, nihil prorsus ualerent omnia sua opera, es  
sentq; uere impia & dannabilia peccata.

Vera itaq; sunt hæc duo uerba: Bona opera non fa  
ciunt bonū uirum, sed bonus uir facit bona opera: Ma  
la opera non faciunt malum uirum, sed malus uir fa  
cit mala opera. Ita, ut semper oporteat ipsam substanc  
iam seu personam esse bonam ante omnia opera bo  
na, & opera bona sequi & prouenire ex bona perso  
na. Sicut & Christus dicit: Mala arbor non facit bo  
nos fructus, bona arbor non facit malos fructus. Clas  
rum autem est, quod fructus non ferunt arborem, nec  
arbore crescit in fructibus. Sed ediuerso arbores ferūt  
fructus & fructus crescūt in arboribus. Ut ergo neas  
se est, arbores esse priores fructibus suis, & fructus  
non faciūt arbores neq; bonas neq; malas, sed ecōtra

Duo uerba  
memorāda.

simile,

F 5 arbores

## DE LIBERTATE

arbores tales, faciunt tales fructus. Ita necesse est, pri-  
mum personam ipsam hominis esse bonam vel malā,  
antequam faciat bonum, vel malum opus, et opera sua  
non faciunt eum malum aut bonum, sed ipse facit ope-  
ra sua aut mala aut bona.

### Aliud simile.

Similia uideri licet in omnibus artificijs. Mala do-  
mus vel bona non facit malum aut bonum fabrum,  
sed bonus aut malus faber, facit malam aut bonam  
domum. Et in uniuersum, nullum opus facit artifi-  
cem tam, quale est ipsum, sed artifex facit opus ta-  
le, qualis est ipse. Ita res se habet & in operibus homi-  
num, qualis est ipse, siue in fide, siue in infidelitate,  
tale est opus eius, bonum, si in fide, malum, si in infi-  
delitate factum fuerit. Non autem id conuertitur, ut  
quale sit opus, talis fiat & homo in fide vel in infide-  
litate. Opera enim, ut non faciunt fidelem, ita nec  
iustum. At fides, ut facit fidelem & iustum, ita & bo-  
na opera. Cum ergo opera neminem iustificant, &  
hominem oporteat esse iustum, antequam operetur bo-  
num, manifestissimum est solam fidem esse, quae ex  
mera dei misericordia per Christum in uerbo eius,  
personam digne & suffidenter iustificat & saluet,  
& nullo opere, nulla lege Christiano homini opus  
esse ad salutem, cum per fidem liber sit ab omni lege,  
& ex merita liberalitate omnia gratuito faciat, que-  
cunque facit, nihil querens aut commodi aut salutis  
(cum iam satur & saluus sit gratia dei ex fide sua)  
sed solum beneplacitum dei.

Soli fides iu-  
stificat.

Sic &

Sic et infideli nullum opus bonum prodest ad iusti Infidelis nō tam & salutē. Ediuerso, nullū malum opus facit eū fit malus ex malum aut damnatū, sed incredulitas, quæ personam operibus. & arborem malam facit, mala & damnata facit ope ra. Vnde dum bonus aut malus quisquā efficitur, nō hoc ab operibus, sed à fide uel incredulitate orditur. Sicut Sapiens dicit: Initium peccati, apostatare à deo, & id est non credere. Et Paulus Heb.ii. Oportet ac cedētem credere. Et Christus idem dicēs: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos, ac si dicat: Qui uollet fructus bonos habere, ab arbore incipiet & hanc bonā plantabit. Ita qui uult bona operari non ab operando, sed à credendo incipiat, quod personam bonā facit. Nō enim personam bonam facit, nisi fides, nec malam, nisi incredulitas.

Hoc sanè uerum est, operibus fieri hominem bonum aut malum coram hominibus, hoc autem fieri, est nem bonū fā idem quod ostendi & cognosci quis sit bonus aut ma- dunt, sed cor- lus, ut Christus Matth. 7. dicit: Ex fructibus eorum, ram homini cognoscetis eos. At hoc totum in specie & extra ma- bus. net: qua in re, plurimi falluntur, qui scribere & do- cere pr̄sumūt bona opera, quibus iustificantur, inte- rim fidei ne memorentur quidem, euntes in uīs suis, falsi & fallētes semper, proficientes in peius, cēd cē- eorum duces, multis se se operibus fatigantes, et tamen Fons erroris nunquam ad uerum iustitiam peruenientes. De quibus quorundam. Paulus .i. Timoth.3 dicit: Habentes quidem pietatem pietatis,

## DE LIBERTATE

pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, semper dis-  
sentes, & nunquam ad scientiam ueritatis perue-  
nientes.

Qui ergo cum istis cæcis nō uoluerit errare, oportet ut ulterius prospiciat quām in opera, leges, aut do-  
ctrinas operum, imò auerso ab operibus intuitu, perso-  
nam insufficit, & quaratione illa iustificatur: quæ non  
operibus neq; legibus, sed uerbo dei (id est, promissio/  
ne gratiæ suæ) & fide, iustificatur & saluatur, ut stet  
gloria maiestatis diuinæ, quæ nos non ex operibus iu-  
stitiae, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam  
suam per uerbū gratiæ suæ saluos fecit credentes.

Regule intel-  
ligentia do-  
ctrinariū mul-  
torum.

Facile ex his cognitu est, qua ratione sint opera bo-  
na reijcienda aut amplectenda, & qua regula intellis-  
dæ sint omniū doctrine de operibus datæ. Si enim op-  
era comparentur ad iustitiam, et peruerso leuiathan,  
eaq; falsa persuasiōe fiant, ut per ipsa iustificari præ-  
sumas, iam necessitatem imponūt, & libertatem cum  
fide extinguent, & hoc ipso additamento bona iam  
non sunt, uereq; damnabilia: Libera enim non sunt,  
& gratiam dei blasphemant, cuius solius est per fidē  
iustificare & saluare, quod opera non potentia præ-  
stare, impia tamen præsumptione, per nostram hanc  
stultitiam affectat, ac sic in officium gratiæ & gloriæ

Ratio doctri eius uiolenter irruunt. Nō ergo opera bona reijcimus,  
mo Lutheri. imò maxime amplectimur et doçemus, non enim pro-  
pter ipsa, sed propter impium hoc additamentum, &  
peruersam opinionem querendæ iustitiae, ea damna-  
mus,

mus, qua sit, ut solum in specie appareant bona, cum  
revera bona non sint, quibus falluntur & fallunt, &  
lupi rapaces, sub uestimentis ouium.

Hic autem leuiathan & peruersa opinio in operi Opus leui-  
bus insuperabilis est, ubi deest sincera fides, abesse et than.  
nim non potest a sanctis illis operarijs, donec fides ua-  
statrix eius ueniat & regnet in corde. Natura per se  
ipsam non potest ea expellere, imo ne cognoscere quia  
dem, quin eam dicit loco sanctissime uoluntatis, ubi  
si consuetudo accesserit, & hanc naturae prauitatē ro-  
borauerit (sicuti factum est, per impios magistros) ini-  
curabile malum est, et infinitos irrecuperabiliter sedu-  
cit ac perdit. Quare et si bonum est, de pœnitentia, co-  
fessione, satisfactione predicare & scribere, si tamē  
hic sistatur, & non ad fidem usq; docendam proœda-  
tur, sine dubio deceptorie & diabolice sunt doctrinae.  
Sic enim Christus, cum suo Ioanne, non solum dixit,  
pœnitentiam agere, sed addit uerbum fidei, dicens: Ap-  
propinquabit regnum cœlorum.

Nō enim alterum tantum, sed utrumq; uerbum de Fides erigen-  
prædicandum est, noua & uetera proferenda de the- da in prædi-  
sauro, tam uox legis, quam uerbum gratia. Voce le- cationibus.  
gis proferri oportet, ut terreantur & in suorum pec-  
catorum notitiam reducantur, & inde ad pœnitentia  
& meliorem uitæ rationem conuertantur. Sed hic non  
sistendum, hoc enim esset solum uulnerare & nō ali-  
ligare, percutere & non sanare, occidere & non uiuifi-  
care, deducere ad inferos & non reducere, humiliare  
& non

## DE LIBERTATE

¶ non exaltare. Ideo et uerbum gratiae et promissae remissionis, ad docēdam et erigendam fidē, prædicari debet, sine quo, lex, contritio, poenitentia, et omnia alia frusta fiunt et docentur.

Supersunt quidem adhuc prædicatores poenitentiæ vnde uel pœnitentia et gratiae, sed non explicant dei legem et promissio nitetia uel si nem eo fine et spiritu, ut diså queat unde poenitentia et gratia ueniant. Pœnitentia enim ex lege dei, sed fides seu gratia ex permissione dei puenit, sicut dicit Roma. io. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi, quo fit, ut homo per fidem diuinæ permissionis consoletur et exaltetur, qui per minas et timorem legis diuinæ, humiliatus et in sui cognitionem perductus est. Sic Psal. 29. Ad uesperū demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia.

## De operibus ad proximū.

Hæc dicta sint de operibus in genere, et simul de ijs, quæ Christianus in proprium corpus exercet. Ultimo et de his dicemus, quæ erga proximum suum operatur. Non enim homo sibi uiuit soli in corpore isto mortali ad operandum in eo, sed et omnibus hominibus in terra, immo solū alijs uiuit et nō sibi. In hoc enim corpus suum subiectum fact, quo synærius et liberius queat alijs seruire, sicut Paulus Ro 14. dicit: Nemo sibi uiuit et nemo sibi moritur. Qui enim uiuit, domino uiuit, et qui moritur, domino moritur. Ideo nō potest fieri ut sit otiosus in hac uita et absq; opere, erga proximos suos: Necesse est enim, ut loquatur, agat, et conuersetur cum hominibus. Sicut Christus in similitudinem

Quin factus habitu inuentus est ut homo, & conuer-  
sus cum hominibus, ut Baruch. 3. dicit.

Nullo tamen horum opus ei est ad iustitiam & salutem seruendum  
est. Ideo in omnibus operibus suis, ea debet opinione omnibus,  
esse formatus & hoc solu spectare, ut alijs seruat et  
prosit in omnibus quæcunque fecerit, nihil ante oculos  
habens, nisi necessitatem & commoditatem proximi.  
Sic enim Apostolus iubet, ut manibus laboremus, quo  
demus necessitatem habenti, cum potuisset dicere, quo  
nos ipsos alamus, sed det (inquit) necessitatem ha-  
benti. Nam & in hoc ipsum, corporis curam habeat. Corporis ca-  
re Christianum est, quo, per eius salutem & cōmo-  
ditatē laborare, res querere, et seruare possimus, in benda.  
subsidium eorum, qui indigent, ut sic membrum ro-  
bussum seruat membro infirmo, & simus filii dei, al-  
ter pro altero solicitus & laboriosus, in vicem onera  
portantes, & sic legem Christi implentes. Ecce hæc  
est uere Christiana uita, hæc uere fides efficax est per Christiana  
dilectionem, hoc est, cum gaudio et dilectione prodit uita.  
in opus seruitutis liberimæ, qua alteri gratis et spon-  
te seruit, ipsa abunde satur fidei suæ plenitudine &  
opulentia.

Sic Philip. cū Paulus docuiisset, quam diuites facti  
essent per fidem Christi, in qua omnia obtinuissent,  
doct eos deinceps, dicens: Si qua consolatio Christi,  
si quod solarium charitatis, si qua societas spiritus,  
impleat gaudium meum, ut idem sapiatis, & ean-  
dem charitatem habentes unanimes id ipsum sentiētes,  
nisi I

## DE LIBERTATE

nihil per contentionem, neq; inanem gloriam, sed in humilitate superiores inuicem arbitrantes, non que sua sunt, singuli cōsiderantes, sed ea quæ aliorum. Hic clare uidemus, uitam Christianorum ab Apostolo in hanc regulam esse positam, ut omnia opera nostra ad aliorū cōmoditatem ordinentur, cum per fidē quisq; suam sic abundet, ut omnia alia opera totāq; uita ei superfluant, quibus proximo spontanea bencuolentia seruiat & benefaciat.

Ad hoc induat Christum pro exemplo, dices: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo I E S V, qui cum in forma dei eſſet non rapinam arbitratus est, esse se & equalem deo, sed exinanivit ſemetipſum, formā ſerui accāpiens, in ſimilitudinē hominū factus & habitu inuentus ut homo, factus eſt obediens usq; ad mortē.

**Deprauatores Apostoli & doctrine** Hoc enim uerbum Apostoli ſaluberrimum nobis obſcurarunt iſ, qui uocabula Apostolica, formam dei, formam ſerui, habitum, ſimilitudinem hominū, prorsus non intellexerunt, & ad naturas diuinitatis & humanitatis tranſtulerunt, cum Paulus id uelit: Christum cū eſſet plenus forma dei, et omnibus bonis abundans, ita, ut nullo opere, nulla paſſione indigerit, ut iustus & ſaluu fieret, habebat enī hæc omnia statim ab initio ſui, non tamen ijs inflabatur, nec ſuper nos eleuabatur, & quandam potentiam ſuper nos ſibi arrogabat, licet id iure potuſſet. Sed contra, ſic egit laborans, operans, patiens, moriens, ut ſimilis eſſet cæteris hominibus, & habitu & geſtu non aliud quam homo

hōmō, quasi ihs omnibus egeret & nihil haberet for-  
marum dei, quod tamen totum propter nos fecit, ut  
nobis seruiret, & nostra fierent omnia, quæ hac for-  
ma serui operaretur.

Ita Christianus, quemadmodum caput suum Chri- Christianus.  
stus, per fidem suam plenus & satur, contentus esse se Christo  
debet hac forma dei per fidem obtenta (nisi quod, ut cōformet.  
dixi, ipsam hanc fidem augere debet donec perficiā-  
tur) hec enim uita, iustitia, & salus eius est, perso-  
nā ipsam seruans, et gratiā fādēs, omniaq; tribuens,  
quæ Christus habet, ut supra dictum est. Et Paulus  
Gal. i. confirmat dicēn: Quod autem in carne uiuo,  
in fide filij dei uiuo. Et quanquam sic liber est ab o-  
mnibus operibus, debet tamen rursus se exinanire in  
hac libertate, formam serui accipere, in similitudinem  
hominum fieri, & habitu inueniri ut homo, & serui  
re, adiuuare, & omni modo cum proximo suo agere,  
sicut uidet secum actum & agi à deo per Christum,  
& hoc ipsum gratis, nullō que respectu, nisi diuini pla-  
citi, & ita cogitare.

En mihi indigno damnatoq; homuncioni, citra Fiducia Chri-  
omniē meritum, mera, gratuitaq; misericordia, dedit stiana.  
deus meus in Christo omnes diuinitas iustitiae & salu-  
tis, ut amplius nulla re prorsus indigeam, nisi fide,  
quæ credat hoc se sic habere, huic ergo tali patri,  
qui me suis his inestimabilibus diuinitijs obruit, cur nō  
liberaliter, hilariter, toto corde spontaneoq; studio, os-  
milia facili, quæcunq; sciero plācta & grata coram il-

G lo esse

## DE LIBERTATE

Io esse? Dabo itaque me quendam Christum proximo meo, quemadmodum Christus sepe prebuit mihi, nihil facturus in hac uita, nisi quod uidero proximo meo necessarium, commodum & salutare fore, quan- doquidem per fidem, omnium bonorum in Christo abundans sum.

**Fidei fructus** Ecce sic fluit ex fide, charitas & gaudium in domino, & ex charitate, hilaris, libens, liber animus, ad Vide mihi sponte seruendum proximo, ita ut nullam habeat ratio etor quam di- tationem gratitudinis, in gratitudinis, laudis ac uituper- gne datus ris, lucri aut damni. Neque enim agit hoc, ut homines sibi demereatur, nec inter amicos inimicosque discer- nit, nec gratos, nec ingratios suspiat, sed liberrime li- bentissimeque disperserit se & sua, siue ea perdat in in- gratia, siue mereatur: Sic enim & pater eius facit, om- nibus omnia distribuens abundantiter et liberrime fa- ciens sole suum oriri super bonos & malos: Ita filius nihil nisi gratuito gaudio, quo in deo per Christum de- lectatur, tantarum rerum largitore, facit et patitur.

**Cognoscendum** Vides ergo, si cognosamus ea, quae nobis data sunt magna & preciosa (ut Petrus ait) mox per spiritum diffundi in cordibus nostris charitatem, qua liberi, hi- lares, omnipotentes, operatores, & omnium tribula- tionum uictores, proximorum serui, nihilominus tam omnium domini sumus. Qui uero non cognoscunt donata sibi per Christum, ihs Christus frustra natus est, per opera illi incedunt, ad istarum rerum gustum et sensum nunquam peruenturi. Igitur sicut proximus nos ter

noster necessitatem habet, et nostra abundantia indi-  
get, ita & nos coram deo, necessitatem habuimus, &  
misericordia eius indiguimus, ideo sicut pater coele-  
stis nobis in Christo gratis auxiliatus est, ita & nos  
debemus gratis per corpus & opera eius, proximo no-  
stro auxiliari, & unusquisq; alteri Christus quidam  
fieri, ut simus mutuum Christi, & Christus idem in  
omnibus, hoc est, uere Christiani.

*Quis ergo comprehendere queat, diuitias & glo-* Gloria uite  
riam Christianæ uitæ, quæ omnia potest & habet, &  
*nullius indiget, peccati, mortis, inferni, domina, simul* Christianæ,  
*tamè omnibus serua & obsequiosa, et utilis? Sed que*  
*phdolor hodie in toto orbe ignota est, nec prædicatur*  
*nec queritur, adeo ut prorsus nostrum nomè ipsimet*  
*ignoremus, cur Christiani simus & uocemur: certe à* Christiant  
*Christo sic uocamur, non absente, sed inhabitante in* nobis, id est, dum credimus in eum & in uicem mutuo quare nomi-  
*sumus alter alterius Christus, facientes proximis, nemur,* & sumus  
*sicut Christus nobis facit. At nunc hominum doctri-*  
*nis, non nisi merita, præmia, & ea quæ nostra sunt*  
*docemur querere, & ex Christo non nisi exactorem*  
*longe præ Mose seueriorem fecimus.*

Eiusdem fidei exemplū præ ceteris, præbuit & Diuina dei ges-  
beata uirgo, dū (ut Luce. 2. scribitur) purificabatur se nitrix exem-  
tundū legē Mosi, more omnium mulierum, cum tamen placet fidei.  
lege tali nō teneretur, nec purificari opus illi fuit, sub-  
iecit se tamen sponte & libera charitate legi, similis  
facta ceteris mulieribus, ne offendiceret, aut conteneret

## DE LIBERTATE

éas. Non ergo iustificata fuit hoc opere, sed iusta facta  
hoc gratuito et libere: ita & nostra opera fieri debet,  
non iustificandi gratia, cum prius fide iustificati fac-  
re debeamus omnia libere & hilariter propter alios.

Paulus docet  
opera.

Et sanctus Paulus discipulum suum Timotheum  
circuncidebat, non quod opus esset illi ad iustitiam cir-  
cuncisione, sed ne offendere aut contemneret infir-  
mos in fide Iudeos, qui necdum poterat capere fidei  
libertatem. At contra, ubi contempta libertate fidei,  
urgebant circumcisionem esse necessariam ad iustiti-  
am, restitit & Titum circuncidi non permisit, Gal.  
lat. 2. Sicut enim nullius infirmitatem in fide offendere  
aut contemnere uoluit cedens eorum uoluntati  
ad tempus, ita rursus noluit offendere aut contemnere  
libertatem fidei ab induratis iustitariis, incendens  
media via, parcens infirmis ad tempus & resistens  
induratis semper, ut omnes ad fidei libertatem con-  
uerteret. Eodem studio & nostra fieri debent, ut in-  
firmos in fide suscipiamus (ut Ro. 14. docet) Sed magis  
stris operum induratis, fortiter resistamus. De quo la-  
tius inferius dicemus.

Christi domini exemplum. Christus etiam, Matthæi. 17. ubi à discipulis suis  
petebatur didrachmū, disputabat cum sancto Petro,  
an' ne filij regis liberi essent à censibus, et Petrus hoc  
affirmasset, iussit tamē, ut iret ad mare, dicens: Ne scā-  
dalizemus eos, uade & piscem, qui primo ascéderit,  
tolle, & aperto ore eius, inuenies statherem, quem tol-  
lens, da pro me & pro te. Hoc exemplū pulchre ualeat  
ad propo-

ad propositum: In quo Christus se & suos appellat liberos et filios regis, qui nullius egeant, et tamē spō te se submittit & soluit censum. Quantū ergo hoc opus Christo necessariū, aut utile fuit ad iustitiā et salutē, tantū ualent omnia alia sua, et suorū opera ad iustitiā, cum sint omnia iustitia posteriora, et libera, tantū ad aliorum obsequium & exemplum facta.

Talia sunt, quæ & Paulus Ro.13. & Timoth.3:  
 praecepit, ut potestatibus subditi sint, et ad omne opus Capite religiō bonum parati, non ut per hoc iustificantur, cum iam oī aēs Lu = iusti sint ex fide, sed ut in libertate spiritus, per hēc a therum & si lijs & potestatibus seruirent, & eorum uolūtati gratiā doctore tuica charitate obsequerentur. Talia oportuit esse & uestrum esse omnium collegorum, monasteriorum, sacerdotumq; opera, ut quisque suæ professionis & status opera solū in hoc faceret, ut per hēc non iustitiam, sed corporis sui subiectionem exerceret, alijs in exemplum, qui & ipsi opus habent corporis sui castigatione. Deinde ut alijs duntaxat obsequerentur ad eorum uoluntatem, gratuita charitate: hoc tamen semper & summa aura obseruato, ne uana fiducia præsumat per ipsa quisquā iustificari, mereri, aut saluus fieri, quod solius fidei est, ut saepius dixi.

Si quis ergo hēc scientiam haberet, facile se posset gerere citra periculū, in infinitis illis mādatis et p̄ceptis Papæ, Episcoporum, Monasteriorum, Ecclesia Christiani ueri. rum, principum & magistratū, quæ aliqui stulti pa sceres, sic urgent, quasi ad iustitiā & salutem sint ne

## DE LIBERTATE

cessaria, appellantes precepta Ecclesiae, cum sint nihil minus. Christianus enī liber, sic dicet: Ego ieunabo, orabo, hoc & hoc faciam, quod per homines mandatum est, non quod mihi illo sit opus ad iustitiam aut salutē, sed quod in hoc more gerā, Papæ, Episcopo, cōmunitati illi, et illi magistratui, aut proximo meo ad exemplum, faciam & patiar omnia. Sicut Christus muti multo plura fecit & passus est, quorum ipse nullo prorsus egebat, factus propter me sub lege, cū nō esset sub lege. Et quamvis tyranni uim aut iniuriā faciant, hoc exigentes, non tamen nocebit, donec cōtra deum non fuerit.

*Pastorum bonorum discrētione* quisq; poterit certum iudicium & fidele discriminem omnium operum et legum accipere, et scire, q; sint cœci, stulti, et qui ueri et boni pastores. mē & malis. Nam quocunque opus non hic solum dirigitur, ut fiat uel ad castigandum corpus, uel ad obsequium proximi (ubi contra deum nihil postulet) non est bonum nec Christianum. Et hinc ergo uehementer mentio, pauca uel nulla collegia, monasteria, altaria, officia Ecclesiastica, esse Christiana hodie, nec nō & libertas Christiana, quod ex ignorantia fidei Christianæ & liberrimæ uenit.

Quam ignorantiam & libertatis oppressionem,  
plurimi

plurimi cæcissimisq; pastores sedulo confirmant, dum  
populos in ea studia solicitant & urgent, laudando ea,  
& suis indulgentijs inflando, fidem autem nunquam Consilium.  
dorando. Ego autem tibi consultum uolo, si quipiam  
uoles orare, iejunare, aut in Ecclesijs fundare (ut uo-  
cant) caue fadas, eo fine, quo tibi aliquid cōmodi, si, Fides sola  
ue temporalis, siue æterni pares: In iuriuam enim fidei curanda.  
tuæ facies, quæ sola tibi omnia præbet, ideo sola cu-  
randa, ut augeatur, siue operibus, siue passionibus  
exercitata: sed da, quod das, libere & gratis, ut alij ex  
te tuaq; bonitate augeantur, & bene habeant. Sic enim  
eris uere bonus & Christianus. Quid enim tibi bo-  
na & opera tua, quæ ad corporis castigationem su-  
perabundant, cum abundes pro te per fidem tuam, in  
qua tibi omnia donauit deus?

En ista regula oportet, ut quæ ex deo habemus, bo Regula ad.  
na fluant ex uno in aliū, & communia fiant, ut unus fraternali cha-  
quisq; proximum suum induat, et erga eum sic se ge ritatem.  
rat, ac si ipse esset in loco illius. E' Christo fluxerunt  
& fluunt in nos, qui nos sic induit & pro nobis egit,  
ac si ipse esset, quod nos sumus. E' nobis fluunt in eos,  
qui eis opus habent, adeo, ut & fidem & iustitiam  
meam oporteat coram deo ponî, pro tegendis & de-  
precandis proximi peccatis, quæ super me accipi am,  
& ita in eis laborem & seruiam, ac si mea propria  
essent, sic enim Christus nobis fecit. Hæc est enim ue-  
ra charitas, synceraq; Christianæ uitæ regula. Ibi aut  
uera et syncera est, ubi uera et syncera fides est. Hinc  
G 4 Apostolus.

## DE LIBERTATE

Apostolus. i. Corinth. 13. Charitati tribuit, quod non  
quærit quæ sua sunt.

**Christianus** Concluimus itaq; Christianum hominem non ui-  
uiuit in Chri uere in seipso, sed in Christo & proximo suo, aut Chri-  
sto & proximis tianum esse in Christo per fidem, in proximo per cha-  
ritatem, per fidem sursum rapitur supra se in deum,  
rursum per charitatem labitur infra se in proximum,  
manens tamen semper in deo, & charitate eius. Si-  
aut Christus Ioh. i. dicit: Amen dico uobis, deinceps ui-  
debitis cœlum apertum & Angelos dei ascendentess  
& descendentes super filium hominis. Et hæc de li-  
bertate satis, quæ ut uides, spiritualis ueraq; est, libera-  
fadiens corda nostra ab oibus peccatis, legibus et man-  
datis (Sicut dicit Pau. i. Timo. i. Lex iusto nō est posse-  
ta) quæ superat omnes alias libertates externas, quan-  
tum cœlum superat terram: quam nos Christus faciat  
& intelligere & seruare. A M E N.

Contra liber-  
tatem carnis.

**I**N FINE, propter eos quibus nihil tam bene di-  
citur, quod non depravent male intelligendo, adden-  
dum est, si tamen & id ipsum intelligere possint. Sunt  
quā plurimi, qui hanc libertatem fidei audientes, mox  
eam in occasionem carnis uertunt, omnia sibi statim li-  
cere arbitrætes, nec alia re ulla liberi & Christiani ui-  
deri uolentes, quām contemptu & reprehensione ces-  
rimoniarum, traditionum, legum humanarum: quasi  
ideo Christiani sint, quia statim diebus non ieunant,  
aut alijs ieunantibus ipsi carnes comedunt, aut prece-  
rias usitatas

Las usitatas omitunt, suspenso naso, precepta hominū  
illudentes. Cetera uero ad Christianam religionē perti-  
nentia prorsus posthabētes. Quibus pertinacissime re-  
sistunt ex altera parte, iij, qui sola obseruantia & re-  
uerentia cérimoniarum nituntur salui fieri, quasi ideo  
salui sint, quia statis diebus iejunat aut à cárnis ab-  
stinent aut certas p̄c̄s orant, iactantes precepta Ec-  
clesiae & patrum, nec ipsi pili facientes, ea quae synco-  
ra sunt fidei nostrae. Vtriq; culpabiles plane, quod re-  
bus neglectis gravioribus & ad salutē necessarijs, su-  
per rebus ijs leuiculis & non necessarijs tanto tumul-  
tu conflitantur.

Quanto rectius Paulus Apostolus, media via ince-  
dere docet, & utrumq; latus damnat, dicens: Qui mā-  
ducat, nō manducantē non spernat. Et qui non mādu-  
cat, māducantem non iudicet. Vides hic, quod iij, qui cér-  
imonias non pietate, sed mero contemptu omittunt  
& uituperant, reprehendātur: cum Apostolus doceat  
non contēnere, scientia enim eos inflat. Rursum per-  
tinaces alteros doceat, ut nō iudicēt illos: Neutri enim  
charitatem edificantē iniiciem custodiunt. Quare hic  
audienda est scriptura, quae doceat, ut nec ad dextrā nec  
ad sinistram declinemus, sed sequamur iustitiās domi-  
ni rectas letificantes corda, ut enim nō iustus est quis-  
quam, quia operibus & ritibus cérimoniarum seruit  
& addictus est, ita nec iustus ex eo censebitur solo,  
quod illa omittit & contemnit.

Non enim liberi sumus per fidem Christi ab ope-  
ribus,

## DE LIBERTATE

ribus, sed ab opinionibus operum, id est, à stulta præsumptione iustificationis per opera quæsitæ. Fides enim conscientias nostras redimit, rectificat, & seruat, quæ cognoscimus iustitiam esse non in operibus, licet opera abesse neque possint, neque debeant. Sicut sine abo & potu & uniuersa corporis istius mortalis opera esse non possumus, non tamen in eis iustitia nostra sita est, sed in fide, nec tamè illa ob id cōtemnen da sunt aut omittenda. Sic in mundo sumus necessitate uitæ huius corporis coacti, sed non ex hoc iusti sumus. Regnum meum non est hinc, seu de hoc mundo, ait Christus, sed non dixit: Regnum meum nō est hic, seu in hoc mundo. Et Paulus: Licet in carne ambulemus, non tamen secundū carnem militamus. Et Gal. i. Quod uiuo in carne, in fide uiuo filij dei. Sic, qd̄ frāmus, uiuimus, sumus in operibus & ceremonijs, necessitas huius uitæ fuit, & corporis regendi cura, non tamè in his iusti sumus, sed in fide filij dei. Quare Christiano per medium eundum est, & duo illa genera hominū sibi proponenda: aut enim occurruunt ei pertinaces, obdurati ceremoniæ, qui sicut aspides surde nolūt audire ueritatem libertatis, sed suas ceremonias, tanquā iustificationes iactant, imperat & urgent sine fide: quales erant olim Iudæi, nolentes intel ligere ut bene agerent: his oportet resistere, contraria facere, & fortiter scandalizare, ne opinione ista impia, plurimos secum fallant, in horum oculis expedite comedere carnes, soluere ieiunia & alia pro libertate fidei

fidei facere, quæ pro summis peccatis habent, dicendumq; de eis: Sinite eos, cæci sunt & cæcorum duces, hoc enim modo & Paulus Titum noluit circuncidi, cū illi urgeret. Et Christus defendit Apostolos, quod sabbato uellebant spicas, & multa similia.

Aut occurrunt, simplices, idiotæ, ignari et infirmi. Ad simpli-  
m fide (sicut Aposto. uocat) qui nondū possunt capere, ces.  
re libertatem istam fidei, etiā si uellent: his parcendū  
est, ne offendantur et deferendum eorum infirmitati,  
donec plenius erudiantur: Hi enim quia malicia indu-  
rata non faciunt nec sentiunt ita, sed sola imbecillita  
& fidei, propter eorum scandalum uitandum, seruant  
da sunt iejunia & alia, quæ ipsi necessaria arbitrantur,  
hoc enim charitas exigit, que neminem laedit, sed  
omnibus seruit. Non enim sua culpa, sed pastorū suo-  
rum, infirmi sunt, qui laqueis & armis traditionum  
suarum eos captiuauerunt & mīle percusserunt, à  
quibus debuerant liberari & sanari fidei libertatisq;  
doctrina. Sic Apostolus Ro. 14. Si esca mea scandali-  
zat fratrem meum, non manducabo carnes in æter-  
num. Et iterum: Scio, quod per Christum nihil est co-  
mune, nisi illi qui putat commune esse, sed malum est  
homini, qui per offendiculum manducat.

Quare & si fortiter resistendum est magistris illis. In leges et  
traditionum, & leges pontificum acriter uituperant, gislatores,  
dæ, quibus in populum dei grassantur, turbæ tamē pa-  
uidæ parcendum est, quam captiuam tenent eisdē le-  
gibus impij illi tyranni, donec explicitur. Ita pugna-  
strenue,

## DE LIBERTATE.

¶ renue, contra lupos, sed pro ouibus, non simul contra oves, quod facies, si in leges & legislatores inueharis, & tamen simul serues eas cum infirmis, ne scandalizentur, donec & ipsi tyrannidem cognoscant, & libertatem suam intelligent. Quod si uti uoles libertate tua, in occulto falso. Sicut Paulus, Rō. 14. Tu fidem, quam habes, penes temetipsum habe coram deo, caue autem, ne coram infirmis utaris. Rursum coram tyranis et pertinacibus utere eadem in despectum eorum, multo omnium constantissime, ut, & ipsi intelligat, se impios esse & leges suas nihil esse ad iustitiam, quin eis nihil iuris fauisse condendi eas.

Ad etate ad/  
huc rudes.

Cum ergo hec uita agi non possit, sine ceremonijs & operibus, imò seruens & rудis ætas adolescētium opus habeat his uinculis arari & seruari, et unicuique corpus suum eidem studijs castigandum sit, prudenter & fidelem oportet esse ministrum Christi, ut sic regat & doceat populum Christi in his omnibus, ne conscientia & fides eorum offendatur, ne in eis opinio aut radix amaritudinis oriatur, et per illam inquinetur multi (ut Paulus premonuit Hebræos) hoc est, ne amissa fide, incipient opinione operū inquinari, quia si per ipsa iustificādi, quod facile fit, & plurimos inquinat, nisi fides constanter simul inculcatur: Impossibile uitari autem est, ubi tacita fide, constitutiones hominum sole docentur, sicut hactenus factum est, per pestilentes, impias, animicidas pōtificum nostrorum traditiones, & Theologistarum opiniones, infinitis animabus

animabus ad inferos his laqueis pertractis, ut Ant<sup>t</sup> christum agnoscere possis.

In summa, sicut paupertas in diuinijs, fidelitas in Periculū in negotijs, humilitas in honoribus, abstinentia in con- cernimonijs. uiuijs, castitas in delitijs, Ita iustitia fidei, in ceremonijs periclitatur. Nūquid (ait Salomon) ignem quis in si- nū gestare potest, ut nō cōburantur uestimenta eius? Et tamen ut in diuinijs, in negotijs, in honoribus, in delitijs, in epulis, ita in ceremonijs, id est, in periculis uersari oportet. Imò, sicut in fanib<sup>z</sup> pueris, maxime opus est foueri sinu & officio puellarum, ne pereant, quibus tamen adultis, periculum salutis est, inter puel las uersari, Ita rudibus & feruentis etatis hominibus opus est, ut ceremoniarū claustris etiam ferreis tenean tur & castigentur, ne impotens eorum animus per uitia præcepta eat, & tamen mors eis fuerit, si in opinio ne iustificationis in eis perseuerauerint, cum docendi potius sint, non ideo se fuisse sic incarceratos, ut per hoc iusti sint aut multa meriti, sed ne mala facerent, & ad iustitiam fidei facilius erudirentur, quod præ im petu etatis, nisi premerentur, non ferrent.

Vnde ceremoniae in uita Christiana alio loco habē Quo loco dæ non sunt, quam apud fabros & artifices habentur habenda cere preparamenta illa, ad ædificandum & operandum certe monia. Sponita, quæ nō in hoc parātur, ut aliquid sint aut ma neant, sed quod sine ijs ædificari aut fieri nihil posse, perfecta enim structura deponuntur. Hic uides, nō ipsa contēni, imò maxime queri, opinio autē cōtemnitur, quis

## DE LIBERTATE

quia nemo existimat hæc esse ueram & permanente  
structuram. Quod si quis tam insigniter desiperet, ut  
tota uita aliud non curaret, quam ut hæc præparamen-  
ta quam sumptuosissime, diligentissime, pertinacissime  
disponeret, nunquam autem de ipsa structura  
cogitaret, sibi placens & iactans suam operam in  
præparamentis & fulcris istis uanis, nonne oës eius  
insaniae misererentur, et sumpto isto perditio, magnū  
aliquid ædificare potuisse iudicarent? ita non cerimoni-  
nias nec opera cōtemnimus, immo maxime querimus,  
opinionem autem operum cōtemnimus, ne quis existi-  
met illam esse uere iustitiam, sicut faciunt hypocrita, qui  
totam uitam in his studijs fingunt & perdunt, &  
ad id, cuius gratia fuent, non perueniunt. Seu ut Apo-  
stolus ait: Semper discentes, & nunquam ad scienti-  
am ueritatis peruenientes. Videntur enim uelle ædifi-  
care se seq; parant, & tamen non ædificant unquam,  
ita manent in specie pietatis, & uirtutem eius non  
attingunt.

### In insigniter superstitiosos.

Placent tamē interim sibi in his studijs, ausi etiam  
omnes alios iudicare, quos simili operum pompa nō  
fulgere uident, cum hoc uano sumptu & abusu dono  
rum dei, si fide essent imbuti, grandia potuissent in su-  
am, & aliorū salutem efficiere. Verum cum natura hu-  
mana & ratio (ut uocant) naturalis, sic naturaliter  
superstitiosa, & propositis quibusq; legibus & ope-  
ribus, prompta sit in opinione iustificationis per ea  
adipiscēdæ, his adde, quia usu omnium legislatorum  
terrenorum

terrenorum, in eundem sensum est exercita & firma  
ta, impossibile est, ut per seipsum se exuat à seruitute  
illa operaria, in libertatem fidei cognoscendam, ideo  
oratione opus est, ut dominus nos trahat, & theodis-  
tactos, id est, dociles deo faciat, et ipse in cordibus no-  
stris (sicut promisit) legem scribat, alioquin actū est  
de nobis. Nisi enim ipse doceat intus hanc sapiētiā  
in mysterio absconditā natura non potest nisi damna-  
re eam, & hæreticam iudicare, quia scādalizatur in  
ea & stulta ei apparet, sicut oī in Prophetis & Apo-  
stolis uidimus accidisse, sicut & nunc mibi & mei sis-  
milibus faciunt, impij & cæa pontifices cum suis adiu-  
latoribus: quorum aliquando nobiscum miserea-  
tur deus, & super nos illuminet uultum  
suum, ut cognoscamus in terra uiā  
eius, in omnibus gentibus sa-  
lutare eius. Qui est bene-  
dictus in secula.  
A M E N.

BASILEAE APVD THOMAM  
VVOLFIVM ANNO  
M. D. XXIII.

962108

REPORT OF THE DIRECTOR

OF THE LIBRARY

INDEX

